




Handwritten text in a cursive script, oriented vertically. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side of the paper. It appears to contain several lines of text, possibly including a name or a title.





VI-2

293

Cum eta-
te pietas
augeatur.

3a-8-18

Biblioteca Universitaria GRANADA	
Sala	A
Estantero	36
Libro	325

3-7-18
4

32-88

362

pie
cun
tia
riat
spie
qui
mi
cu
de
co
no
qu
mi
de

pe
ali
en
re
ri

m eta
pietas
reatur.
ep
op
po




121887597

EXPLICATIO PSALM

107

108





Del Col^o de la Comp^a de N^{ro} de Granada. ^{RA 12634} B. B. E.

EXPLICATIO PSAL-
MI QVINQVAGESIMI
MISERERE MEI DEVS.

AUTHORE SEBASTIANO

Gomezio à Figueredo Lusitano Doctore Theologo, Beata Ma-
rie Magdalena quondam collega apud Salmanticenses, &
ibidem publico Philosophia professore, nunc vero apud Bra-
charense collegij D. Petri Rectore, Canonico & Ordi-
nario cathedralis, primatralisque Ecclesie ibidem
concionatore.



CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ, Apud Ioannem Ferdinandum.

M. D. XCVIII.



YO Iuan Gallo de Andrada escriuano de camara del Rey nuestro Señor de los que residen en su consejo certificado y doy fee, que auendose visto por los señores del vn libro, intitulado explicacion de Psalmo Miserere mei, compuesto por el doctór Sebastian Gomez de Figueredo. Tassaron cada pliego del dicho libro a tres maravedis, y dieron licencia para que a este precio se pueda vender, y mandaron que esta tassa se ponga al principio del dicho libro, y no se pueda vender sin ella, y para que dello conste di la presente, en Madrid a veynte dias del mes de Mayo de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

*Iuan Gallo de
Andrada.*



EN M. D. C. XCVIII.

Salamanca, A 20 de Mayo de 1598.

Yo D. X. Gallo

E L R E Y.



Or quanto por parte de vos el Doctor Sebastião Gomez de Figueredo colegial q̄ fuystes del colegio de S. Maria Magdatena de la ciudad de Salamãca y Catedratico de artes de la Vniuersidad della, y Rector q̄ soys del colegio de san Pedro de la ciudad de Braga nos fue fecha Relacion que auia des compuesto vn libro intitulado explicaciõ del Psalmo Miserere mei, y para poder imprimir en estos nuestrs Reynos de Castilla tenia des necesidad de licẽcia nuestra suplicandonos os la mandassemos dar, y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fue se. Lo qual vistor por los del nuestro cõsejo por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que la prematica por nos hecha sobre la impresiõ de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon: y nos tuuimoslo por bien. Por la qual por os hazer biẽ y merced os damos licẽcia y facultad para que vos o la persona que vuestro poder ouiere y no otra alguna podays hazer imprimir el dicho libro de la explicaciõ del Psalmo Miserere mei que de suso se haze mención en todos estos Reynos de Castilla por tiempo y espacio de diez años que corren y se quentan desde el dia de la data desta nuestra cedula. Sopena que la persona o personas que sin tener vuestro poderlo imprimiere o vendiere o hiziere imprimir o vèder pierda la impresiõ que hiziere con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo acusare y la otra tercia parte para la nuestra camara y la otra tercia parte para el Iuez que lo sentenciare. Contanto que todas las vezes que hizieredes imprimir el dicho libro durante el tiempo de los diez años lo traygays al nuestro consejo Iunta mente con el original que en el fue visto que va rubricado cada plana y firmada al fin de Iuã Gallo de Andrada nuestro seriuano de camara de los que residen en el nuestro Consejo para que se vea si la dicha impresiõ esta cõforme al original, o traygays fee en

publica forma Como por Corrector nombrado por nuestro
mádadado se vio y corrigio la dicha impresion por el original
y se imprimio conforme a el y quedan impressas las Erratas
por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren im-
pressos para que se tasse el precio que por cada volumen ouie
redes de auer. Y mandamos al impressor que assi imprimiere
el dicho libro no imprima el principio ni el primer pliego
del ni entreguen mas de vn solo libro con el original al autor
o persona a cuya costa lo imprimiere ni a otro alguno para ef-
fecto dela dicha correction y tassa hasta que antes y primero
el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Cõ-
sejo y estando hecho y no de otra manera pueda imprimir el
dicho principio y primer pliego y sucesiua mente ponga es-
ta mi cedula, y la prouisiõ, tassa y erratas, fopena de caer in-
currir en las penas contenidas en las leyes y prematicas des-
tos nuestros Reynos. Y mando a los del nuestro consejo y a
otras qualesquier Iusticias destos nuestros Reynos que guar-
den y cüplan esta nuestra cedula y lo en ella cõtenido: Fecha
en Toledo, a diez y siete dias del mes de Julio de mil y qui-
nientos y nouenta y seys años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Don Luys de Salazar.

A P R O B A C I O N D E L P A -
dre Dionysio Guillen de la Compañia.

V I D I de mandato supremi Senatus, & per-
legi librum hunc commentariorum in
psalmum quinquagesimum Miserere mei, quē
Doctor Sebastianus Gomezus summa diligē-
tia elaboratum in lucē extulit. In eoque nihil
deprehendi nostræ fidei catholicæ repugnans,
nec morum disciplinæ aduersum, quin egre-
giam eruditionem, variam & multiplicem san-
ctorum patrum lectionem, humaniorum li-
terarum testimonijs, quasi condimento miri-
fice respersam. Eam ob rem, dignum censeo
qui typis excusus in communem omnium uti-
litatem, & præcipue in diuini verbi conciona-
torū vsum exponatur. In nostro collegio Socie-
tatis Iesu, Madritij die vigesima octaua Maij,
anno. 1596.

Dionysius

Guillen.

¶ 3 N O -

NOMENCLATURA AL-
phabetica authorum, qui in hoc opere citan-
tur, præter illas autoritates quæ ex fa-
cris literis passim in eo
referuntur.

A

D. Augustinus.
D. Ambrosius.
D. Anselmus.
Aristoteles.
Aetius Medicus.
Aulus Gellius.
Alexander Hales.
Adrianus.
Aquila.

B

D. Bernardus.
D. Bonaventura.
Boetius.
Beda presbyter.
Beroaldus.

C

D. Cyprianus.
Calsiodorus.
Caietanus.
Cicero.
Cæsar Iulius.
Cæsarius.
Columella.

Clitoveus.
Cassaneus.

D

Dionysius Arcopagi-
ta.
Durandus.
Demosthenes.
Diogenes Laertius.

E

Epiphanius Cyprius.
Euthymius.
Eusebius Cæsariensis.
Euripides.
Eobanus.

F

Faustus poeta.
Fœlix.

G

Galatinus.
Gregorius Mag.
Gregorius Emiffenus.

H

Heronymus.
Hilarius.
Hugo.

Homerus.
Horatius.

I

I Ansenius.
Ilidorus.
Ioanes Chrysoftomus.
Ioannes Damascenus.
Ioannes Stobæus.
Incognitus autor.
Iuuenalis.
Iudocus.

L

L Eo magnus.
Lactatius Firmianus.
Lyranus.

M

M Artialis.
Marcus Varro.
Montanus.
Menander.

O

O Rigenes.
Oenomaus.

P

P Lato.
Plautus.
Paulus Iurifconsultus.
Paulus Burgensis.
Papinius.
Primasius.

Perfius.
Plinius.
Prudentius.
Plutarchus.
Philostratus.
Philippus Bergamus.

Q

Q Vintilianus.
Quintilianus Alter
Aug.
Quintus Curtius.

R

R Ichardus.
Rabi Auenza.
Robertus Linconiensis.

S

S Eneca.
Salustius
Socrates.
Scorus.
Symmachus.

T

T Aurus philosophus.
Tertulianus.
Terentius.
Theocritus.

V

V Alerius Maximus.
Vatablus.

L'ICENTIATI PETRI LO-
pezij Bracharensis Collegij D. Petri Vicere-
ctoris, in laudem & encomium sui Re-
ctoris huiusque operis autoris
Epigramma.

Quod natura alijs dedit omnibus, id dedit uni.
Omne manu larga magne Sebaſte tibi.
Eſt largita ſuum quæuis tibi muſa leporem:
Dat tibi Graia ſuum, datq; Latina ſuum.
Dat Sophia, ut doctæ tibi ſint inſigna frontis,
Datque artes omnes doctus Apollo tibi.
Græcia iactabat quondam ſua facta triumphis,
Magnanimosque viros inclyta Roma ſuos.
Pande tuas fœlix laudes modo Lyſia tellus,
Nam tibi dat nomen totius orbis honos.
Cui tot ſunt dotes, cui tot caeſtia dona,
Quot ſunt æthereo ſydera clara polo.
Thomas talis erat, cui par non poſſet haberi,
Ingenioque fuit mirus Ariſtoteles.
Tertia laus merito tibi ſit referenda Sebaſte,
Quod ſic ingenium fulget in orbe tuum.
Tu dictis factiſque potens, tu ſtirpe tuorum,
Inclyta, & antiqua nobilitate micæ.
Sed quia non poſſunt tua carmine facta referri,
Si taceam certè plus mihi laudis erit,

SIMONIS PHILIPPI COL-
legæ Bracharenfis Collegij D. Petri, ibidem-
que Grammaticę simul Magiftri, in lau-
dem Rectoris fui, autorisque operis
huius, Epigramma.

Fama tibi sudat, laudes tibi gloria cantat,
Magne Sebaſte tuus auſibus aſtra fauent.
Fuſas per extenſas utroque à cardine terras,
Ingenij raras fama loquetur opes.
Gloria doctrina cælo te aquabit & audax
Ire, tuos ultra ſydera tollet auos.
Aſtra dabunt ſedem poſt tempora longa ſeneſcæ,
Terraque ſub tanto funere merſa gemet.
Merſa gemet, poterit, quia non poſt funera tanti
Doctõris, ſimilem mundus habere virum.
Ne, plura expectes, reſpondent omnia votis
Ingenium, tellus, gloria, fama polus.

Eiuſdem ad Lectorem.

Codicibus quidquid multi retulere, relatum
Hoc prudens modico codice Lectõr habes.

EMANVELIS PEREYRA

Abbatis Sancti Pelagij, Epigramma in
laudem auctoris.

Cessent Phæbe tui cantus, noua Musa per orbem.
Auditur cantans carmina sacra Dei:

Non hos Pindus habet flores, in vertice cæli
Sunt lecti, tellus flagrat odore suo.

Fons per aquæ ductus populo diffunditur omni,
Ductus aquæ est nobis, fons Deus ipse tibi.

Spiritus ille Deus sapientum præsul. & auctor,
Te docet ut doceas condita sancta sua.

Est nostri Miserere tuum, quo multa docente,
Nos rapit ad cælos hoc Miserere Dei.

SIMO-

SIMONIS AFFONSECÆ
Coutinij, Sebastiano Gomezio à Figueredo
Doctore Theologo, in lib. Psalm. 50. Mi-
serere mei Deus, Carmen.

Dives Apollinei felite alta cacumina montis
Pandere, Olympiaci pandere præstat iter.
Non tibi picta damus varijs Aulea figuris,
Missaque ab Eois gemmea dona vadis.
Sed cape deuicti cordis præcordia nostri,
Quæ tibi debentur sanguine iuncta, damus.
Qualis præclaro Scriptura interprete gaudet,
Talis ab Alifsono spiritus ore tonat.
Hic Augustinus trina comitante caterua
Dulcisono riuos feruidus ore fluit.
Et quia te talem Salmantica reddidit olim,
Reddit ei grates iam tua prima manus.
Ingentes aperit syluas tibi sacra Minerua,
Perge per acceptam doctæ Sebaste viam.
Quæ tenebris quondam sceleris sibi conscius, alto
Illachrymans fletu concinit ore Dauid.
In lucem proferre paras tenebrosa resument
Carmina, sub tanto lumine grande iubar.
Namque Dauid cælo perfundet lumine mentem,
Tu referes terris clare Sebaste iubar.
Inde è tam subito lucem mirabitur Orbis
Inscius, & trepida talia voce feret.
Annouus assurgit terra Augustinus: olympi
Æmula lumimbus lumina in orbe nitent. *Ad*

Ad Lectorem.



V O N I A M merito atque optimo iure solet inter omnes Psalmos hic quinquagesimus post meridiana concionibus, quadragesimali praesertim tempore ad populum habitis saepe numero explicari, idcirco operae precium visum fuit, nonnulla circa ipsum adnotare, quae huic piissimae, & utilissimae eiusdem explicationi accommodatè poterunt inseruire. Non libuit autem in formam concionis, (in quam facillimè redigi possunt) ea circa singulos versus redigere, sed tumultuariè, ut se circa unumquemque eorum offert occasio, eadem insinuare, ut unusquisque ex ipsis (quae plurima sunt, & ex varijs diuersorum autorum locis ad hunc finem collecta & coadunata) eligat quae sibi magis placuerint, & sibi quasi propria faciens, ab imoque pectore quodammodo eructans, maiori vi, & energia cum uberiori fructu publicè possit proferre. Quod dixerim, quia illa, quae diligenti meditatione, nec excogitantur, nec saltem in peculiarem ordinem rediguntur: sed iam congesta, & disposita, memoriae mandantur, & ore tenus quasi aliena referuntur: cum non ab imo pe-
ctore,

Etore, sed quasi ab externa superficie exire vidētur,
parū utilitatis secum afferre, singulis quibusq; diebus
experimur. Quapropter qua hic dicuntur, in eam con-
cionis formā non sunt redacta, quā quasi materia be-
nē disposita (quia sunt in potentia proxima ad eam) fa-
cillime poterunt recipere, non solum circa eos & sursum,
circa quos peculiariter adducuntur, sed etiam circa om-
nia serē Euāgelia, de quibus per totum anni decursum
conciones ad populum haberi consuescunt. Quod si hūc
meum laborem (cuius unamquamque partem Catho-
lica Ecclesia correctioni & censura subijcio) aliquid
utilitatis secum attulisse, vel aliquo modo fuisse gra-
tum, acceptumque cognouero, qui post meridianis con-
cionibus modo materiam subministro, matutinis etiam
postea & uberius forsitan eandē subministrabo. Nec arbi-
tror minus bene nunc incepisse à vespertinis concioni-
bus hunc meū laborem matutinis fortasse postea termi-
nādum, in prima siquidem rerum productione à Deo,
(quem aliquo modo imitari perfectio est maxima) fa-
ctū est vespere, & manē dies unus, ut Genesis pri-
mo capite memoria proditum inuenitur. Quod si pru-
dens & Christiane Lector aliquid boni in hoc opere
compereris, cum omne bonum de sursum sit descendēs à
Deo patre luminum, ut capite etiam primo ait Iaco-
bus, totum illud ipsi Deo tribue, meque eidem tuis pre-
cibus commendatum habe. Et bene vale.

D O-

DOMINO FRA-

TRI AVGVSTINO A CA-

stro dignissimo Archiepiscopo ac domino
Bracharenfi Hispaniarumque Primati, Seba-
stianus Gomezius à Figueredo Doctor

Theologus salutem, & perpetuam
felicitem.

*Iosephus, 1.
lib. anti. c. 3.*



*Quid ad con-
seruationem
scientiarum
factum fue-
rit post dilu-
uium.*

Radunt veteres rerum ge-
starum scriptores, præful il-
lustrissime antiquissimis tē-
poribus priscos illos morta-
les, qui à Seth tertio Adami
communis parētis filio pro-
ximius originem duxerunt, duas fortes in Sy-
ria erexisse columnas, alteram quidem lapide-
am: quæ quibuscunque diluuij mundo super-
uenientis inundationibus resistere posset. Al-
teram vero luteam ex lateribus, nempe, con-
fectam, quæ cuiuscunque etiam rapidissimi ig-
nis conflagrationi, flamarumque incendio si-
militer repugnaret, ac proinde aliqua saltem
earum ex quocunque eiusdem mundi euentu
salua & incolumis permaneret. Idque eo ani-
mo fecisse, vt nimirum suas scientias (quales
cunque illæ essent) quas lōgo temporis spatio
sibi comparauerant, ad easdem columnas fir-
mi-

mitter adiungerent, simulque in ipsiſ conſcriberet, vt nullis poſtea rerum viciffitudinibus, nullisve temporum iniurijs vnquam euertentur, nec proinde obliuioni mandarentur ſempiterna. Quod ego dū tacita cogitatione mecū perpēderē hūc meæ exiguæ ſciētiaē qualemcūq; fructū decreui tuo immortalī nomini dicare, tibi inſcribere & quaſi firmiſſimæ virtutum columnæ modo aliquo adiungere, vt nec vllis rabidæ inuidiæ flammis vnquam euertatur, nec aſiduis oblatrātium morſibus aliquando dilaceretur. Nec denique crebris detractationum & calumniarum inundationibus vllō tempore ſubmergatur. Ea eſt enim tui nominis claritas, quam nulla vnquam obliuio obſcurabit, ea virtutis amplitudo, de cuius laudibus nulla ætas conticeſcet, ea tandem tua in quibuſcumque diſciplinis tali nobilitate dignis eruditio, vt omnis memoriæ facile princeps in omnem ſæculorum ætatem proculdubio ſis futurus. Tam multis enim artiū maximarum ſcientijs illuſtriſſimam tui generis claritatem exornasti, & ſummum tuum ingenium excoluiſti, vt omnium illuſtrium literarum ſtudia conſectantium laudibus obſcuritatem attuleris. In illis namq; quia abunde ſeminasti, ample etiam meſſuiſti. Cum tibi tot

ac tãti honores merito fuerint delari, cumque
tot ac tantis muneribus tã abundanter cumu-
latus existas. Nam postquam caducis, & fluxis
mundi rebus penitus spereris & pro nihilo ha-
bitis sacram familiam diui Augustini, quę no-
mine, & omni modo viuendi ratione tibi imi-
tandum proposuisti fœliciter fuisti ingressus,
ita statim post religiosę illius vitę primordiũ
eiusdem instituti socijs visus fuisti diuino præ-
sidio cinctus, & verissimę honestatis laudibus
abundans, vt omnium ipsorum voluntates tibi
vehementer allegeris, & ab eisdem Augu-
stinianę familię clauum, non solum sæpe apud
Lusitanos, & apud Hispanos non semel, sed
etiam apud Germanos tenendum & (quoniã
apud ipsos catholicę religionis nauis nimium
iactata miserabiliter periclitabatur) simul re-
uocandum, & resarciendum suscepisti. Vbi-
que autem fuisti adeo in administrando sapiens, in
repellendis malis acer, in constituendã fami-
lia moderatus, in religiosi iuris æquabilitate tu-
enda constans, in rerum successibus & euentis
fœlix, vt non solum ipse beatus fueris, sed fa-
miliam etiam vniuersam fœlicem reddideris,
omnibusque spiritualibus bonis abundantis-
sime affluentem. Quoniam vero in his, & alijs
difficilibus muneribus obeundis tam præcla-

re & foeliciter te geseisti, ad aliud multo difficilius similiter gerendum merito atque optimo iure es electus. Nam tanquam bonus Dei seruus, & eximia fidelitate insignis, quia super pauca fuisti fidelis (si illa pauca dici possunt) super multa ab eo es constitutus cum in Cathedrali, primatialique Ecclesie Bracharensis sede toto terrarum orbe celeberrima ab eodem collocatus, onus Angelicis humeris reformidandum humanis non renuisti suscipere defendendum. Quid hic commemoré ardens Christianae religionis studiū cuius specimē omnibus in rebus exhibes. Quid singularem venerationem? Quid sacras caeremonias? Quid denique verum Dei cultum, quibus ipsum mirū in modum prosequeris. Omitto sollicitudinē maximam, qua tibi commisso gregi vigilatissime prospicis. Omitto prudentiam insignem qua longo rerum vsu es assecutus, quaque ita sapienter te gerisvt omnes tibi subditi & humanitatem tuam diligāt, & seueritatem venerētur. Iam vero quid de iustitia dicam? Nemo quidem est, qui ignoret te esse iucundum bonis, infestum improbis, perfugium miseris alieuentum oppressis, inuictum praesidium hominibus omnium ope destitutis, & talem legum custodem & publici iuris vindicem, vt

Matth. 25.

¶¶

nihil,



nihil nisi recti studiū, & publicam vtilitatem
præ te ferre videaris. Nam licet tuapte natura
lenis sis, & perquam humanus, in iure tamen,
æquoque ac bono retinendo ita es seuerus &
constans, vt nec spe alliciaris, nec gratia flecta
ris, nec autoritate frāgaris, nec denique vllius
causa à recto nec transuersum quidem (quod
aiunt) vnguem dimouearis. Hanc ergo ob cau
sam mihi persuasum habui, quod si hic meus
libertuæ summæ authoritatis, & virtutis co
lumna firmeretur à sagitta volante ab arcu æmu
lorum protenso, & à rabiosis eorundem den
tibus illæsus proculdubio euadet. Nec tibi mi
rum videatur, quod hac in re sic maledicas lin
guas reformidem, siquidem vt ait Diuus Hie
ronymus, qui scribit multos sibi assumit iu
dices, quorū aliqui detrahunt in publico, alij
vero postica sanna illudunt, ac ociosa garruli
tate confabulātur. Quis igitur à talibus incur
sionibus liber, quisve à tanto calumniarū dilu
uio, inuidorumque hominum incendio inco
lumis euadet, si tibi, tuæve authoritati tan
quam firmissimæ colūnæ non adhæreat? Plura
quidem de tuis laudibus dicere, temerarium
fortasse multis videbitur cū eæ sint omnibus
notæ, & clarissimis operibus illustres. Verum
tamen aliqualem earum, tuique ipsius imagi
nem

*D. Hieron.
Epist. 33.
parte. 2. &
in proæmio
Paralip.*

nem non abs re visum est hoc loco depingere, vt ex hoc ipso, huic meo labori perpetuitate aliquā possim conciliare. In antiquis literarum monumentis incisum atque notatum reperitur Apellem omnium pictorum facile principem cum Helenæ imaginem depingeret, sui ipsius effigiem in inferiori eiusdem tabulæ loco simul eo animo depinxisse, vt propter insigne illud opus omni perpetuitate dignum, autoris etiam illius memoria in omnem posterorum ætatem permaneret. Quem artificem ego aliqualiter imitatus, non quidem te mirabiliter, sed mirabilem, vt potui, depinxi, aliqualemque meæ scientiæ imaginem in hoc opere ad tuos quasi pedes effixi, vt ea ratione ad immortalitatem aliquam cū tuo simul immortalis nomine posset peruenire. Quibus omnibus accedit quod nihil mihi conuenientius occurrebat, quam laborem ad sacras conciones conducentem eximio verbi Dei concionatori, singulari diuinarum literarum enarratori, & constanti flagitiorum profligatori consecrare, ipsumque eidem tuendum, fouendum & ornādum proponere. Accipe igitur illustrissime præsul hunc lucubrationum, & vigiliarum mearum qualemcunque fructū. Si namque parua sunt quæ dico, magna sunt

Plutar-
chus.

quæ vouco. Est enim in omni genere officij
pluris animi voluntas, quam muneris facien-
da magnitudo. Vnde Plutarchus ad Traianū
scribens recte dicebat generosi animi esse, vo-
luntatem dantis, & non illius munus osculari.
Quapropter à te summis precibus contende-
re non desisto, vt hos meos conatus boni &
æqui facias, scriptaque mea qualiacūque sint,
pro tua singulari humanitate libēter legas. Si
enim hæc mea studia tibi non iniucunda con-
tigerint, ad alia fortasse maiora gradum faciā.
Fœlicissimè valeas Præsul amplissime ad Bra-
charenfis Ecclesiæ totiusque populi tibi

incommissi salutem & incolu-
mitatem.



EXPLICATIO

PSALMI QVINQVAGE-

simi, Miserere mei Deus secundum

magnam misericordiam

tuam, &c.

DE NUMERO HVIVS PSALMI.



CIRCA numerū, in quo psalmus hic inter ceteros constituitur in psalterio (est enim in ordine quinquagesimus) illud in primis considerandum occurrit, nimirum iubileum per ipsum designari, qui annus remissionis

erat quinquagesimus vt *Leuit. 25.* habetur; in quo nō solum omnia debita remittebantur, verum etiā plena fiebat alienatarū possessionum recuperatio. Per quod plane innuitur per humilitatem ad quam praecepit erudit regius propheta in hoc psalmo poenitentes (quam ob rem versus eius finem inquit, Docebo iniquos vias tuas) posse vnumquemque plenissimā culparum remissionem sibi comparare, & ad seipsum, quae amiserat, integra, & ad meliorem quodammodo se tum reuocata reducere. Quam etiam ob causam psalmus hic quinquagesimus, in quo exē-

Leuit. 25.

*Quid tempo
re Iubilei
olim fiebat.*

A plim

2
*Quare hic
 Psalmus sa-
 pius quam
 alij peniten-
 tiales Eccle-
 sia recita-
 tur.*

Cicero.

3
*Locus me-
 dius ceteris
 eã præstan-
 tior.*

Salustius.

*Autor in-
 cognitus.*

4
*Quare hic
 Psalmus sit
 regulis præ-
 stantior.
 Psal. 8.
 Psal. 31.
 Psal. 37.*

plum humilitatis quæ penitentibus maxima necessa-
 ria est, tam exacte proponitur, ex septem penitentia-
 libus, qui inter ceteros sunt præcipui, frequentissi-
 me in Ecclesia catholica usurpatur, & tanquam ma-
 iori deuotione dignus quadragesimali tempore in
 eadem sapissime recitatur. Imo inter ipsos peniten-
 tiales quasi centrum eorundem virtutes in se conti-
 nens, & coniungens medium locum obtinet, qui præ-
 cipuus est, cum consistat in mediocritate, quam in-
 plerisque rebus Cicero lib. 1. officiorum optimam ef-
 se affirmat, & præsertim in loco, quem, si medius, sit
 non solû apud nos, vt manifestum est, sed apud alias
 etiam nationes, vt de Numidis narrat Sallustius in
 Iugurtino præstantissimus & dignissimus existit. Id
 quod Ouidius, libro. 5. de Ponto. innuit dum lo-
 quens de sene, cui à iuuenibus debetur honos,
 dicit.

*Et medius iuuenum, non indignantibus ipsis
 Ibat, & interior, si comes vnus erat,*

Vnde excelètia & præstátia manifeste colligitur,
 quam inter ceteros psalmos penitentiales hic quin-
 quagesimus obtinet, cum præsertim in ipso, plus-
 quam in alijs vt autor incognitus hoc loco aduertit,
 detur humilitatis exemplum, quam quicumque pen-
 nitens quamtumcumque infirmus, & debilis, & po-
 test, & debet habere. In alijs namq; districtiora for-
 tioribus prouidentur, vt in primo lauabo per singu-
 las noctes lectum meum, in se cundo, grauata est su-
 per me manus tua, in tertio, putruerunt, & corrupte
 sunt cicatrices meæ, in quinto, cinerem tanquam pa-
 nem

nem manducabam, in sexto, De profundis clamaui, in septimo denique, persecutus est inimicus animam meam, & alia similia. In hoc vero psalmo leuia, facilia, & temperata infirmis applicantur: quorum præcipuum est humilis diuinæ misericordiæ imploratio, & denique talis est, vt sola simplex ipsius recitando ad deuotionem moueat, ad cordis compunctionem excitet, ad peccatorum detestationem prouocet, & singularé gratiæ spem menti iniiciat. Quod quidem ex eo prouenit, quia à Rege Dauid vehemèter afflicto quando magis contritus & de suis peccatis intèsius dolens erat, fuit maximo spiritus feruore cõpositus. Quapropter nõ est solum propheticus, vt sunt aliqui psalmi, nec est solû moralis deprecatiuus, vt alij; sed est simul & propheticus, & moralis deprecatiuus, vt cuiuscunque ipsum diligèter consideranti facile patere poterit. Quibus rationibus, & nonnullis alijs in eam sententiam adductus sum, vt ipsius potius, quam alterius explicationem aggrediar, plurima simul eidem adiecturus ex ijs, quæ hucusque in cathedrali, Primatialique Ecclesia Bracharensi publicis concionibus per decem fere annorum spatium habitis exposui. Numero ergo quinquagesimo, in quo psalmus hic est constitutus, cuiuscunque innuitur, quod sicut quinquagesimo quoque anno, qui ubileus dicebatur, præter indulgentiam plenissimam debitoribus concessam, qui in seruum venditarius fuerat, in pristinam libertatem reuocabatur, & fundus similiter venditus priori domino restituebatur, sic etiam facienti, quod in hoc eodem Psalmo docetur, nempe vere, & humiliter poenitenti, non solum quinquagesimo quo-

Psalm. 101.
Psalm. 129.
Psalm. 142.

5
Est hic Psalmus simul propheticus & moralis deprecatiuus.

6
Quid per numerum quinquagesimum significetur.

quinquagesimo quoque anno, sed singulis etiam qui
 busq; diebus, horis, & momentis licitū, & integrum
 erit vniuersa opera recte facta, merita omnia, & alia
 quæcumq; bona per peccatum amissa per pœniten-
 7 *Quid per pœ-
nitentiã re-
cuperecur
quæ ipsa ef-
ficiat.
Rom. 7.
Isa. 4.
1. Macha. 1
Ezechi. 18.* tiam recuperare. Et si per peccatum etiã venūdatus
est iuxta illud Pauli Rom. 7. Ego autem carnalis sum
venūdatus sub peccato. Et illud Isai. 42. quis cæcus
est, nisi qui venūdatus est. Et illud. 1. Machabæo. 7.
Venūdati sunt vt facerent malum, integrum simi-
liter erit ei in pristinam dignitatem restitui sicut e-
nim Ezechielis. 18. dicitur, si auerterit se iustus à ius-
titiã sua, & fecerit iniquitatem omnes iustitiæ eius
quas fecerat non recordabuntur, sic similiter eor-
dem capite habetur. Si impius egerit pœnitentiam
ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, om-
nium iniquitarum eius, quas operatus est, non re-
cordabor, in iustitiã sua, quam operatus est, viuet.
Constat igitur singulis diebus per pœnitentiam pro-
duci posse effectum, illi similem, qui quinquagesi-
mo quoque anno Iubileo producebatur. Quode-
tiam per Ioel capitul. 2. Deus in hunc modum signi-
ficauit, implebuntur area frumento, & redundabunt
torcularia vino & oleo, & reddam vobis annos,
quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eru-
ca, fortitudo mea magna, quam misi in vos. Cir-
ca quæ verba est aduertendum, ideo Deum partia
hæc animalia fructus plurimorum annorum come-
disse dicere, vt videlicet significet res parui ponderis,
& sæpe nullius momenti (quales sunt voluptates
exiguæ, minuta honoris puncta, & otiosa ver-
ba & alia similia) efficere solere vt homines bono-
rum operum fructus, & tempus quoque ad eadem
opera

opera faciendi concessum miserabiliter amittant. Est præterea circa eadem verba considerandum, per annos, quos comederunt prædicta, animalia, non solum ea bona opera esse intelligenda, quæ aliquādo fuerunt facta, & postea per peccatum à missa sed etiam ipsius peccati tempus, quod similiter à missa est iudicandum siquidem in eo illa bona non fuerūt facta, quæ fieri potuerāt. De quo propterea Paulus ad Ephes. 5. docet, illud esse nobis redimendum dicens Redimentes tempus, &c. Quod tunc fit, quando peccata, quæ fecimus, quasi non facta reddimus & illa per pænitentiam delēmus, & quando bona ieiunij, elemosine, & orationionis, quæ non fecimus, quasi facta per efficacem voluntatem diuino auxilio ad vitam similiter reddimus. Tam potēs est enim voluntas nostra diuina gratia adiuta, vt quæ fecit prius mala, infecta reddat, & quæ non fecerat bona, vt facta computentur, efficiat. Quæ omnia circa numerū in quo psalmus hic constituitur, ad notare non abs re visum fuit.

8
 Quam potēs
 sit hominis
 voluntas
 diuino auxi-
 lio adiuta.

DE TITVLO HVIVS

Psalmi.

Titulus huius psalmi iuxta Hebraicam veritatem & Diui Hieronymi translationem sic habet. Ad victoriam Psalmus Dauid cum venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee. Circa cuius tituli principium, nimirum ad victoriam psalmus Dauid, est notandum, nomen Hebraicum lamnascach, ita varie à multis inter-

D. Hier.

Explicatio numeri.

pretibus transferri, & explicari, vt tamen eadem quodammodo fit, parumque differens eorumdem translatio, seu expositio: D. Hieronymus enim ad Principiam in explanatione psalmi quadagesimiquarti vniuersaliter loquens, sic scribit. Vbicumque (inquit) in vulgata editione legitur, in finem, nos vertimus, victori. Symmachus suo more manifestius triumphum interpretatus est. Et in proœmio côm. Danielis, idem sanctus Doctor sic habet. Plurimi psalmi ait illud Hebraicū, quod in titulis ponitur, lamnafeach, pro quo septuaginta translulerunt, In finem, magis pro victoria continent. Aquila enim interpretatus est *ἡνίοχος* hoc est ei, qui præbet victoriam, Symnachus autem *ἐπιτυχία* quod proprie triumphum, palmamque significat. Iuxta quod, vt alias huius vocabuli interpretationes prætermittam, per dictionem, ad victoriam; in principio tituli huius psalmi adhibita innuitur in eo contineri id per quod Dauid à Deo quodammodo victoriam est consecutus, cum ab eo sui peccati remissionem fuit adeptus, quod quidem fuit oratio gemitus, lachrymæ & huiusmodi alia. Cum enim in eodem psalmo emittendo gemitus inceperit, dicens. Miserere mei Deus, & paulo post, quasi percutus percutiens, & lachrimas profundens dixerit. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: Et rursus prope finem etiam dixerit: Cor contritum & humiliatum Deus non despicias, vim quodammodo Deo intulit, mediante qua ab eodem victoriam sibi comparauit. Quod quia ita fieri sepe solet, eleganter ait Baptista Mantuanus.

9
Varia tituli expositio nes in vniū sensum coincidentes.
Symmach.

Aquila.

10
Quid per victoriam in titulo significetur.

11
Contritione cordis quodammodo vincitur Deus.
Bapti. Mantuanus.

Virga

*Virga recens Zephyris, neruo curuabitur arcus,
Igne chalybs: adamas sanguine, corde Deu.*

Matthēi. 2. ait Christus Dominus (quod ad huius
eius intelligētiā maxime conducit) vim patitur regnū
cælorum, & violenti rapiunt illud, insinuans sci-
licet, maximis viribus opus esse unicuique, vt regnū
cælorum sibi comparet, & quasi victor capiat. Et ca.
18. etiam ait. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut
paruuli non intrabitis in regnum cælorum, insinuās
similiter non eas vires requiri ad cælorum regnum
obtinendum, quibus terrena regna occupari & ob-
tineri solent, sed eas, quibus pueri vtuntur, vt à suis
parentibus, imò & à quibusuis alijs hominibus
victoriam consequantur, nimirum preces, vagitus
gemitus, & lachrymas, quibus homines Deum flectē-
do victoriam quasi violenti ab eo reportant, eiusdēq;
regnum sibi rapiunt. Sicut enim pueri quando pa-
rentes non cōcedunt, quod ipsi efflagitant, & vagitus
emittunt, & quodāmodo, in lachrymas resoluuntur
quo vsque eosdem parentes sic vincūt, cogunt, & cō-
pellunt, vt non modo quod ab illis postulāt, ipsis pue-
ris concedant, verum etiam lachrymas ab ipsorum
oculis abstergant, blanditijs foueant, osculaq; & am-
plexus eisdem præbeant: sic etiam homines precibus
gemitibus, & lachrymis ita Deum mouēt, vt ab ipsis
quodāmodo victus, quæ postulant, & alia multo
ampliora eisdem largiatur. Geneseos. 32, narratur,
Patriarcha Iacob cum Deo fuisse luctatus: vires verò
quibus luctatus est, fuisse preces & lachrymas testa-
tur Oseas. c. 12. vbi ait de ipso. Fleuit & rogauit eum.

Matth. 2.

17
Lachryme
& gemitus
vim Deo
quodāmodo
inferunt.
Matth. 18.
Simile.

13
Quanta sit
orationis

A 4

Et vis.

Et cum Deus omnipotentia sua dimicaret, & Jacob oratione & lachrymis contenderet, tandem ei Dominus dixit, vt eo genesis loco refertur: Dimitte me. Et non dimissit eum Sanctus Patriarcha, quousque ab eo benedictionem accepit, & nomen Israel (quod præualens Deo significat) sibi comparauit. Ad quem modum

Ecclesi. 31. Ecclesiasticus capitul. 31. Oratio (inquit humiliantis se, nubes penetrat, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Similiter etiam Exodi. 32. Dominus Moyse humiliter pro populo deprecanti, & dicenti. Obsecro Domine, &c. Demitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Quæ verba enarrans D. Gregorius, libr. 9. moral. capit. 11. dicit. Quid est dicere seruo: Dimitte me, vt irascatur furor meus, nisi deprecandi ausum præbere. Et capit. 12. sancti qui iræ Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra eum opponantur, & contra ipsum se cum illo erigunt, eosque diuina vis sibi secum opponit. fouet enim eos in tantus gratia irascentis, vt aduersus iram seuientis exterius obtineant. Quia igitur oratione, lachrymis & gemitibus ab imo corde erumpentibus, quibus hunc psalmum. Dauid composuit, Deo quodam modo quasi alter Jacob præualuit, & ipsum aliquantulum vincens sui peccati veniam obtinuit, id eo ipsius psalmi titulus incipit. Ad victoriã psalmus Dauid.

Quod etiã tituli principium nempe, ad victoriã psalmus habet, quia per ea, quæ in ipso continentur, nimirum per sui peccati cognitionem, Dauid dicens, quoniam iniquitatẽ meã ego cognosco & per

contri

contritionem inquitens : Cor contritum & humiliatum Deus non despicias , & per confessionem etiam dicens: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, peccatum ipsam quod tanquam infestissimum hostem contra se esse semper, affirmat, omnino profligauit, & vicit. Quæ victoria tanto maior & excellentior fuit, quanto inimicus in ea superatus fortior, & potentior extitit. Potentes enim aduersarios vincere, vt ait Demosthenes, magna gloria est : peccatū autem maximum sibi esse hostem significauit ipse Dauid dicens. Et peccatum meum contra me est semper. Mundus enim caro, & dæmon aliquando suis tentationibus homines non molestant, nec persequuntur. Peccatum autem semper, hoc est omni tempore, & omni aternitate (nisi sit per pænitentiam deletū) ipsum hominem molestia afficit, vexat & vehementer contorquet. De reliquis namque hominis inimicis ait D. Petrus. 1. capit. 3. vnicuique homini: Quis est, qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? Quod quidem verissimum est, si quidem sine peccato nullus alius inimicus homini nocere potest nec sine illo diabolus eidem nocumentum inferre valet. Qua propter Diuus Martinus Turonensis Episcopus cum ei iam iam animam ex halaturo dæmon apparuisset, ipsi dixit. Quid astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies. Vnde patet quod a peccato dæmon potentiam accipit, qua hominem lædat. Est itaque peccatum tam potens, vt ipsum Dæmonem è cælo deiecerit, hominem à paradiso terrestri exterminauerit, mundum sub diluuij aquis submerferit quinque illas turpes ciuitates omnino subuerterit. Iudam apostolatu priuauerit, & denique vnum

Demosthe.

¹⁴
Quam magnus hostis hominis sit peccatum.

¹⁵
Magis nocet peccatū quam dæmō nocere possit.

A 5 quem.

quemque peccatorem ab amicitia Dei, quæ omnium bonorum est causa, in eiusdem odium & in dignationem omnium malorum fontem, & abyssum transtulerit. Quia verò tam potens inimicus est peccatum, & inter cætera tam infestus hostis extitit ipsi David, illud, quod commisit, ideo ait Diuus Ioannes Chrysostronus homil. 77. ad populum Antiochenum. Sicut Goliath bellum tacentes, non minimis eum priuant coronis: sic itidem eius peccati percurrentes historiam. Quapropter ut eiusdem David victoriam multum extollat, prius eiusdem peccatum valde exaggerat. In primis quia ut habetur sapientiæ. 6. potentes potenter tormenta patientur, & quia ut habetur. Luc. 18. qui scit voluntatem Domini, & non facit eam, plagis vapulabit multis, & maior scientia maioris poenæ & culpæ est occasio. Deinde, quia, sicut in Cain non sola cædes erat, peccatum commissum, sed multis cædibus peior. Non enim alienum, sed fratrem, non iniuriam inferentem, sed passum interemit: non post multos homicidas, sed primus nefas inueniens: ita quidem, & hîc non tantum cædes erat delictum; non enim quilibet erat vir, qui fecit, sed propheta, nec iniuriam ausum, sed passum interemit: & præterea, quia cædes duplici fuit ex eo qui passus est iniuriam, & ab illius persona qui peccatum perpetravit. Non enim par est, si spiritu præditus, & tantis decoratus meritis talemque consecutus libertatem & in tali ætate talia committat, & quod his carens hoc ipsum audeat. Attamen ita quoque mirabilis est vir ille generosus, quod in ipsum nequitia profundum delapsus,

Chrysostr.

16

Quam graue & magnum fuerit Davidis peccatum. Sap. 6. Luc. 18.

Quam gloriosam victoriam David de suo peccato sit consecutus.

fus, non prostratus iacuit, nec desperavit, semet-
 ipsum proiecit supinum, tam lethali à diabolo
 vulnere suscepto, sed celeriter, imo statim, &
 cum multa ferocitate grauius intulit vulnus quam
 acceperat. Idem factum est, quale si in præ-
 lio, & acie postquam barbarus aliquis in viri for-
 tis cor hastam fixisset, & in iecur iecisset sagit-
 tam, & secundum priori vulnus illo lethalius ad-
 didisset, collapsus, & multo passim sparius cruo-
 re talia suscipiens atrocia vulnera statim surgat, &
 hastam in iaculatum contorquens illico mortuū hu-
 mi demonstrat. Ira quidem, & hic quanto ma-
 iorem percussione dicit, tanto mirabiliorem ani-
 mum ostendit percussis. Quoniam post hoc gra-
 ue vulnus potuit, & surgere, & in acie prima con-
 sistere, & sui prosternere vulneris autorem. Ex
 quibus omnibus sancti grauisimique Doctoris
 verbis planè colligitur quanta fuerit victoria, quan-
 tumque trophaum, quod Dauid de tanto contra-
 rio, quantum eidem erat peccatum, reportauit, &
 consecutus est, & quàm meritò quamque accommo-
 date psalmus, in quo referuntur ea, per quæ talem
 triumphum adeptus est: psalmus Dauid ad victoriam
 inscribatur.

Simile.

Ad expositionem cæterorum verborum tituli,
 (nimirum cum venit ad eum Nathan propheta,
 quando intrauit ad Bethsabee) est in memoriam re-
 uocandum, quod 2. Reg. 12. sacris literis proditum
 inuenitur. Cômisso iam à Dauid cū Bethsabee vxore
 Vriæ grauisimo illo adulterij crimine, ex quo ipsa
 concepisse promanauit, volēs ille idē crimē occultare

2. Cor. 12.

18

*Quomodo
peccauit Da-
uid.*

rare, efficit, vt Vrius viri ipsius Bethsabee occide-
retur eamque in vxorem deduxit. quod cum Do-
mino maxime displiceret misit ad illum Nathã pro-
phetam vt eundem de commissis criminibus ar-
gueret. Qui cum ad eum venisset, ipsi in hunc mo-
dum proposuit. Diues, quidam habens centum
oues, vicino suo vnã solã ouiculã habenti,
rapuit. Quid ergo de eo faciendum? Quod cum
Dauid audisset, talem raptorem reum esse mortis
iudicauit. Ex quo sumens occasionem Propheta,
iplum acriter obiurgauit. Tu (inquit) es, qui hoc
fecisti, quia cum multas vxores, concubinasque
haberes, vnã solã, quam Vrius habebat, ra-
puisti. Quo audito perterritus Dauid, ad se re-
uersus poenituit, & coram omnibus peccatum suum
confessus, dixit. Peccaui Domino: & implorans di-
uinã misericordiã psalmum hunc composuit, quã
obrem idem psalmus hunc titulum prædictum præ-
fixum habet.

Primum autem quod circa ea tituli verba (cum
venit ad eum Nathan) perpendendum occurrit,
est necessarium fuisse ad hoc, vt ipse Dauid pec-
catum suum cognosceret, venisse ad eum aliquem,
qui idem peccatum in alio perfectionem propone-
ret, nec enim in se peccatum reputabat, quod
in alio morte iudicabat dignissimum. Nec mi-
rum illud videri debet; quandoquidem, sicut
sensibile positum supra sensum non facit sensatio-
nem secundum doctrinã Philosophi. 2. de ani-
ma, hoc est, non cognoscitur à sensu supra quem
ponitur, vt constat in quacunque re corporea posita
supra oculum, à quo sic posita videri non potest: ita
etiam

19
Quid quis-
que debeat
facere vt
peccatum
suum cogno-
scat.

etiam si crimina quæ committimus in alijs à nobis se-
parata non consideramus peccata esse non arbitramur.
Qua propter vt Christus dominus impios Iudaeos in eius peccati cognitionem adduceret, quod in ipsius interfectione sacrilega, erant iam iam commissuri, præter ea, quæ in prophetarum morte iam commiserant, perinde ac Natham parabolam de oue Dauidi, proposuit illis parabolam de vinea qua audita, ipsi sicut idem Dauid contra se sententiam tulerunt dicentes. Malos male perdet & vineam suam alijs locabit agricolis vt Matt. 21 est Euangelicis literis proditum: & quidem hac de re tam doctus ex hac prophetæ Natham disciplina euasit Dauid, vt non solum in quibuscumque alijs deinceps ea quæ faciebat consideraret, sed in ipsis etiam inimicis, qui semper in eisdem factis discutiendis & iudicandis se acerrimos exhibent & diligentissimos, & idcirco psalm. 118. dicebat super inimicos meos prudentem me fecisti, quasi diceret effecisti domine lectione & doctrina, quam mediante propheta Natham mihi dedisti, vt mea opera in inimicis meis considerans, iam non ignorem esse peccata, imo eadem esse grauissima crimina reputem. Vel super inimicos meos prudentem me fecisti, hoc est effecisti Domine vt meorum culparum inuestigator sim meis inimicis multo acrior & diligentior. Quam quoque doctrinam videtur tangere profanus quidam poeta dum dicit.

Matt. b. 21.

Psalm. 118

*Cum tua non videas liquidis mala lippus in undis,
Cur inimicorum visu tam cernis acuto.*

Et inde plane deducitur maxime oportere ad
nius cu-

20
*Quod in no-
 bis non in
 alijs pecca-
 tum indica-
 mus.
 Plutarchus*

vnius cuiusque peccata cognoscenda, eundem ipsa
 siue in suis inimicis, siue saltem in alijs hominibus cō-
 siderare. Qui enim sic fecerit præstantissimum philo-
 sophum Platonem etiam imitabitur, quæ memoria
 prodidit Plutarchus, de alienis defectibus maximã
 vtilitatem sibi decerpisse ad suorum cognitionem,
 & correctionem consequendam.

21
*Quantũ sit
 fugienda le-
 ctio librorũ
 impodico-
 rum.*

Montanus.

Deinde circa ea verba, quæ in titulo sequuntur,
 nempe, quando intrauit Dauid ad Bethsabee (vbi
 ponitur introitus ad Bethsabee, pro re cum illa habi-
 ta) est in primis considerandum quantum sacra scri-
 ptura res dictu alias fœdas verborum tegumentis
 opperiat, ne in legentis, vel audientis memoriam
 reuocet aliquem rei venereæ vsum, cuius expressa
 consideratio sæpe numero plurimorum peccatorum
 occasio, imò & causa esse consuevit. Quod etiam plu-
 rimi, ex prophanis autoribus arbitrati sunt. Aëtius
 enim Tetrabi. 3. sermo. 3. cap. 34. monet eos qui sto-
 macho laborant, vt abstineant à lectionibus, quæ rei
 venereæ vsum in memoriam reuocare solent, qua-
 ses sunt lectiones librorum impudicorum, qui lasci-
 uis, & obscenis verbis passim scaturiunt, de quibus
 bus etiam Montanus

*Lasciuæque pagina multos
 Efficit incestus, in venereque trahit.*

Ouidius.

Quin & Ouidius libro. 2. de arte amandi.

*Eloquar inuitus teneros ne tange poetas
 sub moseo dotes impius ipse meas.*

Et Paulo inferius, idem autor.

Car-

*Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit.*

Quam ob causam Lacedemonij, quorum respu-
blica preclare fuit instituta Archilochi poetæ (quæ
petulantissimum Oenomaus apud Eusebium appel-
lat) libros è ciuitate sua exterminari iusserunt, quia
eorum lectionem parum verecundam, & valde im-
pudicam arbitrabantur, & ideo noluerunt ea libero-
rum suorum animos inibui, ne plus moribus nocer-
et quam ingenijs prodesset, vt videre est apud Vale-
rium Maximum. li. 6. c. 3. de seueritate, & ideo D. Ba-
silius in libro de legendis libris gentilium, & pluri-
mi alij autores censuerunt esse procul reiiciendos
eos libros poetarum, in quibus Deorum adulteria
impudenter describuntur. Magna igitur cum ratio-
ne in sacra scriptura quæ humanarum debet esse nor-
ma, res dictæ fædæ & turpes honestis & modestis ver-
bis enarrantur, vt hoc loco fit cum in ea dicitur. Quã-
do Dauid intrauit ad Bethsabæe: pro quando Dauid
habuit rem veneream Bethsabæe. Similiter Genes. 3.
dicitur cognouit Adam Eua vxorem suam. Proha-
bui Adam rem veneream cum Eua vxore sua. Pau-
lus quoque. 1. Corinth. 7. dicit. Vxori vir debitum
redat seu, vt est in contextu Græco, debitam ve-
neuolentiam. Et cap. 10. siue manducaberitis, siue
biberitis, siue quid aliud facitis. Quod vltimum
explicans Origenes homilia .5. in Genesim, di-
cit. Cum inquit Palus siue quid aliud facitis, in-
nerecundia coniugij negotia verecundò sermo-
ne signauit. Hieronymus item Ephes. 4. expli-
cans

Archiloch.
Oenomaus.
Eusebius.
Exterminã-
dos esse li-
bro impudã-
cos.
Valerius
Maximus.
Basilius.

Quam ho-
nestis ver-
bis sacre li-
tere vti so-
leant.
Genes. 3.

1. Cor. 7. &
10.

Origenes.

Hieronym.
Ephes. 4.

Ephes. 4. cans illud eiusdem Apostoli ad Thessalonicen. 4. nimirum nequis supergrediatur, & circumscribat in negotio fratrem suum dicit nihil aliud ea verba significare, nisi nequis suam vxorem derelinquens alterius polluere quærat vxorem ad Philip. denique capitul. 3. habet ipse Apostolus quorum Deus venter est, & gloria in confusione. Quæ verba explicans *Ambrosius* sic habet. De illis loquitur, qui saluti credentium obsistebant, de cibis edendis, vel non edendis quæstiones mouentes quasi solus esca sit, aut venter Deus, quem iuxta legem mundis escis delectari putabant gloriantes in pudendis circuncisis. Et in *Roman. 2.* commentarijs Epistolæ ad Rom. capitul. 2. dicit quoque de illis. Gloriantur enim in carnis circuncisione, quod ex patribus sit. Vnde in pudendis eorum, carnis circuncisionem gloriam putant, quem locum eodem fere modo explicat *Theophilactus*, licet aliter sentire videatur *Chrysofomus* super Epistolam ad Philipenses capitul. 13. vbi ait, de circuncisione quidam intelligunt. Ego vero hoc non dico, sed hoc est quod dicit Apostolus. In quibus debebant pudeferi, gloriantur. Malum quidem est turpia patrare, patrantem vero pudeferi mediocriter malum. Quod si vero quisquam male agens gloriatur etiam excellens est stupiditas, latantur enim cum male fecerint. Sed accommodatior videtur *Ambrosij* & *Theophilacti* explicatio. Ex prædictis & ex alijs plurimis diuinæ scripturæ locis plane constat quanta cum modestia res etiam dictu fædæ & turpes in illa enarrentur, quantumque à verbis obscænis & fædis ipsa abstineat, vt nimirum hoc ipso in eadem significetur, quales nempe debeant esse fidelium libri
quales,

quales ne scripturæ, easque esse ab ipsis summopere deuitandas, in quibus ea verba reperiuntur, quæ sua obscænitæ turpes cogitationes menti iniiciūt: eas vero summa diligentia querendas, & lectitandas quæ ad virtutem sectandam, moresque corrigendos animum incitare solent.

Quin etiam dici potest, propterea in titulo Psalmi poni illa verba. Quando ingressus est Dauid ad Bethsabæe. Pro illis, quando Dauid habuit rem cum Bethsabæe, quia horum significatum ex illorum significato, vt plurimum, & quasi necessario consequitur. Nam mos est in sacris literis sapissime usurpatus (vt Diuus Chrysostr. Homilia 12. in Genesim aduertit) non vbique omnia sigillatim enarrare, sed cum generalissima, & ea, quæ plurima complectuntur, dicat sequentia studiosis auribus consideranda relinquere. Et hæc est causa, quare in eadem Genesi dicitur. Iste est liber generationis cæli & terræ, cum tamen sit liber generationis eorum, quæ in cælo & terra continentur, & quodammodo eorum sunt consequentia. Quia vero sub introitu ad Bethsabæe res sub illo cum ea habita continetur, & hoc posterius ex illo priori, vt plurimum fit consequens, ideò eadem scriptura vnum enarravit, & aliud tanquam quasi necessario subsequendum considerandum & subintelligendum reliquit. Circa quod est maximè perpendendum quanta sit hominis fragilitas, siquidem data tali cadendi occasione, qualis est introitus ad mulierem in sensualitatis vitium præceps, vt plurimum ruit, licet ea virtus in eo eluceat, quæ in Dauide reperiatur.

Chrysostr.

D. Thom.

Doctrina est Diui Thomæ in 4. distinct. 22. q. 2. artic. 3. ad 3. peccare mortaliter eum, qui se periculo

Ecclef. 3.

peccandi mortaliter exponit. Et ratio est, quia vt habetur Ecclef. 3. Qui amat periculum (hoc est, occasionem peccati, vt habet quædam glossa) peribit in illo, iam verò introitus ad mulierem, & cohabitatio cum ea maxime sunt ruendi occasiones. Vnde Hieronymus dicit Epistola 211. cap. 4. Flammigero igne

Hierony.

²⁴
Quam periculosa sit cohabitatio cū muliere.

percutit foemina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris foeminae habent, viscarium non decrit diabolo. Et in Epistola 190. ad matrem & filiam: quis vnquam iuxta viperam securus dormit? quæ si non percutit, certe sollicitat, securius est perire non posse, quam iuxta periculum non periisse. Inter lasciuas puellas & comatos iuuenes puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum sustentabit lassam, & pressis digitis, aut tentabitur, aut tentabit. Quod maxime aduertere debent qui choreas ducunt, & agitant, & matronas, domicellas pressis digitis sustentant. Et in Epistol. ad Nepotianum, Hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: periculose enim tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis. Et in Epistola 263. ad Damasum Episcopum, vinum nocet, sed vultus centuplo magis mulierum. Mulier diaboli sagitta est, qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confidat viuens. Si sanctus es, nec tamen securus es. Mulier viri pretiosam animam capit homo, & mulier ignis, & palea, diabolus nunquam insufflare cessat, vt accendatur. Huius prælij nunquam fiet victor nisi fugiens. Diuus Augustinus etiam cap. 2. de

August.

de

de singularitate clericorum, ait, in certa victoria est inter hostilia arma pugnare, & impossibilis liberatio est flammis circumdari, nec ardere. Sic qui introierit ad vxorem proximi non erit immunis, nec qui tangit eam. Et lib. de honestate mulierum. cap. 1. infine: Sine illa dubitatione qui familiaritatem mulierum non vult fugere citò dabitur in ruinam. Et cap. 2. eiusdem libri. Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt prælia castitatis, aut carnis vbi est quotidiana pugna, & rara victoria. Isidorus item, lib. de summo bono similiter dicit, quod magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quam per aliquod aliud vitium. Cuius rationem assignat D. Thomas. 22. q. 153. art. 1. infine dicens, eam esse, quia difficilius est vincere vehementiam huius passionis, quam cæterarum. Quæ cohabitatio seu introitus ad mulierem, seu vice versa mulieris ad hominem, quia periculossissima est. Ipse D. Thomas (id quod latius in eius vita enarratur) cum in turri quadam à fratribus carnalibus custodiretur, & ad eundem iuuenula sola fuisse intromissa ardenti tione de camino arrepto, eam celerrime à se deiecit, & fugauit, Quod si familiaritas, & introitus ad fœminas, tam periculosa sunt hominibus, quid de quocumque contactu inter utrūq; habito dicendum est? Explicans Hieronimus illa verba Pauli. 1. Cor. 7. nempe, bonum est mulierem non tangere Episto. 9. cap. 4. contra Iouinianum, sic arguit, bonum est mulierem non tangere, ergo malum est mulierem tangere, cum nihil bono contrarium sit, nisi malum. Et paulo inferius: Non dixit Apostolus, bonum est vxorem non habere sed bonum est mulierem non

29
*Quam fugi
 da sit que-
 cunque com-
 munitati
 muliere.*

Isidorus.

D. Thom.
 26
*Quam perni-
 tiosum vi-
 tium sit lu-
 xuria.*

27
*Exemplum
 Dni Tho-
 ma.*

28
*Quantum
 noceat qui-
 cumque mu-
 lieris conta-
 ctus.
 Hieronim.
 1. Corint. 7.*

tangere, quasi in tactu periculum sit, quia qui illam tetigerit, periculum non euadet. Et adijcit statim: Al ligabit quis in sinu suo ignem, & non comburetur? aut ambulabit super carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, statim aduritur: ita viri tactus, & foeminae sentit naturam suam, & diuersitatem sexus intelligit. Et huius quidem ignis incendium vehementer formidauit sacerdos ille qui vt refert, D. Gregorius. 4. Dialogo. cap. 11. iam iam moriturus mulieri ausculanti, an iam spiritum ipse exhalasset, quomodo potuit, dixit: Tolle paleam, quia igniculus ad huc viuuit. De sancto Leone pontifice summo refert Diuus Antoninus 2. parte doctrinali titulo. 5. capit. 5. 9. (vbi inter alia docet, quod si vir aut mulier ex proposito permittat se osculari, aut tangi ab eo, quem probabiliter existimat moueri ad hoc amore libidinoso, mortaliter peccat) quod cum eiusdem sancti Leonis manum quaedam mulier ex deuotione osculata fuisset, incidit ipse in grauem carnis tentationem propter quod sanctus vir manum ipsam scandalizantem abscidit, quam tamen beatissima virgo Maria per singulare miraculum ei restituit. Commemoratur etiam egregium exemplum de quodam homine, qui cum reprehenderet religiosum quemdam coram Beato Iordano ordinis praedicatorum magistro, propterea quod mulier quaedam ex deuotione eiusdem religiosi manum tetigisset, & ipse se excusans diceret, mulierem illam bonam, honestam, & sanctam esse, respondit Beatus Iordanus. Terra utique bona est, & similiter aqua bona, & tandem ex utraque se contingente fit lutum. Ad quod nos etiam adijcere possumus

29
*Gregorius .
 Exemplum
 singularia
 de hac re.
 Antoninus*

Simile.

sumus nihil esse frigidius scilicet, & ferrò, & tamen ex
vtriusq; cōtactu produci lepiſſime igne. Quapropter
à quibuscunq; siue iuuenibus, siue senibus, licet san-
cti sint mulieris cōtactus est summopere deuitādus.
Est enim mulier (vt summatim mala ex familiaritate
& cōtactu ipsius proueniētia cōprehendamus) id,
quod poēta quidā de ea ingeniose scribit nempe.

Femina fax Sathana, fatens rosa, dulce venenum,

Semper prona rei, qua prohibetur ei.

Urit enim vultu, visit, risu, cute, cultu,

Huius ab insultis vt potes, esto procul.

Quibus succinit carmē illud Homeri lib. II. Odissææ.

ὡς οὐκ αἰνὸ τέλει καὶ κύντεροι ἄλλω τῶναι.

Nihil fœmina grauius, nihil peius.

Et ille Menandri versiculus.

οὐδ' ἔργω αἰεὶ χεῖρον οὐδέ τῆς καλῆς.

Muliere nihil peius, nec etiam bona.

Et illud eiusdem tanquam prouerbium maxime vsur-
patum.

θησαυρος ἐστὶ τῶν κακῶν καὶ κήρυξ.

Thesaurus est malorum mala mulier.

Illud ergo quasi vnicum remedium reliquum est,
vt nempe vnulquisque mulierum consortiū, & fami-
liaritatem, & quamcunq; occasionem peccandi cum
ipsis diligētissimè deuitare conetur. Ait enim, vt hoc
nobis insinuet D. Petrus in sua. 2. Canonica. c. 1. per
hoc efficiamini diuinę consortes daturæ fugiētes eā,
quæ est in mundo concupiscentiæ corruptionem. Et
D. Paulus. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Vbi glos-
sa dicit in alijs vitijs posse expectari conflictum, car-

30
Quam perni-
tiosa res sit
mulier.

Homerus.
Menander.

2. Pet. 1.

31

Per fugam
caro vincit-
tur, potius
quam per re-
sistentiam.

1. Cor. 6.

Hierony.

nis vero vitium non melius posse vinci quã fugiẽdo.

*1. Pet. 5.**Ephes. 6.*

32
*Per resistentiam
 dæmõ
 & mundus
 superantur*

August.

33
*Gloriosa est
 victoria de
 carne per su
 gam reportata*

Cui conforme est illud Hieronymi Epistolæ ad Eustochium cap. 20. de regula viuẽdi sanctimonialium, nẽpe victoria non speratur in hoc certamine, nisi ex fuga. Et adijcit. Nemo ex fortitudine audeat resistere viribus, quoniã, nisi fugiat, cito succumbet. Præcipit D. Petrus in sua. 1. Canonica. c. 5. vt resistamus diabolo rugienti, tanquam leoni inquiring: Cui resistite fortes in fide. Et Paulus Ephes. 6. Vt sumamus arma contra ipsum, & contra mundum, inquiring: Induite vos armaturam Dei, vt positis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est vobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores, & tenebrarum harum, &c. Quibus verbis Apostolus videtur significare, sine fuga, mediante tamen resistentia, & armis virtutum arreptis posse diabolum, & mundum à nobis oppugnari, quod de carnis tentatione minime asseruit, imò ipsa sola fuga esse superandã consuluit. Quibus consonant ea, quæ Augustinus libro de singularitate clericorũ docet, vt cap. vltimo hæc dicit: Vbiq; gustanda est cũ mulieribus, & non continuanda presentia: sed quasi transeunter fæminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiua. Et alibi dicit idem sanctus: grauem inimicum sortita est castitas, cui nõ solum resistendum est, sed dimisso fræno longius fugiendum. Fuga ergo hoc est occasionum deuittatione carnis impetus sunt infringendi, eiusdemq; vires & potentia expugnandæ. Nec uerò victoria per talẽ fugam comparata, minus, sed magis gloriosa est, quã ea, quæ per resistentiam est acquisita. Quod intelligens Dauid Psalmum tertium composuit ad gratias Deo agendas pro eo, quia superatos iam inimicos suos

suos habebat, quam ob rem dicit in eodem Psalmo: Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, & tamen talem titulū eidem apposuit: Psalmus David cum fugeret à facie Absalon. Significans nimirum se in maiori æstimatione pretioq; habere victoriam fuga reportatam ab Absalone filio significante carnē inimicā quam victoriā de cæteris externis hostibus mediantibus armis, & resistētia similiter reportatā. Deuitādus igitur est introitus ad mulierē, & quæcunq; alia similis occasio, si quidem tam assidue ex ea, ruina consequitur.

Illud vltimū circa huc introitū Dauid ad Bethsabee adnotauerim, quod licet ipse tam sanctus esset, & tot vxores, & concubinas haberet, eā tamē appetierit, & propter eā in talē ruinā denegerit licet aliena esset. Quod quidē mirādum minime est cōditione & gilitate humana supposita. Nā vt Prouer. 9. habetur Aquæ furtiua dulciores sunt. Cui conformis est illa celebris apud Græcos sententia, quam Hieronymus ad Algasiam. q. 8. refert. Nempe, quid quid licet, minus desideratur, & illa commodi, qui ab vxore voluptatem seiungebat, ea tantum ductus opinione quod, vt scribit Quintilianus Nepos declamat. 14. diliguntur immodice sola, quæ non licent, breuis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus &c. Et Lampridij in Alexandro Seuero, nimirum homines illicita magis poscunt, prohibitaque furore persequuntur. Quibus etiam consonat id, quod ait Ouidius lib. 3. Elegiarum. Eleg. 4. nempe.

Quod alienum est nobis prohibitum magis appetimus quam quod nobis licet.

Prouerb. 9.
Hieronymus Ne-
pos.
Quintilianus Ne-
pos.
Lampridius.
Ouidius.

Vidi ego nuper equum contra sua frænatenam

Ora reluctanti fulminis ire modo.

Et paulo post. Nitimur in vetitū semper, cupimus-
que negata. Et rursus: Fertior seges alienis semper
in agris.

Vicinumque pecus grandius vber habet.

Nec mirum est, si ad sanctitatē David respiciamus,
eadē etiam humana fragilitate, supposita quod cū tā
sanctus esset, in tamē culpā inciderit. Nē expertoā cre-
de (inquit Augustinus) loquor coram Deo, non mē-
tior: Cedros libani, id est, contemplationis altissi-
mā, homines, vt opusculo. 64. explicat D. Thomas,
& gregum arietes, hoc est, magnos Ecclesiæ prala-
tos sub hac specie vel, peste corruisse reperi: de quo-
rum casu non magis præsumebam, quam Hierony-
mi, & Ambrosij. Vnde in, Dauide hoc non tam mi-
randum fuit, post quam in Bethsabeam nudam se la-
uantem oculos coniecit: nuditas enim mulieris visa
maximum incendium excitat. Quā propter Augusti-
nus de honestate clericorum, inquit. David ille tan-
ctissimus mille passionibus pressus, vidit mulierem
nudā, & adamauit eam, & statim homicidium simul fe-
cit & adulterium. Refert Aelius Spartianus grauis
historicus quod cum Antonini Caracallæ impera-
toris Romani nouerca mulier forma eleganti, & eg-
gregia se maxima parte corporis coram ipso Antoni-
no quasi per negligētiam nudasset, eaque nuda cō-
specta dixisset Antoninus libidine ex æstuans, vellē,
si liceret, respōdisse fertur, si libet, licet. An nescis te
imperatorem esse, & leges dare & non accipere?
Quo audito Antoninus audactior factus nouercam
vixorem duxit. Quin etiam Robertus Episcopus Li-
coniensis autor antiquus in tractatu quodam ab eo
ex Græ-

35
*Santissimi
etiam viri
fragilitate
carnis supe-
rari solent
Augustin.
D. Thom.*

*Augustin.
35
Quantam
vix habeat
nuditas mu-
lierum cons-
pecta vt ho-
mines supe-
ret.
Aelius spar-
tianus.*

græco in latinum sermonē traducto, qui inscribitur, testamentum duodecim Patriarcharum, tradit Rubē Patriarchæ Iacobi filiū qui incestuosum illud peccatum cum Bala eiusdem Iacobi patris sui vxore ne farie cōmisit, iam iam oriturum sic idē peccatum manifestasse. Cū, inquit, triginta essem annorū absente patre imprudēter, in quoddā paternę domus cubiculū à casu ingressus Balam patris mei vxorem vino & somno consopitam ac proinde corpore nudam confexi, quod me spectaculū mirū in modum prouocauit, vt scelus illud cum eadem contra Deū, & contra patrem impudenter perpetrarem: ex quo factum fuit, vt ipse pater eam amplius tāquā vir eiusdē non cognouerit. Et vt ego iniquitatem culpamque meam agnoscerem de ipsa maxime penituerim. Ad quod etiam grauissimus quidam morbus quo per septem mensiū spatiū cum maxima acerbitate & periculo laboraui me vehementer impulit, nec ab illo liberatus fui, quousque meus pater singulari pietate commotus pro me maximas ad Deum preces effudit. Ex quibus patet nuditatem mulierum adeo virum irritare, vt reiectis spretisque naturæ, iurisque legibus, nulla habita criminis ratione ad inconcessam vndequaq; venerē, infandaque sapissime impellat. Quā ob causam poetæ profani lasciuum amorē nudum depingunt. Vnde Marulus de illo quærit: Cur sine veste Deus? Et ante ipsum Moscus similiter de illo dixit.

γυμνὸς ἕνεκεν τοῦ θεοῦ ὅτι ἐμνηστεύσθαι.

Corpus habet nudum, mentem fallacia vellat. Quæ omnia dixerim, vt vnusquisque licet integerrimus, sit à mulierum nuditate oculos auertat, ne sicut Dauid simili ruina prolabatur.

Marulus.

Moscus.

31

Quare poeta

lasciuum

amorem nu-

dum depin-

gant.

Argumentum Psalmi.

Continetur in hoc psalmo, vt ex eiusdē titulo cōstat, deprecatio Dauidis facta ad Deū, quādo admonitus à propheta Nathan de patratīs ab ipso grauissimis adulterij, & homicidij criminibus, post diuturnam in eisdem impēnitentiam, ipsorum turpitudinem, & grauitatē tandē cognouit. Accurate itaque scelera sua cognocens, & humili, feruidaq; oratione, & magna fiducia maximā, & multiplicem Dei misericordiam implorans in primis peccata sua sibi dimitti eadēque purgari, & deinde Spiritū Sanctū per ipsa peccata amissum, sibi restitui suppliciter efflagitat. Quod vt cōsequatur promittit se tum alios quoscūque peccatores fore docturū, tum etiam immēsam Dei bonitatē fore similiter predicaturū: quæ duo perfectæ respiscētię sunt officia. Adiecit podremo cōmunē pro instauratione sanctę ciuitatis Ierusalē orationē, postulās nimirū ne propter ipsiusmet peccatū, Deus quę in ea sacere instituerat, intermitteret, sub cuius ciuitatis typo, Ecclesię, quę vera est Hierusalem instaurationem simul efflagitat.

Explicatio primi versus.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam,

Paraphrasis huius versus (qualem nos singulis apponemus) sic habet: Miserere mei, ò Deus, secundum immensam misericordiam tuam. Immensum enim esse confiteor, quod deliqui, vt qui sciens ingentia crimina patrauerim.

In-

Inuestigāda est statim causa, vnde factū est, vt David emiserit ad Deū hanc vocē dolorē, & miseriam significantē, eiūdemq; remediū, & medicamen ab ipso implorantē, ab imò pectore dicēs: *Miserere mei Deus, &c.* Causa verò est (quā versu quarto assignat, inquiens, quoniā iniquitatē meā ego cognosco) nēpe: propriā miseriam spiritualisq; morbi cognitio, & supplicij seu pœnē infligēte, & infligēde reformatio. Hoc enim est discriminē inter spirituales morbos, quales sunt peccata, & corporales, quales similiter sunt illi, quos infirmi patiuntur, quod ad hoc, vt corporales cognoscātur, opus est vt prius doleāt, vt patet in podagra, & pleuritide, quarū hęc per laterū, illa vero per talorū dolorē deprehēditur, & manifestatur. Ad hoc verò vt spirituales morbi, quales sunt culpæ, & peccata doleāt, & per dolorē eūrētur, necesse est, vt prius ipsorū grauitas, seditas, & turpitudine, malitiaq; cognoscatur, & cognita perpēdatur, & deploretur. Et hęc est causa, quare impij peccatores scelera sua non doleant, nec de illis peniteant, quia videlicet, peccati cecitate sunt affecti, præter eam, qua etiam dæmō eos percussit. Quēadmodū enim lampade aliqua in obscura, & caliginosa domo incēsa omnia, quę tamen extincta, illa etiam, quę ingentem molem habent minime videntur, ita dū diuinitę gratię lumē animam hominis illustrat, exiguos etiam, & minutissimos defectus suos percipit & videt, perceptosque & visos dolet. Verū tamē vbi primū lulgētissimū hoc lumen per peccati mortalis ingressum, est expulsū, turpissima etiam & nefanda crimina, nec videt, nec alicuius momenti esse arbitrat̃ur. Quapropter in quęuis flagitia cęco, & effrenato

1
*Discrimen
inter corpo
rales & spi
rituales mor
bos.*

2
*Quia impij
peccata sua
non cognos
cunt ea non
deplorant.
Simile.*

in petu deinceps ruit, ac ideo Sophonias capite. 1. ait de similibus loquens. Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerūt. Quādo sacrilegus ille Rex Anthiochus ad Hierusolymitanū templū nefarie impudenter, & audacter est ingressus, ex ipso lampadem illam sustulit, & furatus est, quæ semper incensa suo lumine illud illustrabat, ac pro inde ipsum tenebris opertum reliquit. Ad quem modum dæmon ingressus in hominem, quem sacræ literæ læpe templū Dei appellant, lampadem diuinæ gratiæ eundem illuminantem ab ipso tollit, eiusque mentem cæcitatē tenebris afficit & inuoluit. Sanfon itē cū (vt habet Iudic. 16.) à Philistæis, captus fuisset, oculis statim fuit orbatus: quo similiter modo, vbi primum homo peccatū in Dæmonis manū deuenit, videndi, & cognoscendi facultate penitus priuatus remanet. Cuius etiā figura fuit Rex Sedecias qui vbi primum fuit à Rege Babylonis in captiuitatem redactus, & in carcere coniectus, Babilonemq; deductus, eiusdem iussu fuit simul oculis priuatus, ne, scilicet, videret honorem carceris, & Babylonis confusionem, eā significatē in qua peccatores existant. Quin & hoc idē significauit id quod. 1. Reg. ii. conscriptum est. Ibi enim dicitur, quod post quā Naas Amonites pugnare cepit aduersus ciuitatē Iabes, dixerūt omnes viri Iabes ad Naas. Habeto nos fæderatos, & serui emustibi. Et respōdit ad eos Naas Amonites: In hoc feriā vobiscū, fædus vt cruā omniū vestrū oculos dextros. Hos autē oculos postulabat, quia sinistri clypeis operiēdi erāt, & habēdo ijdē oculos vidētes, nō vidētes erāt remāfuri, atq; ideo ex captiuitate nūquā exituir. Quod Dæmō de ijs, qui in peccato sunt, cōsequi sūm opere conatur.

Dicet tamen eorum vnusquisque, se cæcum non esse, videreque sentire, & intelligere, nec esse in tanta ignorantia, & miseria constitutum. Sed audiat Ioannem Apocal. 3. dicentem. Dicis, quia diues sum & nullius ego, cum sis pauper & miser, & miserabilis, cæcus & nudus. Patet & igitur ex diuinis literis peccatoré esse cæcitate percussum. Sed iam illud probe turea experiéncia, quæ hac in re haberi potest. Peccato corpus suum nimiû curat, & animam, quæ potior est, negligit, miseriæ huic, ac breuiter peritura vitæ diligenter prospicit, fælicisque & æterna vitæ obliuiscitur. Non ergo sunt istæ palpabiles illæ tenebræ, quibus vniuersam AEGYPTUM inuolutâ esse Exod. 10. diuina Scriptura commemorat? De Seneca refertur ipsum prope modum cæcum fuisse, nec tamen illud sibi persuasisse, licet omnes ipsum cæcum esse, ei dem dicerent imo existimasse, set ideo non videre quod aër tenebrosus esset. Eodem prorsus modo illi qui flagitiosam vitam degunt, licet de cæcitate, qua sunt affecti, ad omnibus admoneantur, illam tamen non cognoscunt, imò omnes sibi mentiri arbitrantur. Qui cæcus est nescit dirigere gressus per viâ per quam vult ambulare, si in ea est aliquod offendiculum, ipsum efugere non potest, nec aliquid secretum vel dicere, vel facere valet, cum an aliqui sibi ad sint, penitus ignoret, nescit etiam pericula deuitare, & ab eo se defendere, qui ei nocumentum conatur inferre & cû se existimat omnino latere patet quam plurimis ipse, & omne id quod molitur. Peccator similiter putat se bonam viam tenere cum suis æffrenatis cupiditatibus affluenter satisfacit, cum tamen nouissima eius ducant ad morté nec scit

Dæmo-

4
Peccator
est cæcus &
miser & hoc
ipsum igno-
rat.
Apocaly. 3.

Exod. 10.

5
Ostenditur
peccator ef-
se cæcus.

Dæmonis laqueos, & tētationes ab ipso eidem obie-
ctas deuitare, imo p̄s̄sim in eas offendit, & frequē-
ter in flagitia in dies magis, ac magis p̄æcep̄s ruit.
Existimat peccata sua penitus esse occulta, cum ta-
men Deum nullum secretum lateat, quia vt inquit
Psal. 118. Dauid *psal. 118.* Omnes viæ meæ in cōspectu tuo. Cū
q; Angelis bonis, & malis ipsum comitātibus ea nota
sint, imo cum plurimos etiam homines ea minime
lateant, & sæpe in omnium ore versentur, sed cum
sint in tenebris scelerum suorum, neminem se ipsos
videre arbitrantur, & instar fenum impudicorum,
Dan. c. 13. quos refert Daniel dicit: Nemo nos videt. Sunt
igitur cæci, quia quid faciant, vbi & quomodo sint,
non vident, & quia alios se ipsos videre penitus ig-
norant. Quam etiam ob causam Aristoteles asserit,
Aristotel.
6
Si peccator
vacans nō es-
set, peccatū
committere
non posset.
Hierem. 3. quod omnis peccans est ignorans. Nec mirum illud
est, si enim talis non esset, peccatum ipsum mini-
me committeret, & diceret quomodo peccare pos-
sum? Est ne aliquis qui peccare possit? Ecce locuta es
(inquit Hieremias. cap. 3. eū anima loquens) & fe-
cisti malum, & potuisti. Quasi diceret: cogitasti quan-
tum malum esset peccatum (id enim significat locu-
ta es, iuxta illum loquendi modum, quo *psal. 105.* dici-
Psal. 105. tur. Dixit vt disperderet eos, hoc est, decreuit euertere illos) & statuisti, & fecisti illud? Impossibile vide-
tur rem similem imaginari: & tamen tu illam decre-
uisti, & effecisti. Tanta quidem est peccati grauitas,
talis status, talis ægritudo talis & tanta corruptio, ta-
lis deniq; annihilatio, vt si quis ea non ignoret, vel,
nullo modo ipsum committere audeat, vel si commi-
sit illud, vbi primum idē cognouit, statim ab eo per
dolorē, gemitus & lachrimas respiciens egrediatur.

Porro

Porro quanta sit grauitas peccati ex eo intelligi potest, quod talenti plumbei nomine Zachariæ. 5. significetur, dum ibi dicitur. Et talentum plumbi portabatur. 22. Similiter super plumbū quid grauabitur, & quod illi aliud nomen, quam fatuus (id est peccator) arenam, salem, & massam ferri facilius est ferre, quam hominem im prudentem, & fatuum. Quā obrem Dauid. psal. 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me, & ita non solum se sentit, qui peccatum cognocet eiusdem pondere oneratum, & talis existit iuxta illud Esai. 1. Væ genti peccatrici, & populo graui iniquitate, sed ipsa etiā terra videtur pondus peccati non potuisse sustinere, & ferre quando patefacta vrbes illas infames Sodomarū & Gomorrā deglutiuit: nec etiā celū quādo Angelos malos à sedeiecit. Imo ipse Deus se peccati pondere aggrauatum significat, dum se mulieri prægnanti propter ipsum peccatum per Esa. 46. comparat dicens: Audite me domus Iacob, & residuū domus Israel, qui portamini à meo utero, & gestamini à mea vulua. Itaq; ille, qui est portans omnia verbo virtutis suæ, vt ait Paulus Heb. 1. Omnia, in quā, quæ solo verbo sine vllō labore cōdidit, vt notat Chrysof. dicit per Esai. 1. de peccatis loquens, facta sunt mihi molesta, & laborauī sustinens. Et per eundem prophetam cap. 43. præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et cap. 7. numer. parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo. Nec Deus hanc molestiā peccati sustinet absque multa patientia, vt Paulus Rom. cap. 9. docet inquiring, de ipso: Sustinui in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Maxima ergo est pec-

Quanta sit peccati grauitas quantumque pondus.

Zachar. 5. Eccles. 22. Psalm. 37.

Esai. 1.

Cantum est pondus peccati vt etiā Deus illud moleste ferat & sustineat.

Esai. 46. Hebreor. 1. Chrysof. Esai. 1. & 43. & 7. Rom. 9.

est peccati grauitas, quæ non solum plumbo comparatur, & à terra, & multo minus à cælo sustineri non potuit, verum etiam ipsi Deo omnipotenti molestiã, & grauamen afferre dicitur. Hanc verò molestiam, pondus, & grauamen non sentit, peccator, quando in peccatis existit. Sicut enim percipitur pondus amphoræ aqua plenæ, quando ipsa in fluuiio, seu fõte est immenso, sed postquam ab eo est deducta, sic non cognoscitur pondus & grauamen peccati, nisi ab eo qui ex illo egressus in eodem per considerationem existit.

6
Quanta sit
peccati ma-
liria.

Peccati etiam maliria quanta sit colligitur plane ex eo, quod contra Deum, qui bonum infinitum est, commissum sit, ac proinde infinitatem quamdam habeat, & ex eo, quod inter peccatorem, & Deum summum bonum inimicitiam constituat, & ad vltionem & vindictam sumendam mirum in modum prouocet. Status verò, & locus iniquo peccatorem constituit, inferior est ipso inferno, si ita dici potest. Imo hoc videtur aperte innuere regius Psaltes. Psalm. 85. dicens:

10
In quam ab
iektio statim
constitua-
tur pecca-
tor per pec-
catum.
Psalm. 85.

Eruisti animam meam ex inferno inferiori, hoc est, ex loco & statu, qui ipso inferno est inferior. Ex quo etiam deducitur qualis, & quanta sit peccati ægritudo, & infirmitas. Nam ex statu gratiæ quæ diuinæ naturæ est participatio ac propterea ipso cælo multo altior miserabili ruina cadit in statum, & locum inferno quod in centro terræ est) multo inferiorem. Unde manifestum relinquitur, quã infirmus, & æger, imo quam dilaceratus, & contritus peccans ipse ex tali casu, seu ruina euadat. Qua propter ait Hieremias, capite. 14. Deducant oculi mei lachrimas per diem, & noctem, & non taceant, quoniam contritione mag-

11
Quam in-
firmus &
æger sic pec-
cator.
Hierem. 4.

na contrita est filia populi mei, plaga pessima vehementer. Quæ verborum duplicatio dilacerationem, & contritionem peccatoris, infirmi maximam esse patienter ostendit, licet, eadem ab hominibus non satis percipiatur. Sicut enim quando fulmen corpus aliquod humanum percutit, ipsum in cinerem redactum sæpe numero relinquit, cum tamen omnino in tactum illud aspicientibus appareat: sic etiam quando peccati fulmine homo percussus est, tam contritus, dilaceratus, & infirmus remanet, licet talis non appareat, ut dignus sit, qui Hieremiæ lachrymis deploratur. Ecclesiastici enim, 21. dicitur. Lucus mortui septem dies, fatui autem, & impij omnes dies vite illorum. Vnde Augustinus de hac re loquens, ait, plangit corpus, à quo recessit anima & non plangit animam à qua recessit Deus? Et igitur peccator tanquam mortuus non solum lachrymis deplorandus, sed iisdem etiam lachrymis & gemitibus ad salutem, & vitam spiritualem reuocandus. Id quod mors & resuscitatio Lazari peccatoris, & peccati miseriam, significatis vnique ante oculos proponit. Lachrymæ enim sororum eiusdem, imo & Christi Domini, id ostendunt Ioan. 11. idem facit modus, quo ipse Christus eundem Lazarum ad vitam reuocabit, qui modus ut intelligatur sciendum est Christum Dominum, cui in Lazaro amico si representabantur fiebantque præsentia ea mala, quæ in homine, quem vehementer amat reperiuntur postquam in statum peccati deuenit, maximos gemitus ab imo pectore emisisse, in gentem lachrymarum vim profudisse, & vocem mirum in modum eleuasse, ut omnibus ostenderet, & amorem feruidissimum, quo hominem prosequetur

Simile.

Eccles. 21.

Augustinus.

12
*Quare Christi
super
Lazarum
fuerit lachry
matus.*

Ioan. 11.

¹³
*Quo pacto
 peccator à
 peccato mor-
 te sit resur-
 recturus.*

tur & modum singularem, quo ad salutem & vitam spiritualem similes homines sunt reuocandi. Constat hoc ex loco Ioannis citato, vbi enarratur Christus Dominus infremuisse, se ipsum turbasse, lacrymans fuisse, & voce magna clamasse dicens, Lazare veni foras. Oportet ergo, vt homo in peccato existens, si salutem, vitam, & cetera bona spiritualia conparare & ab eiusdem peccati malis liberari velit, conetur quantum fieri possit, cæcitate, & ignorantia de pulla ipsa mala cognoscere, & in ea cognitione Christi Dominum imitari, inde enim fiet, vt eundem etiã in remedijs peccato adhibendis imitetur, Cognitionem enim in felicissimo, & abiectissimo statu, vbi eum posuit peccatum, perspecta & visa infirmitate, lassitudine, & laceratione, qua ipsummet affecit, intellecto præterea, quam malum, & amarum sit reliquisse Deum comperto deinde quanta sit grauitas, & pondus peccati fieri non poterit, quin pondere & grauitate oppressus gemat, malitia & reatu commotus pænitet, & cæterorum malorum multitudine perterritus, ad Deum voce magna clamet cum nostro penitenti dicens: Miserere mei, &c.

¹⁴
*Augusti-
 nus in hu-
 ius rei exem-
 plum adduc-
 tus.*

Augustin.

Ad hunc quidem modum se habuit Diuus ille Augustinus prius peccator magnus, postea maior & excellentior pænitens, vt ipse soli loqui. capit. 6. inuit, dum ait. Væ mihi, vulnerauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi, quia nihil erã, quia sine vita eram quæ est verbum, per quod facta sunt omnia. Ideo Domine lux mea inimici mei de me fecerunt, quæcumq; voluerunt, percusserunt, nuda uerunt, vulnerauerunt, polluerunt, corruerunt, occiderunt me, quia recessi à te, & factus sum nihil sine te.

Heu

Heu Domine vita mea, qui fecisti me defensor vitæ
 meæ miserere mei, & resuscita me, solatio mea in die
 tribulationis meæ. Respice inimicos meos, ipsi
 enim considerauerunt me, & videntes me sine te,
 despexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta vir-
 tutum, quibus ornaueras me, fecerunt sibi viam
 per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, sceleribus
 peccatorum polluerunt, templum sanctum tuum.
 Ibam post eos cæcus, & nudus & laqueatus funibus
 peccatorum. Trahebant me post se de luto in lutum.
 Seruus eram, & cæcitatem desiderabam, vincens eram
 & vincula non horrebam, amarum dulce, & dulce
 amarum credebam. Adhæream ergo tibi verbum
 vt conserues me, quia vbi ate recelsi perij in me.
 In meditat Similiter. cap. 38. sic ait. Heu me de quan-
 to bono in quantum malum cecidi. Quo tendebam
 & quo deueni? Vbi sum, & vbi non sum? Ad quem
 aspirauit, & nunc in quibus suspiro? Quæsiui bona &
 ecce turbatio. Ecce iam morior & Iesus non est me-
 cum? Et ecce melius est mihi non esse, quàm sine Iesu
 esse melius est non viuere, quam viuere sine vita.
 Et tu Domine Iesu vbi sunt misericordiæ tuæ anti-
 quæ? Nunquid irasceris mihi in finem. Placare, obse-
 cro, & miserere mei, & si ego commisi vnde me dā-
 natum, potest, tu nō amifisti, vnde saluare soles. En san-
 ctissimus Doctor nobis in se ipso ante oculos propo-
 nit quod hucusq; diximus, nimirum, peccatorem ef-
 se cæcum, tum ad videndum malum, quod commisit
 tum etiam ad cognoscendum ipsius statum, gra-
 uitatem, infirmitatem corruptionem, sceleritatem
 & annihilationem. At vbi primum aduersum per
 gratiam restitutus, ea omnia perspexit, & intel-

lexit, vehementer dolere gemitus & clamores ad eū emittere, & ab eo remedium, & medicamen lachrymis implorare capit.

Heb. 1.

Imo hoc idē de Christo Domino docuit. D. Paulus ad Hebre. 5. vbi dicit quod pro nostris peccatis intercedens cum clamore, & lachrymis ex auditus est pro sua reuerentia. Quem modum cadendi, & permanendi in peccatis, & medendi eisdem, ipse Christus Dominus insinuauit (vt Luc. 19. refertur) videns ciui

Luca. 19.

tam Hierusalem (hoc est, aspiciens illam maxima scelerum colluione refertam, & tantis cæcitatibus tenebris inuolutam, vt neque ipsa scelera deploraret) nec remedium, quod ipsis adhibebatur, acceptaret, fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quibus verbis (singul tu medios impediēte sonos) inreccis, insinuatur, quantus fuerit fletus impetus, & quanta ibi lachrymarum profusio. Habuit enim se Christus vt comicus ille pater, qui mortē filij deplorans præ earū multitudinem aiebat. Ego ne illā? quæ illū? quæ me? quæ nō? Perspici autem optime postes in his Christi Domini lachrymis, & ratione earum, quam assignat, nempe:

¹⁵
Sicut peccatoris cæcitas est peccati causa sic peccati cognitio est eiusdem destructio.

Quia si cognouisses & tu, quæ, scilicet, ego cognosco, & video, quod causa peccatorum ciuitatis illius perditissimæ erat cæcitas, ignorantia, & defectus cognitionis eorumdem, & remedium ipsis necessario adhibendum, erat in primis ipsorum visio, cognitio, & consideratio. Ex quibus deinde emanatura erat illa vis lachrymarum, quam profundere ipse Christus docuit, dum fleuit, quæ lachrymæ non minus quam clamor validus à Deo exaudiuntur. Si enim deside-

rium pauperum, vt habetur in Psalmo. 10. exaudiuit Dominus, & præparationem cordis multò melius lachrymæ videntur posse exaudiri. Quam obrem habetur etiam Psalmo. 6. Dominus exaudiuit vocem fletus mei. Et Psalmo. 38. Auribus percipe lachrymas meas, quibus madentem facië Canticorū. 2. desiderabat spōsus in spōsa videre, & fletus vocē simili- ter exaudire, quando idem dixit: Ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Quam obrem etiam Hieremias Trenorum. 2. cum peccatore loquens ait: Per diem, & noctem non des requiem tibi; & non ta- ceat pupilla oculi tui. Quod similiter intelligens nos- ter propheta, per dies, & noctes lachrymari non ces- sabat, postquam transactus fuit integer quidam ini- quitatis, & cecitatis suæ annus, quo toto tempore in ea fuisse colligitur ex. 2. Regum. 12. vbi dicitur iam esse ei natus puer ex adulterio, quando ad illuminan- dos eiusdem oculos, & tenebras depellendas Nathã propheta à Deo missus fuit. Aiebat enim Psalm. 6. Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum riga- bo. Et Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt ocu- li mei, quia non custodierunt legem tuam. Quoniam igitur hanc iniquitatem suam non custodiendi le- gem Dei iam cognoscebat, & mala, quæ inde erant subsecuta non ignorabat, maximam lachrymarum vim profundebat, & in gemitu laborans ad Do- minum clamabat inquiens; Miserere mei Deus, &c.

16
*Quam vti-
les sint la-
chrymæ,
quæ à Deo
non solum
videntur,
sed etiã au-
diuntur.
Psal. 10.
Psal. 6.
Psal. 38.
Cant. 2.
Tren. 2.*

2. Reg. 12.

Psal. 6.

Psal. 118.

Miserere mei Deus, &c.

Q V A N D O Dauid hic dicit: *Miserere mei Deus* &c. Sic se habet, ac si Q eodictat: *Obsecro Dñe*, vt eas leges propter me frangas quas cōtra eos sanxistit, qui tua præcepta trāsgrediuntur. Qua in re se mirum in modum audacem præbuisse videtur. Sicut enim ille maxima audacia præditus esset, qui Regē conueniēs, ab eo audacter istud beneficium postulasset, vt nimirum sui regni statuta, & legū repagula perfringeret, & ratione ipsius postulatoris, & propter ipsummet postulatorem irrita faceret, & præter hanc audaciam dignissimus quidem esset, qui vehementi reprehensione, & magna confusione affectus, maximum supplicium subiret: Sic etiam Dauid videtur mereri, cum à Deo petit; vt sibi misereatur, & leges contra similes peccatores latas perfringat, quod loco veniæ maximo supplicio afficiatur, cum presertim illa sit lex à deo instituta (vt docet Paulus. ad Ephes. 5.) quod omnis fornicator aut immundus (qualis ipse Dauid fuit) hæreditatem non habet in regno Dei. Quapropter, petere quod per misericordiam ad tale regnum admittatur licet eo sit indignus, est petere, vt hæc diuina lex propter ipsum perfringatur, & irrita fiat: & cum præterea illa alia similiter lex lata sit, quam idem Apostolus Romanorum. i. promulgat, quando loquens de peccatis dicit, quod qui talia agunt digni sunt morte. Cæterum licet hæc postulatio erga quemcunque Regem esset nimium audax, & quodammodo temeraria; nihilominus non est

ta-

17
*Audacter
 segerit pec-
 cator cum
 postulat à
 Deo vt si-
 bi miserea-
 ter.
 Simile.*

Ephes. 5.

Romano. i.

ialis iudicanda, si ad Deum fiat, de quo ipse Dauid. Psalmo. 58. cum eodem loquens dicit, quoniam misericordia mea tu es. Cum ergo misericordia sit Deus, qui, ut inquit Paulus. 2. ad Timotheum, 2. fidelis est, & negare se ipsum non potest non est profecto audacia nec temeritas ab ipso misericordiam maxima maxima cum fiducia postulare. Imo hoc ipsum esse illi gratissimum significat ipse Deus Eliaë sexagesimo tertio inquit. Et erit ante quam clament, ego exaudiam, hoc est, non erit ad huc terminatus & finitus eorum clamor, nec petitio ad me facta, erit totaliter mihi exposita, cum iam eidem à me satisfactum erit, nec impetendo, perseverantia erit necessaria, ut talis postulatio à me exaudiatur. Id quod Deus in casu ipsius Davidis planissime ostendit, cum dicens ille. Peccaui Domino, ut habetur. 2. Regum. 12. audiuit statim: Dominus quoque transtulit peccatum tuum à te. Quod psalm. 31. ipse David significat dicens. Dixit, confitebor aduersum me in iustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei, quia nondum ei peccatum plane displicebat, cum iam à Deo eidem erat remissum. Et in casu publicani hoc idem manifestum fuit. Nam cum ipse adhuc oraret dicens, ut refert Lucas capit. 10. Deus propitius esto mihi peccatori, dicitur de eo, quod descendit iustificatus. Et in reditu filij prodigi, qui ut etià refert idem Euangelista. capit. 15. dicens. Pater peccaui, statim ab eodem benigne acceptus audiuit, Cito afferte stollam primam, &c. Quo aduerbio cito, & verbis de preterito supradictis nimirum transtulit, & descendit,

18
Non est au-
dacia à Deo
tam miseri-
corde miseri-
cordiã po-
stulare.

Psal. 58.
2. Ad Tim.

19
Quam facili-
lis Deus ad
miserendum
sit.
Esai. 63.
2. Reg. 12.

Psal. 31.

patenter ea ce'e itas, & festinatio significantur, cum quibus Deus peccatoribus suppliciter misericordiam implorantibus, eandem benigne elargitur, & simul ipsam misericordiae implorationem sibi gratissimam esse manifestat.

Imo, vt homines Deo gratum faciant diuinæ misericordiae imploratione, eisdem dixit Christus vt enarrat Ioan. capite. 16. Amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vbi ponderanda est dictio illa, si quid, quæ tantum valet, ac si diceret, si rem habentem quidditatem, quales non sunt res temporales, de quibus scriptum est in Psalmo. 89. Quæ pro nihilo habentur, eorum annierunt. Quam etiam opinionem de illis conceptam habuerunt Nausphantes, & Zenon Clantes philosophi, vt Seneca in libro de artibus liberalibus, refert. Cum itaque solus Deus (qui de se Exodo. 4. dicit. Ego sum qui sum) sit qui verum esse habet inde, sit, vt solum etiam illud esse, vera quidditas sit, quod est eiusdem Dei participatio, qualis est diuina gratia, quæ est quoddam diuini esse participium. Quapropter Paulus. 1. Corinthio. 15. de se dicit, gratia Dei sum id, quod sum. Vnde si quis gratiam Dei ab eo non petat, sed quidpiam aliud, non est mirum si illud non consequatur: Si quidem, quid hoc est, rem habentem quidditatem veram non postulat, nec aliquid magnum, quod à magnanimo Deo est postulandum, nec aliquid necessarium, quod ab eodem tanquam à pijsimo patre est efflagitandum.

Aristotel.
D. Thom.

Ex doctrina Aristotelis docet. D. Thomas. 2. 2. quæst.

quæst. 129. magnanimi esse proprium ociosum esse, quia cum ad eum pertineat magna, & non parua facere, & ipsa magna non frequenter, sed raro occurrant, orietur dum non occurrunt necesse est. Quia Deus magnanimus est & magnificus, hoc est, magna faciens cum ab eo parua postulantur, forsitam ociosum, & non ita libenter in eadem incumbentem se præbebit, quia vero cum gratia siue præuenientem, hoc est, auxilium, quo homo à peccato conuertitur, siue subsequenter, & iustificanter, qua Deo gratus redditur, petit, aliquid profecto omnino magnum, & magnanimi, magnificique Dei proprium efflagitat, ideoque illud ab eodem absque dubio impetrat. Quod vero talis iustificatio per gratiæ infusionem sit opus magnum, imo cæteris Dei operibus maius, ex eo deducitur, quia omnes creaturas solo verbo condidit, quasi ludens in orbe terrarum, ut dicitur Prouerbior. 8. Id quod colligitur ex primo Geneseos, ubi habetur: Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, &c. Et ex Psalm. 148. ubi habetur: Ipse dixit, & facta sunt, &c. In iustificatione vero peccatoris, quam ipse debet efflagitare facit Deus, & fecit potentia in brachio suo, ut Luca. 1. dicitur, hoc est, in eo opere omnipotentiam parcendo, & miserendo maxime manifestat, & totius brachij robur in eodem collocat, cum tamen in cæteris operibus eiusdem brachium esse cum potentia dicatur, ut patet in Psalmo. 88. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Maximum igitur, est illud iustificationis opus ex parte Dei, & ex

21.
Quid magnanimi sit proprium.

22
Quantum Dei opus sit impij iustificatione.
Prouer. 8.
Genes. 1.
Psalm. 148.
Luca. 1.

Psalm. 88.

23
*Extrema ne-
 cessitate la-
 borat pecca-
 tor.*

Esai. 55.

*Matth. 27.
 & Mar. 15*

24
*Propter pec-
 cata paven-
 tum interdū
 filia Deo pu-
 njuntur.*

parte hominis, sine illo extrema necessitate labo-
 rantis, non minus necessarium. Quod verò extre-
 ma necessitate laboret peccator ex eo deduci pos-
 test, quod, ut ipsi misericordiam imploranti subue-
 ni et Deus, proprium filium ad se in cruce claman-
 tem dereliquit. Quemadmodum enim si aliquis Do-
 minus clamantibus ad illum filio & seruo in ægri-
 tudine constitutis, filio derelicto, seruo accurre-
 ret, proculdubio significaret, non filium, sed ser-
 uum extrema necessitate laborare: sic etiam cla-
 mantibus in cruce quidem filio eius infirmo, de
 quo dicit Esaias: quod verè langores nostros ipse
 tulit, & dolores nostros ipse portauit, seruo verò
 extra crucem in morbo peccati posito, & eam de-
 relictionem filij Dei tanquam singulare medicamen
 requirenti opitulatus est pater æternus, filium ve-
 rò sic deseruit, ut diceret ipse, Deus, Deus meus,
 ut quid dereliquisti me? ut est Evangelicis literis
 proditum: Manifestum est igitur peccatorem in
 extrema necessitate esse constitutum, ac proin-
 de pijsimum Deum illi imploranti misericordiam-
 & gratiam, tanquam vnicum suæ necessitatis re-
 medium, eandem esse concessurum: licet alia,
 quæ illi omnino necessaria non sunt, eidem in-
 terdum denegat. Hanc ergo ob causam David
 peccator, ideoque in extremam necessitatem ad-
 ductus, ad Deum tanquam ad tutissimum por-
 tum se recepit, & ab eodem maxima cum fiducia
 misericordiam imploravit dicens: Miserere mei
 Deus, &c.

Illud etiam circa pro nomen (mei) hoc loco po-
 situm adnotare libuit, quod cum inter pœnas, quas
 ipsi

ipfi David subeundas esse, propheta Nathan decla-
 rauit, illa eidem grauissima extitit, nimirum puerū
 filium eius esse moriturum, quam ob rem condona-
 tionem, remissionemque mortis pueri impetraturus
 à Deo, vt sibi ipsi misereatur implorat dicens. Mife-
 rere mei, &c. Qua in re illud significat, nem-
 pe, peccata parentum in eorum filijs Deum pu-
 nire solere laboribus, & pennis ipsis innocen-
 tibus inflictis, vt eisdem parentes, peccato-
 res in meliorem frugem, viuendique rationem
 reuocet. Quod intelligens mulier illa Chana-
 nea similiter ad Deum clamabat dicens. Mife-
 rere mei, & non, miserere filiae meae. De qua
 tamen dicebat eidem, vt Mathaeus, 15, refert. Filia
 mea male à dæmonio vexatur. Habuit igitur sic
 se, ac si diceret: Peccata mea sunt in causa, vt
 filius, vel, filia mea hunc laborem patriatur: Qua-
 propter, si ego huius laboris sum causa, miserere
 mei. Colligitur autem hoc aperte ex Exod. cap. 20,
 vbi Deus dicit. Ego sum Dominus Deus, fortis,
 Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios
 vsque ad tertiam, & quartam generationem eorum,
 qui oderunt me. Ratio quare Deus peccata pa-
 rentum in filijs culpæ saepe numero expertibus
 vlciscatur ea est, quia quemadmodum vt caput
 aegrotum sanetur, in brachio sano fit venæ scissio:
 sic etiam, vt pater sanitatem consequatur, filius
 eius cuius ipse est quodammodo caput laboribus,
 doloribus, & morte interdum afficitur, Sicut præter
 rea cū homo pedem habet a deo cancre affectum, ac
 putridū, vt nō sentiat, nec possibile sit illud naturali-
 ter reminiscere, chirurgus eo vsque carnem pu-
 tre-

Matth. 15.

Exod. 20.

Simile.

25
 Quare Deo
 peccatū pa-
 rentum in fi-
 lijs puniat.

Simile.

Exod. 11.

26
*Quantum
 matres bona
 & honores
 filijs suis de
 siderent.
 Genes. 23.*

Pfal. 111.

trefactam refecat, quousque ad viam carnem deueniat sic etiam Deus diuinus chirurgus, si peccator nõ sentit, quasi putrefactus, quando eius opes ab ipso Deo destruuntur, & quando famuli & serui eiusdem fortasse etiam peccatores moriuntur, eo usque circumscidit, quousque ad innocentem ipsiusmet filium, hoc est, usque ad viuum pertingat, & ita efficit vt clamet ad Deum dicens: Miserere mei. &c. Nunquam profecto panis Aegypto à Deo inflictis se ita Pharaõ sensibilem, & afflictum præbuit, sicut quando Deus eius filium primogenitũ interfecit vt Exodi. ii. diuina scriptura enarrat. Quam ob rem si quidem parentes omnes maximo amore filios prosequuntur, saltem ne ipsi pro ipsorum peccatis à Deo puniantur, illa summa diligentia effugiant. Et maxime caueant, ne, vt ipsis bona temporalia acquirant, ea peccata committant, pro quibus in maximos labores eosdem iniiciant. Quod dixerim quia à deo sunt parentes cupidi acquirendi diuitias, honores, & dignitates filijs suis, vt cum matris Neronis à quodam philosopho diceretur. Si filius tuus imperauerit, occidet te, responderit eidem: Occidat, dum tamen imperet. Imo & Rebecca, vt filius eius Iacob patris benedictionem sibi compararet, eo usque processit, vt diceret (id quod Geneseos. 23. memoriæ proditum est) In me fit fili mi ista maledictio. Quod si parentes se tam auidos bonorum temporalium filiorum suorum ostendunt saltem vt ea ipsa eisdem acquirant, virtutẽ, & iustitiam sectari debent. Nam vt inquit Dauid

psal. 111. est beatus vir, qui timet Domium, potens

rens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Et hæc est benedictio quam Rebecca uo filio procurabat. Imo erga eum, qui virtute amplectitur, Deum diligit, & eius mandata seruat, dicit Deus sic esse habiturum, vt in infinitas ipsius generationes misericordiam suam effundat. Ego, inquit, Exodi. 20. sum faciens misericordiam in millia ijs, qui diligunt me & custodiunt præcepta mea. Vbi ponderandum est immensam Dei misericordiam cognoscendam, quod dicit iniquitatem patrum se esse in filijs vsque ad quartam generationem vindicaturum. Virtutem vero eorumdem patrum in ipsis filijs xsque ad mille generationis bonis esse profecuturum. Vnde patet, quanta cum diligentia parentes, qui filios, & posteritatem diligunt, à peccatis cauere debeant, & quanta cum sollicitudine in virtutis studium incumbere,

27
Propter parentum virtutes filij bonis à Deo cummulantur.

Alia etiam causa (propter quam Deus peccata parentum in ipsorum filijs vliscatur, est, quia plus labores eorumdem, quam proprios ipsorum met labores sentiunt, & vehementiori dolore, quam filij ipsi iisdem laboribus, & pœnis afficiuntur. Id quod Deus aperte significauit quando pluris fecit in patre Abrahamo, non dubitasse propter ipsum Deum id eidem imperantem proprium filium suum Isaac interficere, quam in eodem filio Isaac, non recusasse propter ipsum Deum eam imperfectionem ferre, & mortem subire, cum iam in ea ætate esset constitutus, vt Geneseos. 22. grauiissimi Doctores docent, in qua de mortis acerbitate sufficienter iudicare posset. Pluris vero

28
Parentes molestius ferunt & sentiunt labores filiorum quam suos proprios.

Genes. 22.

fecisse

fecisse in patre mortem filio velle in ferre quam in filio eandem velle subire, ex eo deducitur quia non huic, sed illi dixit Deus. Quia fecisti hanc rem in semine tuo benedicentur omnes gentes, &c. Ex quo præterea colligitur, plus parentes laborem, dolorem, & mortem filiorum sentire quam filios eandem subeuntes. Vnde quia sancta Felicitas ad preferendos maximos pro Christo labores, mortemque pro eodem subeundam septem filios adhortata est & prædicationis, Deo peperit quos mundo pepererat à D. Gregorio maxime laudatur, cū de ea dicit. Nunquid hanc foeminam martyrem dixerim? Sed plusquam martyrem, quia nimirum in filijs acerbissimè passa est. Quod etiam de beata Sanctorum Machabeorum matre similiter patiente, dici merito potest. Mirum etiam illud est, quod de muliere Edessena refert Nicephorus libro. ii. historię Ecclesiasticę cap. 21. nimirum quod cum valente Ariano Imperatore prohibitum esset Christianis sub pœna mortis, ne in templum Sancti Thomę Apostoli conuenirent, cum audierit plurimos ea mortis pœna ibidem affici, apprehenso puero filio ipse in templum se contulit dicens, non patiar quod alijs pro Christo interemptis, ego & filius meus mortem euadamus, quia in re multo plus in morte filij, quam in propria ipsius morte videtur merita esse: quapropter eius præclarum facimus, maximè celebratur.

Quod si parentes, quia filios genuerunt, eorum corpora producentes & ad vnionem tantummodo animarum (quas ipsi non producent) cum corporibus, attingentes, tanto amore eosdem prosequuntur

Gregor.

Nicepho.

tur, & tam moleste, & tanto cum dolore eorum labores, & mortem patiuntur, maiori profecto cum dolore sentiet Deus (eo modo quo sentire potest) laborem afflictionem, & mortem hominum, quorum pater pluribus, & potioribus titulis potest appellari. Nam non solum ad productionem corporum eorumdem concurrat, verum etiam ipse solus animas non dependenter à materia (quæ sua omnipotentia est) creat, & præter esse naturale, quod ipsis tribuit, eos in super naturali, & gratuito per generationem spiritualem constituit. Quapropter de eo habetur Ephes. 3. Huius rei gratia sancto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Ac proinde Esaia. 49. ait ipse Deus: Num quid poterit mulier obliuisci infanti utero sui, & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Quia, videlicet, & si ex parentibus mater sit quæ filios maxime diligit, Deus tamen, in quo est omnis paternitas respectu hominum, vehementius, quàm ipsa eos diligit, & de eorum afflictionibus cõpatitur. Quod sacræ literæ de eodẽ multis in locis insinuât. Nam Gene. 32. cùm populus per idololatriam maxime Dñm ad vindictam de ipso sumendam prouocaret, quã do eadẽ maxime puniturus videbatur Moyse qui in suis orationibus eum detinere solebat, dixit. Dimmitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Vbi verbũ, dimmitte, idẽ videtur significare ac detine me tuis orationibus, ut soles ne eos cõsumam & deleam, ut ipsi merentur. Sic enim pijsissimi patres solent dicere, cum filios facinus aliquod patrantes debitis supplicijs nolunt discere, ita tamen ut ab alijs videantur

Ephes. 3.

Esaï. 49.

Genes. 32.

30
Quod Deus
quasi pijsi-
mus pater
homines pun-
iet.

- videantur à sup pliciorum inſiſtione impediri, & ſic eoſdem filios ſimul poſſint deterrere. Sicut etiam piſſimus pater filium delinquentem iaculo aliquo puniturus, ſic manum ipſum iaculum iacentem contrahit, vt ab eodem filio ab erret, & terram potius, quàm illum percutiat: ſic videntur enarrare ſacræ literæ Genef. 3. Dominum malediſtione percuffurū Adam, quod de ligno vetito comediffet, terram, & non hominem malediſtione percuffiſſe, dixiſſeque. Malediſta terra in opere tuo. *Quin* etiam Iſaia. i. vbi Deus ſignificat ſe de hominibus ſibi inimicis eſſe vindiſtam ſumpturum, ait: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vbi cernitur in illa interieſtione, Heu, quod prius Deus ſup plicia hominum gemit, & dolet, quam de ipſis eadē ſup plicia ſumat. Iob item cap. i. memoria proditum eſt, quod cum dæmoni facultatem petenti, vt ipſum laboribus affligeret, eandem Deus cōcederet, egreſſus eſt Sathan a facie Domini: non quia omnia adhuc illi præſentia non exiſterent, vbique enim Deus eſt præſens: ſed quia habuit ſe perinde ac piſſimus pater, qui chirurgo brachium filij putrefactum iam iam amputaturo, alio ſe conuertit, ſeu auertit faciem, quafi non poſſit eius affliſtionem ſpectare, cuius dolorem multo intenſiùs, quàm ipſe ſentit. Dici-
ſalm. 59. tur denique de Deo in *Pſal. 59.* Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. In quibus verbis illud in primis eſt perpendendum, nēpe eum, qui puniturus eſt, ſi ſup plicium minatur, eiufque ſignificationem dat potius velle puniendum deterrere, vi fugiat, quā punirere, vt vlcifcatur. Illud præterea eſt in eiſdem verbis ponderandum, ideò nimirum per

per arcum ſignificari inſtrumentum, quo Deus percutit, & caſtigat, vt ſcilicet inde intelligatur, quod ſicut arcū tendens, & ex eo iacula emittens, prius percutit proprium pectus, ad quod eundē arcum etiā prius trahit, quam alium feriat: ſic etiam Deus antequam homines laboribus affligat, puniatq; prius eoſdē labores in imo pectore, ſeu corde præſentit, & patitur. Quod aperte ſignificatur Genef. 7. vbi de Deo dicitur, quod tactus dolore cordis intrinſecùs dixit: delebo hominē quem creauī à facie terre. Ex quibus omnibus locis planè deducitur Deū perinde, ac piſſimū patrē labores quoscuq; hominē (reſpectu quorū eſt in eo omnis paternitas) pluſquā eos ipſos moleſte ferre, pati, & ſentire eo modò quo hæc in eo reperiri poſſunt. Quæ omnia ideo digna, quæ notarentur arbitratus ſum, vt quicumque quando à Deo (qui vt habetur Prouer. 3. flagellat omnem filium, quem diligit) affligitur, ob id ipſum magno ſolatio afficiatur, quia ſi eū laboribus, quos prius ſentit, & moleſte fert, afficit, non dubium eſt, quin hoc faciat propter maximam patientis, ſiue afflictivi utilitatē. Quoniā autē ea maximā futura erat, quæ ex acerbiffima dilectiſſimi filij, morte, Dauidi erant prouētura, ideo eundē in ipſa morte tāquā in eo, de quo magis dolebat, caſtigabat, quapropter hoc iam dolore perterritus, clamabat inquiring, Miſerere mei.

Quæret tamen non abſre quiſpiā circa proximè dicta, quo nā pacto fieri poſſit, vt Deus, qui ſicut ait pſalmographus, iuſtus eſt Dominus, & iuſtitiā dilexit, & æquitatem vidit vultus eius, innocentes filios pro alienis parentum peccatis puniat cum præfertim per Ezechielem ca. 18. dixerit, quod anima, quæ pec-

D caue-

Genef. 7.

Prouerb. 3.

3^r
Dubitatio
quædam eſt
eius vtilis
reſponſo.

Ezech. 18.

Responſio.

cauerit, ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij, impietas impij erit ſuper eum? Cæterum ad hanc quæſtionem, vt respondeatur, illud eſt diligenter aduertendum, Deum, nempe, multa ad optimam mûdi gubernationem eiufque ſingularem prouidentiam ſpectantia efficere, quæ eiufdem iuſtitiam non concernunt, ſeu, quod idem eſt, plurima non tanquam iudicem iuſtum, ſed tanquam prouidum gubernatorem operari: in quibus non ad propria vniuſcuiuſque merita, ſed ad communẽ potius vtilitatẽ respicit. Solet enim aliquando Rex tanquam regni dominus, eiufdemq; prouidus gubernator, domũ optimi ciuis prope murum vr̄bis ædificatam ſolo æquare, & euertere, ne eadẽ ſit in cauſa, vt ipſa ab hoſtibus capiatur, & tota reſpublica cladem aliquam, & calamitatem accipiat. Qua in re non ſe habet vt iuſtus iudex priuata optimi ciuis merita conſiderans, eaque debitis præmijs condecorans, ſed vt ſolicitus reipublicæ moderator, & prouidus regni Dominus. Iuxta quã adnotationẽ plurima diuina ſcripturæ loca explicatu difficilia, intelligi poſſunt, nẽpe Iob. 8. vtinam appenderetur peccata mea quibus irã merui, & calamitas, quã patior in ſtatera, quaſi arena maris, hæc grauior appareret. Et. c. 16. Icitote quoniã nõ æquo iudicio mecum contenderit Deus, hoc eſt, quod non ſe habuit Deus in laboribus, & pænis mihi inſiſtis, quaſi appẽdẽs in ſtatera merita, & peccata mea. Et Sap. 12. ipſum quoq; qui nõ debet puniri condemnas quæ verba omnia aperte ſonãt, Deũ ſepe numero, innocentẽ laboribus affligere, ſed in ea re ſe nõ vt iudicem iuſtum habere, ſed vt gubernatorem prouidum in communem

Simile.

7ob. 8.

7ob. 16.

Sapient. 12.

munem vtilitatem respicientem . Ad quem modum imperauit Deus Abrahamo, sicut diuina litera referunt *Genes. 22.* vt vnicum dilectumque filium suū Isaac sibi, sacrificaret, licet vterq; ea acerbissima afflictione esset indignus, vt id quod filio futurū erat amarissimum & simul ad eiusdem gloriam maxime conducens, esset quoq; patri vtilissimū , omnibusq; singulare obedientiæ exemplum. Quia vero puer filius Dauid fuit ex nefando adulterio natus , ne crimen illud grauissimum impunitum relinqueretur, ac proinde hominibus ex eo remaneret ruendi occasio, illud Deus in eiusdem Dauidis filij morte puniuit, vt scilicet, quod illi posset esse ad gloriam maxime cōueniens , & ad purgationem patris valde cōducens, omnes etiam homines deterreret, ne similia crimina deinceps perpetrarent. Vnde iam patet, quid ad quæstionem supra positā, sit respondendum & quomodo Ezechielis locus sit interpretandus. Nam cum in eo dicitur filius non est portaturus iniquitatem patris, illud est de æternis penis, æternaque morte intelligendum , quod nimirum filius propter parentum peccata in inferorum regionem non est exterminandus, licet propter ipsa peccata temporalibus penis, quæ ad æternam gloriam consequendā maxime conducunt, interdum afficiatur.

Verum quia similiter , id quod de filiis innocentibus propter parentum peccata punitis, quæsitum fuit, poterit aliquis quærere de quibus ius hominibus iustis , qui frequenter persecutionem, & labores patiuntur , cum nihilominus nulla notitia de ipsorum, vel parentum eorundem peccatis habeatur . Ideo de hac etiam dubitatione nonnulla

D 2

brevi-
³²
*Quare iusti
 in hac vita
 laboribus affligantur.*



vt plurimum, mercenarios conducit, quos ad id ap-
 tiores esse cognoscit, sic Deus, qui est ille pater fami-
 lias, qui, vt refertur Matth. 24. Exijt summo ma-
 ne conducere operarios in vineam suam, eos
 solos, qui ad labores in ea perferendos robustiores,
 & vtiliores existunt, quales sunt boni & iusti,
 alijs tamquam ociosis, & imbecillis relictis, solet eli-
 gere & pro fructibus, quos in ea fecerunt cumulat-
 issimis mercedibus eisdem exornare. Quod quidem
 significauit Christus Dominus, quando, vt ait Ioan.
 15. discipulis suis dixit. Ego elegi vos, vt eatis, & fru-
 ctum afferatis, & fructus vester maneat. Ecce iam ma-
 nifestum relinquitur, quo pacto Deus viros iustos &
 sanctitate insignes sepe numero laboribus afficiat,
 cum tamen interim impios, & peccatores maximis
 prosperitatibus affluere patiatur.

Secundum magnam misericordiam tuam.

Vt hæc verba explicentur, nonnulla prius
 aduertantur, necesse est, quorum illud est pri-
 mum, nimirum sacram scripturam nonnunquam
 de Deo vti illis verbis, quæ apud homines in vi-
 tio habentur. Dicitur enim Zelotes, Exodi. 34. pœ-
 nitens Geneseos. 8. Iratus contra Israel. 4. Regum. 3.
 & denique Misericors & miserator Dominus, pa-
 tiens & multum misericors. Psalm. 85. cum tamen
 nec Zellus, nec ira, nec pœnitentia, nec misericor-
 dia in eo proprie possint reperiri. Hæc nanque om-
 nia & similia ab humanis qualitatibus ad Deum
 deducra, & tracta sunt, dum ad nostræ infirmitatis ver-
 ba descenditur, vt quasi quibusdam gradibus no-
 bis

33
 Quare De-
 iratus Zelo-
 tes & mise-
 ricors dica-
 tur.

Exod. 34.
 Genes. 8.
 4. Regum. 3.
 Psalm. 85.

bis factis, & iuxta nos positis, per ea, quæ nobis vicina conspiciamus ad summa eiusdem aliquando ascendere valeamus. Omittis igitur alijs proxime dicentis, misericors ille dicitur, qui pietate ad proximum commouetur, misericordia vero à misero corde appellata est. Ut docet Isidorus. 9. Et propterea quod intuetur vnusquisque quempiam miserum, atque ei compatiens, dum dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit, vt eum à miseria liberet cui intendit. Queret ergo aliquis quomodo Deus misericordiã habeat, qui miserũ cor nõquã habet. Ad quã quæstionẽ respõdendum est, Deũ misericordẽ tũc vocari, cũ nostris miserijs subuenit, quãuis miserijs subueniẽs, miserũ cor nõquã habeat. Quæ doctrina desũpta est ex D. Grego. li. 20. moral. c. 25. vbi de hac re latius agit, Ad cuius maiorẽ intellectionẽ sciẽdũ est, quod quãdocũq; aliquid Deo attribuitur, quod denotat in nobis imperfectionẽ aliquã, & simul aliquã perfectionẽ, solũ ei, illud debere attribui, nõ quo ad imperfectũ, sed quo ad perfectũ significatũ. Verbi gratia, irasci dicitur, qui feruore animi, cõtra vitium quod puniri debet, acceditur: Deũ autẽ irasci asserimus, quia ipsum vitium punit, licet nulla animi perturbatione moueatur. Ad quẽ etiã modũ misericordia duo significat, nimirũ tristitiã cordis de aliena miseria, vt docet Isidorus, & simul eiusdẽ miserię subleuationẽ, quorũ primũ de Deo negamus, secũdũ vero asserimus, & hoc modo dicimus esse misericordẽ, & in eo misericordiã reperiri. Quæ doctrina etiã colligitur ex Aug. 4. super Genes. c. 9. Quo explicato & quo pacto etiã ira in ipso inueniatur, cetera ad horũ verborũ intellectionẽ necessaria adijciamus.

Isidorus

*Quid sit
misericordis
& quomodo
Deus sit
misericors.
Gregorius.*

Augustinus

35 *Quomodo* magna reperitur, est preterea adnotandum, duplex
miserico- nimirum esse malum, videlicet, malum pænæ (sub
dia magna quo quicumque labores, pænæ & tribulationes com
*dicatur esse*prehenduntur,) & malum culpæ, quod similiter om
in D. o. nia peccata sub se complectitur. Et malum quidem
 36 *Quam pa-* pænæ modicum, paruum, breue, leue & apparens,
rū sit quod malum est, si cum malo culpæ conferatur vt in sacris
cunq̄e ma literis sæpe significatur. Ad punctum ait Dominus
lum pænæ si Isaiæ. 54. in modico dereliqui te, & adiicit paulo
cum male post, in momento indignationis abscondi faciem
culpæ confe meam parumper atē. In quibus verbis plane signifi
ratur. cat laborem, quo afficit, modicum paruum & breuē
Isai. 54. esse & cap. 26. Vade popule meus in cubicula tuā
Cap. 26. claude hostia tua super te, abscondere modicum ad
 37 *a. Cor. 4.* etiam omne malum pænæ. 2. Corinthiorum. 4. vo
 cat leue, & momentaneum, cum ait, quod in præsen
 ti, est momentaneum & leue tribulationis nostræ,
 supra modum in sublimitate aeternum gloriæ pon
 dus operatur in nobis. Imo ipse dæmon hoc idem
 significauit, cum Deo loquens, cum dixit Iob. 1. Ex
 tende paululum manum, & tange cuncta, quæ possi
 det, vbi labores omnes & calamitates Iob ante ipsum
 in auditas vocat paruas dicens. Extende paululum
 manum & tange cuncta ipsius. Flagellum preterea,
 quo Christus Dominus eiecit vendentes, & emen
 tes de templo vocat Ioannes. c. 2. quasi flagellum, cū
 37 *Malapænæ* inquit: Et fecit quasi flagellum, & c. super quæ verba
non sunt ve notat Augustinus super Psalmum. 48. omnia huius
re mala, sed vitæ flagella, labores, morbos, mortem, & quæ
quasi mala. cumque mala pænæ, non esse vere mala sed quasi
Ioan. 2. mala,
Augustin.

malā ubi simul declarat illa verba Pauli. 2. Corinth. 6. nimirum. Quasi morientes, tamquam nihil habentes, quasi tristes, &c. Vocat itaque mortem, paupertatem & tristitiam, quasi per eas, nos liberet Deus à verberibus mortis, paupertatis & tristitiæ, & quorū cumque laborum inferni, qui sunt veri labores. Hi autē huius seculi, non veri labores sed quasi labores, hoc est, labores apparentes sunt dicendi, ex quibus manifestum est, malum pœnæ, sub quo hæc omnia comprehenduntur, si cum malo culpæ comparetur, & cum ijs, quæ ex eo sequuntur, esse modicum, leue, apprens, & momentaneum.

Malum verò culpæ, est adeò magnum & tam graue, vt quando de eo sacris literis fit mentio, simpliciter, absolutè, & per antonomasiam dicatur malum, vt cernere est Matth. 6. vbi dicitur, sed libera nos à malo. Et Psalm. 6. vbi habetur, Diuertere à malo, & Psalm. 33. vbi similiter habetur, prohibe linguam tuam à malo, & Rom. 13. vbi dicit Apóstolus, Odientes malum, &c. Quibus in locis plane ostenditur, peccatum, quod malum culpæ est, adeò magnum malum esse vt simpliciter & per antonomasiam malum appelletur. In eo autem docet Diuus Thomas. 1. 2. q. 87. artic. 4. duo reperiri, nimirum auersionem à Deo creatore, & conuersionem ad creaturam, seu quod idem, est, auertere se peccatorem à suo creatore, simulque eo post habito, ad creaturam se conuerrere. Horum verò duorum, ratione, duplici pœna peccato correspondente: peccator afficitur, altera quidem quod Deo careat, quod pœna damni dicitur altera verò quod æternis cruciatibus torqueatur, quæ, pœna sensus appellari solet. Et quemadmodum illud

2. Cor. 6.

30
 Quam magnum sit malū culpæ & quibus pœnis puniendum.
 Matt. 6.
 Psal. 36.
 Psal. 33.
 Rom. 13.
 D. Tho.

primum, quod in peccato reperitur, quod nempe homo per illud se à Deo auertat, & separet, est inter omnia nocuenta, maximum nocuentum, quod illi inferre potest. Sic etiam prima illa poena eidem correspondens; grauissima est, inter eas, quibus à Deo potest torqueri. Nec enim Deus tantum malum poena potest producere, & ad eundem hominem puniendum conferre, quod tantum sit, quanta est Dei bonitas, quæ ipsi tanquam indigno denegatur, ubi primum à Deo per culpam peccati recedit, quod intelligēs Hieremias, dixit vt habetur. c. 2. Vide quā malum & amarum est reliquisse te Deum; quo loco auertisse se hominem à Deo docet esse maximum, & amarissimum malum. Ad hoc etiam valde cōducit, id quod Paulus. 1. Corint. 1. scribit, nimirum obsecro

1. Corin. 1. vos fratres per nomen Dñi nostri Iesu Christi, vt nō sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Et quidem si hoc facitis eritis vt Angeli Dei in pace, & bono conformes. Si tamen vnus contra alterum insurgit, & diuisiones dilexeritis, ipsi dæmonibus aliquo modo peiores eritis (quia nempe, ipsi Dæmones aliquod pacis fœdus inter se conferuant) & magna aduersum vos insurgent mala. Quæ Apostoli verba plane significant adeo magna mala esse peccata, de quibus mentionē in eisdem facit, vt illa perpetrantes quodammodo peiores ipsis dæmonibus efficiantur & vt ex eisdem malis maxima alia mala sint ipsis peccatoribus prouertura. Manifestum est ergo mala culpæ magna esse & simpliciter dici mala, si cum malis pœnæ, quæ parua sunt conferantur.

Porro hæc mala culpæ esse malis pœnæ multo maiora

iora & grauiora colligi potest ex Psalmo: 27. vbi dicitur. Non est fanitas in carne mea à facie iræ tuæ: nō est pax ossibus meis à facie peccatorū meorū. Vbi innuitur, mala pœnæ, quibus Deus iratus vnumquemq; flagellat, secundum carnem ad corpus dumtaxat pertingere, illudq; solū modo infirmitatibus affectum reddere, mala verò culpæ ad ipsa vsque ossa penetrare, eaq; cōminuere & cōterere, hoc est, ad interiora, nimirū ad animā vsq; peruadere, quia illi gratiā & peculiare auxiliū Deus adimit, eademq; post effrenatos passionum suarū impetus præcipitem ruere sinit. Quod etiā insinuat Psal. 45. vbi sermo est de veris tribulationibus, quales sunt mala culpæ dum dicitur Deus noster refugiū, & virtus adiutor in tribulationibus, quæ inuenerūt nos nimis. Per tribulationes autē, quæ nos nimis, & multū inueniūt, peccata intelligit, quæ etiā, animū inueniūt, & ad eum penetrant, quod alię tribulationes, & labores, qui sub malo pœnæ cōtinētur, nō efficiūt, siquidē solū corpus, & carnē morbidā reddūt, animā autē saluā & incolumē relinquant. Quæ omnia non ignorat susanna, cui, vt Daniel. 13. habetur, impudici senes, morte & calamitate minati sunt, si ipsorū turpitudinem se accommodaret, & cū ipsis nō cōsentiret, ingemuit & dixit, vt ibidē refertur. Angustia sunt mihi vndiq; si enim hoc egero, mors mihi est. Si autē non egero nō effugiā manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini. Quibus verbis significauit multo maiora, grauioraque sibi videri & paucioraque uis mala culpæ contra Deum commissa, quā infinita prope modum mala pœnæ, quibus se circumdatam

39
Quantum
excedat ma
lū culpæ ma
lū pœnæ in
nocendo.
Psal. 27.

Psal. 45.

Dan. 13.

vide-

videbat, si ad turpem impudicorum senum cupiditatem se non accommodaret. Patet igitur ex dictis malum pænæ esse exiguum, modicum, leue, momentaneum, & apparens: culpæ vero malum esse magnum, amarum, graue, vocarique simpliciter, & absolute malum.

40
Ira magna
& parua
quomodo in
Deo esse dicatur.

Zachari. 1.

Quod vltimum circa hoc scire oportet, illud est, quod iam ex dictis deducitur nimirum quod quemadmodum ex parte nostra duplex malum reperitur, malum quidem pænæ, quod paruum est, & malum similiter culpæ, quod magnum est, vt exposuimus, sic etiam duplicem iram possumus in Deo considerare alteram paruam, à qua, scilicet, procedit pænæ malum, alteram autem magnam quæ culpæ malum concernit. Id quod colligitur ex Zachariæ. 1. vbi Deus dicit. Ira magna ego irascor contra gentes opulentas quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiurauerunt in malum. Quasi dicat, hucusque malis pænæ, hoc est, laboribus afficiebam diuites, eosque castigabam, vt in mellorem frugem reciperentur, ipsi vero, non corrigebantur, imo quasi adiurarint in malum, non cessabant, illud efficere: qua propter, modo ira magna in eos irascor, & ideo ipsos in mala culpæ incidere (quod maximum supplicium est) deinceps permitam. Et rursus, quemadmodum datur ex parte nostra malum paruum, seu miseria parua & malum magnum, seu miseria magna, datur etiam ex parte Dei perinde ac ira parua & magna, misericordia parua & misericordia magna, secundum quam petit hic Dauid à Deo, vt sibi misereatur, cum dicit: Misereere mei Deus secundum magnam misericordiã tuã: quam tamen misericordiam magnam non implorabat,

quādo persecutione Saulis, & alijs laboribus circumdatus erat, pro quorum liberatione dicebat tantummodo. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, vt habetur Psalmo. 55. Cum vero se in peccatum incidisse cognouit, & in pānam illius, in alia se etiam corruisse expertus est, ad misericordiam Dei magnam se recepit, pro qua postea Psalmo. 85. in hūc modum Deo gratias egit. Cōfitebor tibi Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me. Et quando hoc factum fuerit explicat, dum adijcit, Eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Psal. 85.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

o Illa misericordia dicitur propria & peculiaris Dei quæ ad reddendum bonum pro malo mouet, quem admodum illa dicitur peculiaris & propria dæmonis ingratitude, quæ ad reddendum malum pro bono inducit. Sicut enim peccatum humanum est, malefactori mala inferre, sic peccatum diabolicum est benefactorē malis afficere. Vnde, vt Iudas Christo Domino tot ac tantis beneficijs eum prosequenti infandum illud proditionis malum inferre posset, opus fuit, vt diabolus illud in eiusdem cor inijceret. Et ita inquit Ioānes. 13. Cum iam misisset diabolus in cor, vt traderet eum Iudas, &c. Imo & necesse fuit vt pessimus ille homo quodammodo diabolus efficeretur, quapropter de eo dixit discipulis suis Christus Dominus. Vnus vestrum diabolus est. Ad hunc igitur modum misericordia hominis est tam illi beneficiē

41
Quæ misericordia circa
tur propria
Dei.

Ioan. 13.

tem,

Matth. 5.
2. Reg. 9.

tē, quā non male facientē beneficijs prosequi misericordia vero Dei propria & peculiaris est ipsum et male facientē beneficijs afficere. Quam ob rem qui inimicum beneficijs prosequitur, misericordiam Dei, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos vt Matthæ . 5 . habetur, procul dubio operatur. Quod aperte significauit. 2. Reg. capit. 9. ipse Dauid cum suscepta iam regni pacifica possessione dixit, Nunquid super est aliquis de domo Saul, vt faciam cum illo misericordiam Dei? Erant autem omnes Saulis familiares perinde ac ipse Saul hostes acerrimi ipsius Dauid, eiusdemque inimici infestissimi, quos tamen ipse ad beneficia recipienda inuitabat, licet ab eisdem multis laboribus fuisset vexatus, & plurimis injurijs laceratus. Postulat ergo Dauid his verbis, nempe Miserere mei secundum misericordiam tuam à Deo, vt sibi misereatur, eo modo quo ipsa eundem ad miserendum mouet. Et quia eius misericordiam propriam, & peculiare est, mala etiam faciētes beneficijs afficere, postulat vt post tot ac tanta accepta beneficia sibi tot ac tāta peccata perpetrāti eorūdem veniam concedat, ac proinde, vt secundum misericordiam, cuius hoc proprium est, sibi misereatur efflagitat.

42
Quam misericors fuerit Dauid cum suis inimicis.
1. Reg. 24.

Ex hoc etiam patet, quare hāc misericordiam Dei Dauid imploret quia nimirū, ipsa cum seruis Saulis ipsum et Dauid persequentibus, imò & cum ipso Saule, multoties vsus fuerat. Cum Dauid vt primo Regum. 24. diuina historia narrat persecutionem Saulis & Ziphæorum prodicionem fugiens ad tutissima quædam loca Engadi se recepisset, & in quadam montis spelunca cum suis habitaret, & Saul ventrem

ventrem purgaturus, ipsius David gentem penitus ignorans, in eandem speluncam intraret, & ad quandam eius partem chlamidem poneret, David ipse qui ibidem cum suis latebat, videns se habere inimicum sibi infestissimum in sua potestate constitutum, nec apprehendere, nec occidere eum voluit, sed oram chlamidis Saulis latenter præscidit, ipsumq; post quã recessit de periculo, cui expositus fuerat, admonuit, eumq; Regem, & seipsum canem appellavit, & ab odio in amorem, humilibus, & sanctissimis verbis reuocare contendit. Cum etiam ut eiusdem libri c. 26. refertur Saul adhuc in persecutione David, perseverans, ipsum quæsiturus castrametatus esset in Gabaa, clam ad locum, in quo dormiebat idem Saul, & Abner princeps militiæ eius, venit ipse David, in eundemq; locum ingressus, cum illum posset occidere noluit in ipsum manus iniicere, sed tantummodo hastam quamdam, & scipulum, quæ erant ad caput Saulis, secum tulit, & nemine eum vidente, abiit, ex aduerso que monte, ad Abner voces emisit, eum vehementer reprehendens, quod tam incaute, & negligenter Dominum suum custodiret. Vbi aperte ostenditur se David erga eum mansuetissimum gessisse, qui magna ira scandescens eum interficiendum quærebat, & simul sibi malefacientem summo beneficio afficere, & misericordiam Dei in illo exercere procurasse.

Super ea Hieremiæ verba, quæ cap. 18. continentur, nempe. Si steterit Moyses, & Samuel coram me: non est anima mea ad populum istum. Eijce illos à facie mea, & egrediantur. Ita scribit Augustinus.

Quid est quod Moyses, & Samuel cæteris patribus in

i. Reg. 26.

43

Quam efficacis sit apud Deum oratio eius, qui pro suis inimicis oravit.

Hierem. 18.
Augustin.

postu-

postulatione perferuntur? Cui quæstioni respondendum est, quod isti duo dumtaxat pro inimicis orasse in veteri testamento inueniuntur. Quidam, nimirum, Moyses lapidibus à populo impetitur, & tamen pro lapidantibus preces ad Deum effundit, quidam verò nempe, Samuel à principatu exterminatur, & tamen dicit. Absit à me hoc peccatū in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam. Quia ergo hi patres cum male sibi facientibus, eis benefaciendo Dei misericordia, cuius hoc est proprium, vtebantur, ideo ad ipsam à Deo impetrandā, non solum sibi, sed etiam alijs tantam vim habuisse innuuntur. Magnam ergo efficaciam ad misericordiam Dei impetrandam habuit Dauidis exclamatio, quæ nihil aliud fuit, quam facta ad Deum efflagitatio, vt ea misericordia secum vteretur, qua ipse cum alijs vsus fuerat. Habuit ergo sic se Dauid acsi diceret, id quod psalmo, 7. dixit, nempe. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis, hoc est, si facientes mihi pro bonis, quæ à me receperūt, mala, ego etiam malis prosequutus sum, non deferam ex ipsis eam utilitatem, quæ ex inimicis deferri potest. Quod si ego non solum eisdem pepercī, sed ultra hoc, ipsis bene feci, precor Domine, ne à tua misericordia inanis discedam.

Psalm. 17.

Vti misericordia erga proximum ad misericordiam Dei consequendam maxime conducit.
Luca. 6.
Matth. 18.

Et quidem nihil est quod ad misericordiam Dei consequendam magis conducat, quam eam in dimitendis, condonandisque proximorum iniurijs exercere. Dimittite, & dimittimini, ait Christus Luca. 6. & Matthæ. 18. Sic pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris, dum explicat parabolam illius Regis, qui cum

eum debitorem tortoribus puniendum tradidit, qui
 proximo suo decem denarios dimittere noluit, cum
 tamen tot ac tantis debitis sibi esset adstrictus. Supra
 quæ verba. Si non remisistis, &c. Isidorus Clarius
 oratione. 33. in Matth. Sic habet: Hæc res, si attente
 cogitaretur optare quisq. deberet, habere aliquos,
 quorum offensiones sibi essent remittendæ. Quod vel
 maxime hac similitudine intelligi potest. Fingamus
 liberalissimum quempiam Regem, aut principem,
 qui multos habeat, qui sibi plurimum debeant, qui
 etiam cupiens es alienum, quod alijs debetur in tota
 republica dissolui, legem promulgaret, vt quicumq.
 suis debitoribus remitteret, quod ei deberent, con-
 sequeretur, vt ipse Rex maxima quæque debita ipsi
 remitteret: quicumque vero neminem haberet, qui
 sibi deberet, vt quidquid deberet Regi ad teruntium
 vsq. persolueret; iuxta quã legẽ quicumq. debitorem
 nullum habuisset, & multa Regi deberet, multo dete-
 rioris esset conditionis, quã cæteri, optaretque ali-
 quos habere, qui sibi quidpiam deberent, vt eisdem
 illud remitteret. Hæc autem est lex cælestis promul-
 gata in illis verbis. Dimittite, & dimittimini, iuxta
 quam Deus cupiens occasionem ignoscendi habere
 offensiones inter homines accidere permittit, vt om-
 nes debitores aliquos habeant, quibus remittat, vt &
 ipse maxima debita, quæ ipsi debent, eisdem etiã re-
 mittat. Vnde quemadmodũ si in altera pagina papi-
 ri esset scripta obligatio, qua aliquis debitor ad sol-
 uendum tibi centus aureos nummos teneretur, in al-
 tera vero pagina eiusdem folij esset similiter scripta
 alia obligatio, quia tu ad decem milia talæta auri per-
 soluenda alicui creditori teneris maximum pro-
 fecto

Isidorus.
 Clarius.

45

Quam vtile
 sit accepisse
 ab inimicis
 iniurias
 quas illis di-
 mittere po-
 ssimus,
 Simile.

Simile.

E fecto

fecto beneficiū in te collocaret creditor, si ad lacerandum, & rumpendum folium illud, tibi facultatem cōcederet, & tu insanus esses, si ea facultate vtēs ipsum non comminueres, & dillacerares; sic etiam penitus insanus erit ille, qui parua & pauca debita, ad quæ soluenda illi proximus tenetur, non dimittat eundē ab eorum solutione exonerando, vt Deus ipsemet in finita propemodum, & multo maiora debita ad quæ soluenda ei est adstrictus, condonet. Quia verò Dauid iniurias sibi illatas inferentibus eas remisit, & eodem p̄terea beneficijs affecit, idcirco à Deo postulauit, vt sibi similiter dimittat vt secundum magnam misericordiam suam in suo diuino tribunali de venia sibi danda, & remissione culpæ concessenda agatur; id quod hac similitudine optime intelligi potest. Cōsiderare possumus in diuino illo Dei tribunali, vbi de omnibus acuratissime semper agitur, quatuor esse ad nostra negotia discutienda assistentes, Dei nimirum sapientiam, misericordiam, iustitiam & omnipotentiam, ex quibus, sapientia quidem omnem deceptionem & dolum, seu fraudem procul depellit, omniaque simul patefacit: misericordia vero ad miserendum, remittendumque & condonandum inducit: iustitia deinde, de illis quæ per sapientiam, tanquam nota constant, rectissimam, & integerrimam profert sententiam, omnipotentia denique eandem sententiam latam exactissime exequitur. Vnde quemadmodum, qui negotium habet in tribunali aliquo à quatuor iudicibus discutiendum, aliquem saltem ex illis, vel muneribus, vel aliquo alio modo sibi conciliat, & si scit idem negotium iudice illo sibi amico & conciliato

46
Nec per iniustitiam iniurias esse iudicandas, sed potius per ipsarum remissionem misericordiam Dei conciliandam esse. Simile.

ciliato absente, discuti, maxima tristitia afficitur, sic etiam, quicumque non ignorat esse de suis rebus in diuino Dei tribunali exactissime agendum, à qua quatuor assistentibus proxime dictis, ex eisdem saltè misericordiam sibi conciliare procuret, & si sine ipsa suæ res discutiantur: maxime cōtristetur. Nam vā laudabili vitæ nostræ, vt inquit Augustinus, si sine misericordia discutiatur. Iudicium nanque sine misericordia fiet ei, qui misericordiam non fecit. Non ergo postulauit Dauid, à Deo sapientiam, quia si cū eo secūdū illam faceret, dignus per ipsam inuētus esset, qui penitus destrueretur. Vt enim dicitur Psalmo. 124. si iniquitates obseruaueris Domine quis sustinebit, Nec petiuit iustitiam, imo potius Psalmo .142. aliud efflagitauit dicēs; Non intres in iudiciū cū seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo, omnis viuens. Nec efflagitauit omnipotentiam, quia sicut per eam ex nihilo productus sine meritis fuit, sic etiam cum tantis demeritis merito atque optimo iure per eandem posset in nihilum redigi, implorauit autem diuinam Dei misericordiam, quia ipsam sibi cōciliauerat, & amplexus fuerat, ea scilicet, vtendo, tum in remissione culparum, & iniuriarum, quas ab inimicis fuerat passus, tum in beneficijs, quibus eisdem affecerat: quapropter efflagitauit vt secundum misericordiam suam sibi misereatur.

Hinc iam manifestum est, quantum emolumenti cuique afferat, se misericordē, placibilē & benignū quantum fieri possit, omnibus exhibere. Id, quod (imo & id fere omne, quod supra dictū est) ex profanis etiā autoribus plane deduci & confirmari potest, Dicebat enim Demosth. ad Alex. Nihil habes Rex

Augustin

Psal. 124.

Psal. 142.

47

Quæ profani autores in laudem misericordie & clementie dicant.

Demosthenes.

vel fortuna tua maius, quam vt possis, vel natura tua melius quam vt velis seruare plurimos. Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, nec admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quam vt salutem conferas hominibus, vel dando, si egerint, vel parcendo, si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint. Cum enim vincamur à Dijs in omne munere, sola clementia est, quæ nobis Deos reddit æquales. Cicero etiam lib. 1. de Officijs: Nihil, inquit, laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius, placabilitate & clementia, quia vt inquit Poeta, sola Deo æquat clemētia Theodosius quoque apud Claudianum Honorio filio salubriter in hunc modum præcepit.

Cicero.

Claudianus

Sis pius in primis, nam cum Vincamur in omni.

Munere, sola Deum æquat clementia nobis.

Seneca.

Ambros.

Quibus verbis videntur hi autores illud aperte insinuare (id quod supra ex sacris literis docuimus) nempe, misereri esse peculiare opus Dei, ipsamq; misericordiam esse propriam eiusdem, siquidem quando illa homines exercent, Deo quodam modo æquiparantur. Seneca item libro, 1. de Clementia ad Neronem, dicit, magni certe animi est placidum esse & tranquillum. & iniurias, atque oppressiones semper despiciere. De Cesare etiam narratur, quod omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum remiſci: & de Octauiano similiter, quod detrahentibus ei, inciuitate libera, liberæ esse linguas respondebat. Quin & de Theodosio refert Ambrosius agens de eius obitu, tantæ fuisse misericordiæ, quod nunquam

quam negavit misericordiam petenti, & de eodem sic scribit. Beneficium putabat se accepisse Theodosius cum rogaretur ignoscere, & tunc pronior erat veniæ, quando fuisset maior commotio. Optabatur in eo quod ab alijs timebatur, ut irasceretur. Habebat reorum remedium, quando & habuit super eos potestatem, quasi parcens postulari mallebat, quam contra iudicium punire æquitatis, videns impune abire, qui nunquam petenti negavit.

Vel etiam miserere mei, ait, secundum misericordiam tuam, & non secundum misericordiam suam ipsiusmet David, quia cum ei proponeretur parabola de ove (sicut dictum est) quod ipse circa alienam uxorem commiserat, iratus nimis condemnauerat. Ait enim sacer

⁴⁸
Alia eiusdem verbi
optima explicatio.
2, Reg. 2.

textus. 2. Reg. 12. Iratus nimis, dixit, Vir mortis est, qui fecit hoc, & reddet in quadruplum. Ait ergo. Non secundum misericordiam meam, quæ potius ira maxima fuit, quando illum, qui peccatum simile meo peccato commisit morte, & quadrupla pena dignum iudicavi. Sed miserere mei secundum misericordiam tuam, à qua provenit, ut à propheta Nathan audiverim: Dominus quoque transtulit peccatum tuum à te. Inuoco autem tuam misericordiam magnam quia mea magna miseria ea indiget, & pro ea clamat, & ita abyssus abyssum inuocat (quod habetur Psalmo. 41.) hoc est, abyssus meæ magnæ miseriæ, abyssum tuæ magnæ misericordiæ implorat.

Pfal. 41.

Eius EXPLICA-

EXPLICATIO SE-
cundi versus.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Hoc est, & secundum multitudinem miserationum tuarum, quas ab initio mundi semper hominibus te inuocantibus exhibuisti, multiplicem iniustitiam meam dele à conspectu tuo, ut eam non videas ad ultionem, absterge item à spiritu meo scdato peccatis meis.

IN præcedenti versu misericordiam Dei implorauit, secundum quantitatem continuam, hoc est secundum magnitudinem ipsius, in hoc vero eandem misericordiam (non est numerus, quia vt habetur *Psalms. 85.* Psalmo, 85. Tu Domine suavis, & mitis multæ misericordix omnibus inuocantibus te), inuocat secundum quantitatem discretâ, seu, quod idem est, secundum ipsius multitudinem. Vbi statim aduertendum occurrit ex autore in cognito hoc in loco, nec magnitudinem, nec paruitatem reperiri in Dei misericordia, prout in eodem denotat habitum, nec similiter paucitatem, nec multitudinem inueniri in illius miserationibus, prout denotant eiusdem misericordix actus, cum impossibile sit in Deo; magis, & minus suscipere, reperiri tamen in ipsis illa omnia, nempe, magnitudinem, & paruitatem, multitudinem, & paucitatem prout denotant effectum ab ipsa Dei misericordia, & miserationibus procedentem: quæ misericor-

*Autor in
Cognitis.*

ricordia nihil aliud est, quã quãdã subleuatio à misericordia, quã subleuatio modo est maior, modo vero minor, modo simplex, modo autem multiplex. Nam effectus clementiã Dei, plurimi, & varij sunt, multipliciterque ipse hominum miseretur, & infinitis atque mirabilibus modis, eisdem in miserijs constitutis subuenire solet.

Quod ergo primum hoc loco perpendere oportet illud est, nimirum per geminationem vocabulorum diuinam clementiam significantium, misericordiam, scilicet, & miseratiõnis, quam ingens sit ipsa Dei misericordia accomodate insinuari, quod similiter fit alibi sæpã, nempe, Psal. 120. ubi dicitur: Misericors & miserator Dñs, & Esai. 30. Miserans miserebitur tui. Cuius rei illud est misterium, vt, scilicet, cum Hebræorum lingua superlatiuis nominibus careat, per eorundem nominum geminationem, & multiplicationem superlatiuorum defectus suppleatur. Quia vero Sanctus Moyses magnitudinem & multitudinem misericordiam diuinam per geminationem solam nomen, ipsam significantium, non posse sufficienter exprimi intelligebat ideo Exodi. 33. non sola geminatione sed copiosa etiam eorundem nominum multiplicatione ad hoc idem vsus est dicẽs: Domine Deus misericors, & clemẽs, patiens, & multa miseratiõnis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatẽ, & scelera, atq; peccata. In quibus verbis nõ solũ est consideranda magnitudo & multitudo diuinam misericordiam, eorũdem multiplicatione, & diuersitate significata, sed etiam est maxime perpendendũ vnico dũtaxat nomine iustitiam designante, nempe verax, appellari, cũ tamen multis misericordiam

Quid per geminationem vocabulorum Dei misericordiam significantium insinuetur. Psal. 120. Esai. 30.

Exod. 33.

2
Pronior em esse Deum ad miserendum, quam ad puniendum.

designantibus, ſimul ſignificetur, vt nempe, intelligamus, quod ſi vnum, aut alterum iuſtitiaē experimur opus infinitis propemodum miſericordiā operibus illud compenſatur. Imo ſicut verax iuſtitia Dei inſinuans in prædictis verbis à multis nominibus miſericordiam ſignificantibus circundatur: ſic etiam iuſtitia ipſius adeo à miſericordia circundata tenetur, vt vix in hoc vitæ humanæ curſu apparere poſſit, cum pænæ ipſæ, quibus eadem vita affligitur ex miſericordiā apotheca deducantur. Quod etiam cernitur Pſalmo. 114. vbi dicitur: Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur. In quibus etiam verbis, illa duo perſpici poſſunt, & quod pro vno iuſtitiaē titulo multiplex miſericordiā titulus, illi attribuitur, vt ſimiliter Pſalmo. 111. dicitur: Miſericors, & miſerator, & iuſtus, & quod iuſtitia ita à miſericordia circumcingitur, & clauditur, vt vix, niſi per miſericordiā ianuam ad homines egrediatur. Miſericors enim, & iuſtus Dominus iuſtitiam ſuam miſericordiā tēperata nobis benedam porrigit, vt eam abſque mortis periculo haurire valeamus. Puram namque & nudā iuſtitiam nemo tolerare poteſt: Imo Angeli iudicium Dei, vt. 1. Petri. 4. dicitur omnino reformidant, & portare non valebunt. Sic igitur affectam dat Deus iuſtitiam ſuam propinandam ſicut medicus aſperum, & quodammodo venenofum medicamen propinaturus ægroto alijs benedictis herbis immiſcet, quibus contemperatū abſque mortis periculo ſumere poſſit. Nemo profecto inſiciabitur Deum nobiſcum miſericordiam ſæpiſſimæ, uti, cum ſcelera noſtra dignis ſupplicijs nō vlcifcitur, &

ſimi-

³
*Iuſtitia
 Dei ab eius
 miſericordiā
 circundata eſſe
 videtur.
 Pſal. 114.*

*1. Petri. 4.
 Simile.*

similiter nemo negare debet Deum ipsum, cū eadē in nobis punit, misericordiā exercere, iuxta illud Abacuc. 2. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Quod vero supplicia ipsa frequentissime ex Dei misericordia nobis in hoc sæculo proueniāt, colligitur aperte ex ea cōminatione per Ezechielem facta. c. 16. nēpe, Auferetur Zelus meus à te, & quiescā, vt nō irascat amplius. In qua comminatione manifeste cernitur diuinam iram, quæ iustitiam Dei exequitur in hac vita ab ipsa Dei misericordia quodāmodo procedere, siquidē maius suppliciū esset, Deū nō irasci, nec flagellare, quia flagellat ipse omnē filiū quem diligit. Amouere nāque hominē à via in qua est precipitandus (quod in peccatore fit per flagella) misericordia quidem est, sicut similiter est ira dimittere, eum, vt pertam periculosam viam perecurrat. Vnde Psalmo. 98. innuitur punitio Moyse, & Aarōni adhibita misericordia esse, cum in eo dicitur, Deus tu propitius fuisti eis, vlciscens in omnes adinventiones eorum. Quod etiam. 2. Machabeorum. 6. insinuatur. Dicitur namque ibi: Et enim multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magnū beneficij est indicium. Vnde patet etiam ipsam punitio nem à misericordia Dei prouenire. Cum ergo tanta sit Dei pietas, clementia, & misericordia, vt iustitiam vndique circumcingat, non mirum est, si ad eius magnitudinem multitudinēque exprimendam, geminatione vocabulī eam significantis, nempe, misericordiæ & miserationis Dauid vsus fuerit.

Duplicata autem vocabula diuinam pietatem & clementiam significantia, eum ordinem seruant, vt

E § prius

4
Etiam cum
Deus punit
misericordē
se exhibet,
aliter quan
do nō punit.
Aqac. 2.
Ezech. 16.

Psal. 98.

2. Mach. 6.

5
Quare Deus
misericors
& miserator
dicatur.

prius ponatur illud, quod habitum designat, nimirum: misericordia, postea vero miseratio, quæ effectum seu effectus ab ea procedentes insinuat. Quod item certum est Psalmo. III. supra citato, ubi dicitur. Misericors & miserator & iustus, sicut Psalmo. 110. Misericors & miserator Dominus, & Psalmo. 102. Benedic anima mea Dominum, qui coronat te in misericordia & in miserationibus. Et Exodi. 33. Domine Deus misericors & multæ miserationis. Ex quibus locis patenter ostenditur, quod non solum Deus habitu est misericors, & misericordiam habens, sed etiam actibus & effectibus est miserator, hoc est, in operibus suis misericordiam manifestans, qua propter misericors & miserator appellatur. Et eam ob causam sponsa cum eo loquens Canticorum. 1. dicit: Oleum effusum nomen tuum, hoc est, nomen, quo vocari, debet, est misericordia effusa, quod idem est, quod misericors, & miserator. Quod verò per oleum in sacra scriptura, misericordia designetur, illud in ea sæpe innuitur. Nam Leuitici. 4. præcipiebat Deus, ut ad purificandum leprosum, oleum in sinistra manu effunderetur, ad significandum quod ad purificandam animam à peccatis (in hac vita per sinistram significata, sicut futura per dexteram) eximum medicamen est, misericordiam mediantibus ipsius operibus effundere, iuxta quod Daniel. cap. 4. Regem Nabuchodonosor monuit dicens: Quam ob rem Rex consiliū meū placeat tibi & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs, pauperum forsitan ignoscet Deus peccatis tuis. Accomodate autem misericordia oleum dicitur. Quia quemadmodum oleum quibuscumque liquoribus commixtū, siue sint aqua, siue

*Psal. 111.**Psal. 110.**Psal. 102.**Exod. 33.**Canti. 1.*

6

*Quare per oleum misericordia signi-
ficatur.**Leuiti. 4.**Daniel. 4.**Simile.*

siue vinum siue quid aliud simile, super ea omnia innatat & quodammod eadem subse habet: sic etiam misericordia si cum reliquis omnibus virtutibus coniungatur, & comparetur, tanquam filia charitatis proximior, super easdem omnes est constituenda, & inter illas excellentiam habere iudicanda. Si namque eximia est humilitas, bona, & præstans fortitudo, bona item, & egregia temperantia, & cæteræ virtutes, melior tamen, & præstantior ipsis est misericordia existimanda. Cum enim cæteræ virtutes ad proprium vniuscuiusque ipsas habentis commodum tendant, misericordia tamé in proprium, & simul in alie num proximi commodum dirigitur, ac proinde super omnes reliquas virtutes in eminentiori loco collocatur. Imo de operibus, seu virtutibus ipsius Dei, hoc idem videtur insinuari in Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Quemadmodum prætere oleum ita facit depictas rerum imagines splendere, vt absque eo licet eximijs coloribus sint affectæ, nec splendorem, nec decorem habeant, sic etiam homo licet plurimis virtutibus, castitate nempe, humilitate, & temperantia, & alijs sit exornatus, si tamen misericordia in eo non fulgeat, adeo siccæ & pulchritudinis expertes, eadem virtutes apparent, & remanet vt nec Deo, nec hominibus grata, & decoræ esse videantur. Sicut denique oleum est quod inter omnes liquores magis diffunditur, & spargitur. vt experientia docet, quando quælibet eius gutta in papyrus, siue pannum decidit, sic etiam ex virtutibus, misericordia est, quæ magis diffunditur, cum non solû ad proprium, & peculiare commodum ipsam habentis, sed ad proximi etiam vtilitatem spectet, & pertin

*Psal. 144.
Simile.*

Simile.

gat

Luc. 15.

gat, quod in cæteris virtutibus minime reperitur. Merito ergo misericordia Dei per oleum effusum significatur. Alia autem editio habet eo Canticorum loco, Vnguentum effusum nomen tuum. In quo etiam innuitur, quod ad fragrantiam, & odorem talis vnguenti effusi, ita peccatores post Deum currunt, ut ad eum esse appropinquantes publicani & peccatores Lucæ. 15. afferantur, ut videlicet cum eisdem, qui magnam misericordiam habet, multis illis miserationibus vteretur, de quibus hic David mentionem facit dicens. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, &c.

Petit etiam David suppliciter à Deo, ut multis miserationibus secum utatur, in quo se etiam multipliciter peccasse manifestat. Quod idem sic euenit, nam ex peccato adulterij, quod cum Bethsabee commisit, multa alia peccata emanarunt, incidit enim in primis in luxuriæ peccatum: quia adulterium cum aliena vxore commisit. Deinde in peccatum deceptionis, & fallaciæ, quia idem adulterium per fallaciam occultare conatus, ubi primum eam gravidam esse cognouit, iussit Vriam virum eius ad se venire ex bello, ut ea occasione ipsam cognosceret, & ita conceptum eiusdem sibi attribueret. Commisit præterea peccatum rapinæ; quia ex eo, quod curabat, Vriam gravidam iam vxorem suam cognoscere, ipsumque credere conceptum vxoris suæ suum esse, conabatur, simul falsum hæredem illi supponere, quod idem est, ac alienam hæreditatem rapere. Patrauit item homicidij grauissimum crimen; quia cum non potuisset Vriam militem fidelissimum inducere, ut tunc temporis cum vxore rem haberet, eundem per pro-

ditio-

7
Ex vno peccato multa subsequuntur.

ditionem maximam fecit occidi. Corruit denique in plurima alia homicidij crimina, quia plures eius serui, & milites vt dicitur. 2. Reg. 12. occasione mortis Vriæ fuerunt cum eodem simul interfecti. Quæ peccata multa esse cognoscens, multitudinem miserationum Dei implorat, vt secundum eandem miserationum multitudinem, eadem multa peccata deleat.

Circa quod, illud merito est à nobis pōderādū, nē peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt ait D. Gregorius: ac proinde quod peccator indies magis ac magis in plura peccata miserabili casu ruit & in maiorem perditionē quotidie magis, ac magis deducitur. Id quod ipse Dauid Psalmo. 118. de se insinuauit dicens: Erraui, sicut ouis, quæ periit, & Esaias. 55. de se & de cæteris hominibus dicens similiter: Omnes nos quasi oues errauimus. Quod etiam innuit Christus Dominus, vt Lucæ. 15. refertur, dum hominum ouem errantem, seu perditam comparauit. Quem admodum enim ouis, quæ propter viridem herbam gregis sui oblita illum non sequitur, ab eoque deuias ita errat vt iam in eo loco vbi mansit errans non possit inueniri, in alio remotissimo sæpe numero est summa diligētia quærenda & inuestiganda, vt inueniatur, cum non sit hac in re similis cæteris rebus perditis, quæ vt plurimum, vbi amittuntur, ibi reperi possunt, Sic etiam homo, qui propter tam exiguam voluptatem, sæpe numero in peccatum incidens ita errat, vt dicatur. Psalmo. 9. Propter quid irritauit impius Deum? Nunquam, vt plurimum, in eo manet, sed passim in alia, & alia peccata tam præceps ruit, vt solus Deus in eo statu ipsum miserabiliter errantem possit

2. Reg. 12.

8

Peccatum
suo pondere
ad aliud tra-
hit.

Gregor.
Psal. 118.
Esai. 55.

Luc. 15.
Simile.

Psal. 9.

possit inuenire. Quapropter Dauid, qui dixit: Erraui sicut ouis quæ perijt, dixit simul: Quære seruum tuum Domine: quia ipse ille est, qui venit quærere, & saluum facere quod perierat, & qui solum rem tam perditam (quam perditus est homo in peccatis existens) inuenire potest. Solet vsurarius, vt plus & vt carius vendat, quod venale habet credita pecunia sub aliquo precioso pignore illud vendere: sic enim mutuatarius emptor, plus similiter, licet carius simul emit, & tantum sub eodem pignore sæpenumero accipit, vt illud licet pretiosum sit, in manibus, & potestate venditoris omnino dimittat: ad eundem prorsus modum vendit dæmon hominibus sub pignore animarum plus turpium voluptatum carnis tamen, quia maximo labore easdem etiam in hac vita emūt, tantum ipsarum voluptatum sub eo pignore suarum animarum accipiunt, vt easdem in captiuitate, & possessione ipsius dæmonis totaliter sæpe relinquunt, & deferant, & tales sine anima remaneant, qualis non est ille, qui non accepit in vanū animā suam, vt dicitur Psal. 23. Cum verò animæ sic deperditæ sunt, quia in potestatem dæmonis modo supra dicto deuenerūt, in tali captiuitate, & perditione sūt cōstitutæ, vt solus Deus, qui ex vsuris, & iniquitatibus, vt dicitur Psal. 71. redimet animas eorum, ipsas possit quærere, & adhibitis particularibus auxilijs, saluas facere.

Simile.

Psalm. 23.

9

Fugiendum esse primum

peccatum,

quia ex eo

multa alia

subsequuntur.

Simile.

Esai. 1.

Et hanc ob causam formidandum est maxime primum peccatum. Quemadmodum enim vulnus, cui statim medicamen non adhibetur, corrumpitur, & insanabile efficitur: sic etiā peccatum cui non continuo occurritur in aliud, & alia pertrahit, & in omnimodam perditionem sæpe adducit. Vnde Esai. 1. dicitur

dicitur: Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec fota oleo, nec curata medicamine. In de prouenit, à planta pedis, vsque ad verticem non esse in eo sanitatem. Nec quispiam audeat ea spe primum peccatum committere, quod, scilicet, plura postea non perpetrabit, ac proinde quod talis corruptio eum non consequetur. Sunt enim peccata veluti Cerasa. Quia sicut ex Cerasorum canistro pauca solum apprehenduntur, quæ alia secum, deferunt, & illa alia, alia etiam multa secum trahunt. Ita etiam peccata adinuicem se consequuntur. Vnde Oseas .c.4. ait: Maledictum, & mendacium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Cuius causa adijcit statim dicens, Et sanguis sanguinè tetigit. In quibus verbis particula illa, &, quia causalis est, facit hunc sensum, & sanguis sanguinem tetigit, hoc est, quia peccatum peccati causa est, & erumpentibus frequenter ipsis, non est, qui impetum infringat, & obuiam eat. Quod idem innuatur Luc. ca.3. ubi refertur Herodis impietas, & illa enarrata additur. Adiecit & hoc super hæc omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. Vbi ponderanda sunt verba illa, quibus plane innuitur, quod plurima alia peccata, quæ Herodes commiserat ad hoc ipsum patrandum eidem additum aperuerunt. Cû Iosue vt refertur in eius libro cap.6. ex parte Dei maledixisset eis, qui urbem Hierico reedificare auderent, tentans Hiel illud efficere, cum primum ædificij lapidem iecisset, in illius audaciæ pœnam primogenitus eius filius, qui Abiram dicebatur, statim interiit. Cû nihilominus ab incepto opere non desisteret, paulatim reliqui eiusdè filij ita interibant, vt eodè opere iam perfecto, nullus ei filius viuus remaserit. In talè nãq;

Statum

Simile.
Oseas. 4.

Luc. 3.

Iosue. 6.

*Iacob. 2.**Simile.*

statum peccatorum homo saepe deuenit; si primum, quod alia hostium patefacit, committere non reformidat. Quod etiam in ipso Dauide perspicui potest. Si quidem ab vno peccato adulterij, in tot tantaque crimina est precipitatus. Cui etiam proposito accommodari potest illud Iacobi. 2. nempe qui in vno offendit, factus est omnium reus, quia scilicet vnum peccatum commissum suo pondere ad alia, imo ad omnia postea committenda trahere & mouere solet. Sicut enim prægrandis lapis in mortis culmine existens, vbi primum ab eo incipit dimoueri, suo ipsius pondere ruere, & cadere compellitur, nec ante confiteri potest, quam in profundum, & infimum ipsius montis locum deueniat, sic etiam miserrimus peccator cum libertate præditus sit, ab appetitu, passione, seu malitia sua se ferri, quasi lapis patitur: & cæco impetu, qui paulatim intenditur, tam præceps fertur, vt quodammodo detineri non valeat, imo in profundum peccatorum suorum veniens contemnat.

10

*Idem magis
ostenditur.
1 Reg. 18.*

Quantum autem primum peccatum sit vnicuique reformidandum, præterea, quæ dicta sunt illud id maxime ostendit, quod. 1. Reg. 18. sacris literis est memoriæ proditum. Cū Saul ad Pithonissam se contulisset, vt ex ea sciret, euētum belli ab illo inuendi & gerendi, eiq; Samuelis imago apparuisset, & exitium atque euerionem totius suæ familiæ sequēti die futuram esse prænucciaisset illam quoque tantæ huius calamitatis causam fuisse exposuit, Quia, inquit, non obedisti voci Domini, nec fecisti irā furoris eius in Amalech: id circo quod pateris fecit tibi Dominus hodie. In quibus verbis illud est maxime mirandum

mirandum, quod cum ipſe Saul ſingulari ira infla-
 matus ſeptuaginta ſacerdotes Domini ſacerdotali-
 bus veſtibus, & ſacris ornamentis condecoratos in-
 terfici, iuſſiſſet, & Nobe urbē ſacerdotalē, licet inno-
 centem ardenti ignis incendio combuſiſſet, & bo-
 ues, oues, camellos, atque, aſinos (quod nec ipſe cru-
 deliſſimus Nero portentum naturæ vnquam fecit)
 gladio interemiſſet, & multa alia ſcelera perpetra-
 ſſet, ea omnia ſilentio inuoluens, ſolam illam ſuper-
 ſtitioſam, & inſipientem pietatem, cauſam euerſio-
 nis ipſius futuram eſſe aſſeuerat. Ex eo autem factū
 fuit ſolam huius inobedientiæ mentionem feciſſe
 illam Samuelis vmbra, cum ex ſua natura non tam
 graue fuerit peccatum, quam grauiſſa cætera extite-
 rūt, quia propter eandem primā in obedientiam me-
 ritus eſt, vt eum Deus è manu ſua demiferit, ac proin-
 de vt eius anima diuina gratia expoliata remanſe-
 rit, quod cæterorum peccatorum cauſa fuiſſe, nō eſt
 eſt Inſiciandum,

Cæterum circa hoc vltimum non abs re erit hoc
 loco aduertendum, vnum, nempe, peccatum ſæpiſſi-
 me alterius ſolere eſſe pænā, vt in ipſo Dauid for-
 taſſe contigit (id quod aperte deducitur ex Pſal-
 mo. 68. vbi habetur; Appone iniquitatem ſuper ini-
 quitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam
 ac proinde culpam ſimul, & pænā eſſe dicendum
 ipſum peccatū. Cum enim culpa, vt inquit Auguſt.
 li. 1. de libero arbitrio, ſit malū quod agimus, & pæna
 malū, quod patimur, inde fit, vt, peccatū ſapæ, & cul-
 pa, & pæna merito dicatur. In quātū volūtas vult ma-
 lum, vt ait Magiſter ſentētiarum in. 2. diſt. 30. licet il-
 lud velit ſub ratione boni culpā cōmittit, quod autē

FORNIO

F

ibi non

It
 Quod vnum
 peccatum ſit
 alterius pæ-
 na.

Pſal. 68.

Auguſt.

Magiſter
 ſent.

ibi non vellet, pœna & supplicium est. Homo sensualis, qui in rebus venereis grandem pecuniæ copiam prodigaliter consumpsit, culpam commisit, quia in tali re, prodigum se gessit consumendo omnem pecuniam, quam habebat, & quia sine illa in egestate remansit, pœnam incurrit. Ad quem profusus modum in eo, quod se homo dæmoni tradit in culpam incidit, & simul eam pœnam subit, quod scilicet, absque Deo, & eius gratia destitutus remaneat. Et hoc est, quod docet D. Thomas. 1. 2. quæst. 87. art. 2. nimirum, quod peccatum est pœna peccati, nõ secundum suam formam, & rationem: nam sic sumptum ex electione libere & voluntarie proficitur, sed secundum suam causam, ex qua oritur, nempe, secundum subtractionem diuini auxiliij, quo homo ne in peccatum corruat, detinetur. Quam ob rem, quia Deus propter peccata commissa peccatorem suo auxilio priuat (quæ priuatio pœna est peccati) peccata inde subsequuta, peccati præcedentis supplicia, & pœnæ dicuntur. Cum tamen Deus his pœnis peccatores puniat, & illæ, ut dictum est, sint peccata, quæret quispiam, quo pacto fieri possit, ut Deus, qui peccati causa esse non potest, talium pœnarum causa existat. Ad cuius dubitationis responsionem est notandum ex Alexandro Halensi. 1. parte quæst. 29. membro. 4. duplicem esse pœnam, aliam quidem puram, quæ est mera pœna, quales sunt quicumque corporales labores, de quibus dicitur Amos. 3. non esse malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Quam pœnam docet Augustinus lib. 2. contra Faustum. cap. 9. bonos in hac vita, ita à Deo puniri, ut post eam in gloriam deducantur, malos item eadem pœna in hoc sæculo ab ipso Deo torqueri

Simile.

D. Thom.

¹²
*Dubitatio
quadam
eius respon
sio.*

*Alexander
Halensis.*

Amos. 3.

Augustin.

torqueri, vt ex illo incipiant supplicium subire, in alio sæculo statim continuandum, & nullo vnquam æuo finiendum, iuxta illam prophetiam Psalmi. 108. nimirum; Duplici contritione contere eos, & induantur quasi diploide, (hoc est duplici veste) cōfusione sua. Vbi significatur, quod pœna huius vitæ cum pœna alterius continuatur, & illi quodammodo consuitur in ipsis peccatoribus. Aliam vero esse pœnam, non puram sed culpæ ad mixtam, qualis est cordis duricies, & mentis cæcitas, qua etiam Deus peccatores in punishmentem grauissimorum criminum percutit, vt constat ex Diuo Paulo. 2. Chor. 4. dicente: Deus excæcabit mentes in fidelium. Et ex alijs plurimis diuinæ scripturæ locis hoc idem constat. Quod asserunt etiam Diuus Chrysofomus sermone. 19. super Epistolam ad Romanos, & Primasius super eandem epistolam. cap. 11. & Augustinus loco supra citato, & ex scholasticis Alexâder loco ite citato, & Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 79. artic. 3. & Diuus Bonauent. in. 2. dist. 36. quæst. 2. Quibus in locis dicunt cæcitatem esse effectum à diuina iustitia procedentem, quando, scilicet, in pœnam suorum, peccatorum homines in eum statum deueniunt, vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant, ea nimirum quæ ad suarum animarum salutem conducunt. Est ergo Deus huius pœnæ peccato permixtæ causa, peccatum ipsum permittendo, & subtrahendo auxilium illud super naturale quo peccator, ne in aliud prolabatur detineri & preseruari potest. Quo etiam modo dicimus plurimos patres esse causam criminum, quæ ab ipsorum filijs perpetrantur, quia ipsos (fortasse

Psal. 108.

¹³
Cordis durities & mentis cæcitas sunt sæpe supplicia peccatorum.

2. Chor. 4.

Chrysof.
Primasius.
Augustin.
Alexand.
Alexis.
D. Thom.
Bonauent.

Simile.

*Pfal. 80.**Romano. 1.*

14
*Ad quam
 miserum sta-
 tum possit
 homo per pec-
 catum dedu-
 ci.*

Rom. 1.

tamquam in corrigibiles) nec iam admonent nec flagellant, cum tamen ad ea crimina perpetranda aliter nullatenus concurrant. Itaque in grauissimum supplicium impiorum, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc, permittit Deus ipsos ab vno peccato in alia multa corruere, patiturque eosdem in malitia crescere. Quod supplicium, & iram Deum in ipsis exercere constat ex Psalmo. 80. vbi habetur. Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi, &c. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Quam pœnam tanquam extremam in sinuat Paulus Romanorum. 1. Vbi significatur, quod traditurus Deus inimicos suos in manus tortorum, non eos tradidit tygribus, nec leonibus, sed tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Qua grauissima pœna peccatores affecti, in alia, & alia peccata in dies prolabantur. Fugienda sunt ergo summopere ipsa peccata, non solum, quia in pœnam ipsorum, peccator in alia corruit, & in eam cœcitatē deuenit, in quam Dauid ab vno etiam peccato in multa alia prolabēs sic deductus est vt nisi à pijsimio Deo ministerio Prophetæ Natham illuminaretur, vel alio modo id efficeret, ea penitus non cognosceret: sed etiā, quia vltērius per peccata deuenire possunt peccatores ad statum miserimum illorum, de quibus asserit Paulus Romanorum. 1. quod tradidit illos Deus in reprobū sensum, omni iniquitate repletos, vt statim adijcit. Quod verbū videtur significare ad eam mensurā, & periodum peccatorū posse homines peccando deuenire, in qua cum illis omnino rationes finiet,

finiet, & eos amplius non expectet, vt existimant Augustinus libro de Doctrina Christiana cap. 3. & 4. Adrianus quaest. 1. de poenitentia, & Dominus Caietanus ientaculo. 8. quaest. 3. quæ omnia maxima mala Diuus Gregorius in illis verbis comprehendit, significatque nempe peccatum, quod per poenitentiam mox nõ diluitur, suo pondere ad aliud trahit. In quibus verbis eorundem malorum remedium simul assignat, dum dicit. Si mox per poenitentiam non diluitur, seu quod idem est, non deletur, quod iam diuina luce illustratus Dauid optime cognoscens à Deo simpliciter & vehementer efflagitat, vt peccatum suum, ex quo alia subsecuta fuerant & subsequi poterant, imo & ipsa peccata iam subsecuta, quæ multa erant, secundum multitudinem miserationum suarum, deleat, hoc est, radicitus extirpet, ne alia peccata amplius ex ipsis pullulare possint.

Illud vltimum circa hunc versum & præcedentem etiam adnotauerim, nimirum ideo Dauidem non petere à Deo, vt sibi misereatur secundum suam ipsius magnam miseriam, vilitatem & abiectionem, nec secundum multitudinem suarum ipsius calamitatum & necessitatum, sed secundum magnam eiusdem Dei misericordiam, & miserationum multitudinem quia hoc intellexit accommodatius ad impetrandum id, quod postulabat, licet maximum esset. Si nanque Alexander Magnus princeps ille Etnichus, vile quid quam à se petentem pauperem ciuitate donauit (vt de ipso memoriae proditum est) & eidem simul dixit. Quauis te talia petere non oporteat, meam tamen liberalitatem talia donare decet, nolo enim ad humilitatem vilitatemque tuam, sed ad largitatem magni-

Augustin.
Adrianus.
Caietanus.

54. 169

15
Ad suam
tius miseri-
cordiam quæ
ad hominis
miseriam
Deus respi-
cit cum illi
miseretur.

Psal. 47.

rudinemq; meam respicere; quanto ergo potiori iure, & ratione magnus Dominus & laudabilis nimis (quibus nominibus ipse appellatur Psalmo. 47.) non tam nostram miseriam abiectiōem, & vilitatem, quàm suam misericordiam, magnitudinem, & magnificentiam in conferendis in nos beneficijs animaduertet? Sicut enim in obsequijs & ministerijs sibi ab hominibus exhibitis non tam magnitudinem, & excellentiam suam, cui magna debentur, quam paruitatem, & tenuitatem eorundem hominum, qui parum possunt, perpendit: sic etiam in beneficijs ipsis conferendis non ad eorum vilitatē, sed ad suam ipsius magnificentiam respicit. Hanc igitur ob causam à Deo postulauit Dauid vt secundum magnam misericordiam suā sibi misereretur, & secundum multitudinem miserationum suarum iniquitatem maximam ipsiusmet Dauid deleret.

EXPLICATIO VERSUS tertij.

Amplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo mundame.

Hoc est, & quoniam me plurimum maculauit turpitudine peccatorum meorum. Tu etiam multum laua me ab iniquitatibus meis, tuaq; abundantia ablutione à peccatis meis me totū purum redde.

Oportet pro peccatis etiā dimissis ad huc in gemisere.

CVM Dauid à propheta Nathā reprehensus fuit, compunctus ipse & maximo dolore affectus, dixit inge-

xit ingemiscēs: Peccavi Domino, & ab eodē prophe-
 ta statim audiuit Dominus quoq; transfudit peccatū
 tuū à te, vt habetur. 1. Reg. 12. Cur ergo adhuc inge-
 miscit dicens: Amplius laua me ab iniquitate mea:
 qui enim graue onus sustinet dū ab eo non est abla-
 tū, in occasione ingemiscēdi est cōstitutus, qua tamē
 caret vbi primū ab onere est liberatus. Quare ergo
 adhuc Deū implorat, vt ipsum amplius lauet. Vt ni-
 mirū vnusquisq; intelligat, non esse sibi solū peccata
 deplorāda, quousq; ea confiteatur, & absolutionem
 à sacerdote audiat, siquidē Eccl. 4. habetur: De pro-
 pitio peccato noli esse sine metu, sed etiā oportere
 illū, vt exitus aquarū deducāt ipsius oculi, quotiescū
 q; illos legē Dei nō custodijssē in mentem venit, Ita
 enim Dauid suos oculos fecisse asserit Psal. 118.

Præterea ideo efflagitat à Deo vt amplius ipsum
 lauet, seu sicut alia translatio habet, vt multum ac ma-
 gis & iterum ipsum lauet, vt se multum, & præ cæteris
 coinquinatum, maculatum, & infectum esse sig-
 nificet. Ad cuius declarationem est sciendū, quod
 licet omne peccatum hominem maculare, & coin-
 quinare soleat (dicit enim Hier. cap. 2. ad animā pec-
 catricem: Maculata es in iniquitate tua, & Psalm. 9.
 de peccatore. Non est Deus in conspectu eius, in qui-
 natae sunt viæ illius in omni tēpore & Apocal. 21. De
 ingressuris in ciuitatem Hierusalem cælestē quæ, edi-
 ficatur vt ciuitas, nihil coinquinatū intrabit in illā.
 Et rursus Hier. cap. 4. de peccatoribus. Denigrata est
 super carbones facies eorū, & non sunt agniti in pla-
 teis quapropter de eisdē peccatoribus omnibus di-
 citur Osee, 7. quod facti sunt abominabiles, sicut ea,
 quæ dilexerunt nihilominus tamen, qui luxuriose

1. Reg. 12.
 in pios
 in pios
 in pios

Eccles. 4.

Psal. 118.

2
 Omne pecca-
 tum macu-
 lat animā.
 Hier. 2.
 Psalmo. 9.
 Apoc. 21.
 Hier. 4.

Osee. 7.

3
*Luxuria
 magis quã
 cetera vi-
 zia coinqui-
 nat animã.
 Eccli. 47.*

deliquit, præ ceteris peccatoribus peculiariter coinquinatus & maculatus remanet. Id quod sacræ literæ sapientissime sonare videntur. Nam de Salomone turpi & sensuali dicitur Eccl. 47. Inclinaſti famora tua mulieribus. Et adijcitur paulo post. Dedisti maculam in gloria tua. Quo significat magnã esse illam maculã: quia quemadmodum eo macula est maior, & fædior, quò est contracta in pretiosiori, pulchriori, & tenuiori panno seu tela: sic etiã macula quæ per luxuriã contrahitur, maxima & fædissima est, si quidem contrahitur in gloria, quæ præ reliquis pretiosis rebus, pulcherrima, preciosissima, & tenuissima est habenda. Quam etiã ob causam Genesis. 49. sanctus Patriarcha Iacob filium suum Rubẽ de turpi sensualitatis crimine, quod commiserat reprehendens, sic eidem dicit, Effusus es, sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Quæ verba, quia peccati sensualis turpitudinẽ, infectionẽ, maculationemque significant, ideo sunt hic obiter declarãda. Dicitur sensualis effusus sicut aqua quia ipsa perfectius, quã ceteri liquores, vt ait Lyra de vase effunditur. De oleo namque offuso remanet in vase pinguedo & humor de vino sapor & olor, de aqua vero effussa nec vllũ vestigiũ in vase remanet: & sic similiter carnalis est effusus, vt nec hominis imago in eo remaneat. De cæteris peccatoribus merito dici potest illud Psal. 38. In imagine pertrãsit, homo, quia vix habent aliquid animalis ratione vtentis præterquã imaginẽ quãdã & apparentiã humanã. Licet enim contra rationem incidant in superbiã avaritiam & gulam, aliquis tamẽ hominis respectus in ipsis relinquitur. Ex superbia namq; motiuum summũt
 ne se

Genes. 49.

4
*Luxuria ho-
 minem irra-
 tionalẽ, &
 quasi nõ ho-
 minem red-
 dit.*

Lyra.

Psal. 38.

ne se à Dæmone in miserrima seruitute detineri patiatur: ex ira occasionem accipiunt inuehendi se in suam imbecillitatem, & negligentiam, ex gula denique; à qua procedit stomachi reuolutio, & afflictio occasionem etiam sumunt ipsam deinceps execrandi, In carnalibus vero hominibus nec hæc imago hominis, hoc est, nec vlla humanæ rationis participatio remanet: imo talis relinquitur, quales illi extiterunt. De quibus Hieremiæ. 5. dicitur: Equi amatores, & emissarij facti sunt vnusquisque ad vxorem fratris sui hincibat. Et quales ne sint homines admonetur Psal. 31. in hunc modum: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Si imago ex cera confecta in imaginem concidat, vel ignis in ipsam, ita liquefiet, vt nec vllum illius relinquatur vestigium: Si vero in aliquid aliud cadat, licet frangatur, aliquam tamen apparentiam eius, quod antea fuerat adhuc retinet. Ad quem modum si in hominem, vt ceram ignis concupiscentiæ sensualis (de quo illud dici potest. Supercecidit ignis & non viderunt solem) concidat, sic liquefit, vt sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, remaneat, nec res luce solis clariores videat, & eadem imagine quo ad rectum vsum rationis destituatur cum qua ab ipso Deo productus est. Hæc igitur est causa, quare Ruben, qui cum Dola vxore patris sui nefarie & impudenter rem habuit, vt Genesios. 35. refertur, ab eodem patre effusus sicut aqua dicatur.

Dicitur præterea Ruben stratū patris sui maculasse quia Dola vxor eius simul maculata remansit. Peculiare namque est carnali vitio, vt binos & binos in inferorum regionem deiciat, postquam eosdem fræ

F 5 dissima

Hier. 5.

Psal. 31.

Simile.

Psalm. 57.

Genes. 36.

Luxuria peculiare est sibi nos est binos in infernum deicere.

dissima macula affecit. Quod tamē reliquorū vitiorū nō est propriū: siquidē vnusquisq; per se solus eadē solet & potest cōmittere, vt patet. Maximū itaq; est viti; carnalis inquinamentum, duos siquidem simul, & non vnum solū, vt plurimum, sicut cætera vitia solet inficere.

6

*Luxuria
non solum
animam vt
cætera vi-
tia, sed cor-
pus etiam
maculat.
2. Cor. 6.*

Rom. 1.

Imò cum reliqua vitia solam mentem inquinent carnale tamen vitium vterius progreditur cum mētem ipsam & corpus simul cum ea maxima turpitudine cōtaminet. Vnde Diuus Paulus. 2. Cor. 6. exhortans homines, vt fornicationem fugiant, inquit, fugite fornicationem. Cuius rationem asignans adijcit statim: Quoniam enim peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus est (hoc est solam mentem inficit) qui autē fornicatur, in corpus suum peccat, hoc est, etiā corpus cōinquinat. Quapropter Romanorum, .i. dicit etiam Romanis postquā plurima ipsorum peccata retulerat. Propter quod tradidit illos Deus in immunditiam, vt cōtumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis. Afficit enim carnalis suū corpus iniurijs, & cōtumelijs, quādo ipsum immunditia, inquam in pcenam aliorum peccatorū deuenit, inquinat. Est autē deplorandum, quod corpus sacrosancti baptismatis fonte aspersum, sanguine agni immaculati ablutū, mysticiq; corporis eiusdē membrū, & simul Spiritus sancti tēplum polluatur & cōtaminetur. Cum ergo per vitium carnale duplicē maculā, scilicet, animæ & corporis Dauid cōtraxerit, petit à Deo vt ampli⁹ atq; iterū ab eadē macula abluatur. Et hoc est quod videtur significare illud. Amplius laua me. Vel amplius laua me, hoc est, tu qui solus potes me lauare iterum atque iterum laua me: quia multum

7
*Si Deus pec-
cati macu-
lam non lau-
uet, semper
ipsa remane-
bit.*

macu-

maculatus sum, laua me. Si laueris (inquit Hieremias. c. 2. cum anima maculata loquens) te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua. hoc est ad aspergendum talem maculam nihil est in terris, quod sufficiat, nisi Deus illud efficiat. Vnde nō solum est assidue à Deo efflagitandū, vt iterum atq; iterum, hoc est, amplius lauet, verum etiam maxime curandū est, si quis lotus fuerit, ne rursus in pristinas sordes maculatusque recurrat. Talis enim per Dei abluionem manet hominis natura, & eiusdem anima, vt de ea dicat sponsus, vt habetur Canticorum. 4. Tota pulchra es amica mea, macula non est in te. Et ibidem tāta pulchritudinis ab eodē esse significatur, vt ipsius cor sua pulchritudine vulneret. Ait enim: Vulnerasti cor meū, soror mea sponsa. &c. Itaq; Deus de quo dicitur Abac. 1. Mūdi sunt oculi tui: & ad iniquitatē aspicerē nō potes, summa cū delectatione animā ab eadem iniquitate ablutam aspicit. Cū ergo anima à sordibus purgata in oculis Dei tam decora sit, in eisdem nullo modo recurrat, imo dicat illud sponsæ Cantico. 5. Laui pedes meos, quomodo iterum coinquinabo illos. De mure filie stri, qui candidissimū quoddā animal est, & vulgari sermone arminus vocatur, dicitur, quod potius se à venatoribus capi, imò & interfici patitur, quā per circulū luteū ab ipsis circa eundē vndiq; ad ipsum metuenandum factū pertranseat: ne pertrāsiciens per lutū eo coinquinetur. Ad quē modum animæ eorum, de quibus Apocalypsis. 7. dicitur. Hi sunt qui lauerunt stolae suas in sanguine agni, & candidas eas fecerunt: siquidem inter omnes res candidas, sunt candidissimæ, & pulcherrimæ, maxime elaborare debent

Hier. 2.

8

Quantum
quā Deo lo-
tus est, cura
re debeat, ne
in peccati
sordes iterū
recurrat.

Cant. 4.
Abac. 1.

Cant. 5.
Simile.

Apoc. 7.

bēt, imo & quoscūque labores subire & tolerare, nec
candorem & decorem illos amittant, quos per lotio-
nem diuinā ab ipso Dauid tantopere efflagitam sibi
compararunt.

Et à peccato meo munda me.

Videtur in his verbis fieri repetitio eiusdem sen-
tentiae, quae in precedentibus cōtinebatur. Nisi quod
lepra peccati insinuata per verbum (mundo) aliquid
addit supra maculam iniquitatis, quae per verbum, la-
uo, etiam insinuatur, quod similiter innuitur à Diuo
Paulo ad Thitum. c. i. vbi dicit, quod coinquinatis &
immundis, nihil est mundum, sed polluta sunt mens,
& eorum conscientia. Itaque cum coinquinatis adij-
ciat immunditiam aliquid insinuat habere immundi-
tiam, quod non habet coinquinatio, seu infectio, &
illud significatur per verba quae sequuntur, nempe,
eis nihil est mundum. Et quia peccatum Dauidis præ-
ter maculam, qua eius non solum corpus, sed animā
etiam affecit, vltra illam habuit nonnulla quae pro-
pria & peculiara sunt leprae per immunditiam insi-
nuatam nimirum defectionem quamdam, debilitatē
contagionem, corruptionem, apparentiamque abo-
minabilem, & horribilem, quas leprae proprietates
quicumque cognoscet eidem conuenire, si caput, 13.
& 14. Leuitici perlegat, vbi etiam videbit, per verbū
mundare significari solere leprae curationem, sicut
etiam ipsa leprae curatio Matthæi. 8. & Luca. 17. per
idem verbum, mundare, significatur.

Quod igitur attinet ad defectionem, quae ex
lepra in homine resultat, de ipsa videtur Dauid dixisse

Thitum. 1.

Leuis. 13.

& 14.

Matthæ. 8.

Luc. 17.

xiffe Psalmo. 118. Defectio tenuit me. Nam alibi etiã dixit: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Quibus verbis significat præter sordes per limũ insinuatã, quibus coinquinatus erat, se vires nõ habere, imo ipsas in eo deficere ad hoc, vt ex eo cenoso loco exire posset. Quo nanque aliquis est in limo magis infixus, eo difficilior est ab eodem limo illius egressio & eleuatio. In quo etiam significatur, quod sicut ille, qui ex limo, in quo est defixus ab alio deducitur, quia adhuc quodammodo, licet per aquã transeat, sordidus egreditur, indiget adhuc etiam, vt magis ac magis lauetur: sic etiam homo in turpi sensualitatis limo infixus, nisi à Deo maxime iuuamine ex eodem educatur, educi propter suam debilitatem, & defectiõnem nullo modo potest. Eductus verò ab ipso adhuc cum aliquo luto, idest, cum habitu vitioso, sæpe remanet, & sicut alter Lazarus cum sudario eundem habitum significantem, adhuc inuolutus resurgit, licet per aquam lachrymarum pertranseat. Quod intelligens Dauid licet à Nathan audiuerit, Dominus quoque transtulit peccatũ tuum à te, quod fortasse de actuali peccato duntaxat, & non de habitu vitioso per lepræ cicatricem figurato, & ad turpitudinem sensualitatis incitante intelligeret, postulauit à Deo vt amplius ipsum lauaret, mundaretque.

Quod verò attinet ad corruptionem, & cõtagnionem huius carnalis peccati (quæ cõtagnio lepræ peculiaris est, vt patet ex Leuitic. 14. vbi propter ipsam. Deus præcepit leprosos extra castra, & extra ciuitates versari) quanta illa sit, facile colligi potest ex Geneseos. 6. vbi dixit Deus: non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, hoc est, quia carnalis est

Pfal. 118.
Pfal. 68.

Simil.

10

Quamcontagiosum vitium sit luxuria.

Leuit. 14.

Genes. 41.

est. Ethuius ratio paulò post, ibidè assignatur, cū dicitur, corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Et adiicitur statim: Omnis quippe caro corruperat viam suā. Ex quibus verbis, & alijs, quæ in principio capituli continentur nimirum, cum vidissent filij Dei filias hominum quod essent pulchræ acceperunt sibi, &c: colligunt plurimi grauissimi Doctores causam præcipuam vniuersalis diluuij vitium carnale fuisse. Ex quibus nos etiam poterimus apertè colligere eiusdem vitij contagionem & corruptionem maximam, si ea diligenter ponderemus.

Porro quanta sit huius vitij contagio, ipsa experientia aperte testatur, & de eo inquit Eccles. cap. 4. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, nec enim aliquis hoc vitium tangit, quin ab eo inquinatus euadat, cum tamen leprosum tangens, non statim leprosus efficitur. Sicut namque si quis cum obscuro & fetido coluctetur, quamuis eum prostret, & eiiciat, ab eo tamen coinquinatus remanet, sic etiã tam immundum est hoc vitium vt licet homo ipsum super &, effugere tamè nõ possit quin ab eodem (tanta est enim illius cõtagio) aliquo modo infectus remaneat. Quam ob rem Dauid cum suum vitium iam superatũ esse existimare posset, postulabat nihilominus à Deo, vt ab eius infectione & contagione amplius ipsummet ablueret. Imo propterea hoc summis precibus à Deo efflagitabat, quia ipsius peccatum ad instar lepræ in cute exterius existens, erat omnibus manifestum, ac proinde tanquã omnibus abominabilis ab eisdem etiam maledico dente vbique carpebatur, quod Psalmo. 37. significat dicens: Miser factus sum,

& cur.

ii
Idem magis
ostenditur.
Eccle. 4.

Simile.

12
Omnes luxu
riosum de-
tractionib^o
infectatur.
Psal. 37.

& curuatus sum. Et reddens statim huius miseriae rationem addit: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea: Quasi dicat quocumque vado, & quacumque transeo à tergo me abominantes & maledictis detractionibusque insectantes relinquo: adinuicem enim dicunt: Ecce adulter, ecce alienae uxoris iniquus raptor, ecce Vriæ crudelis occisor. Vt ergo à tam abominabili peccati lepra, amplius à Deo mundetur implorat, quod ideò vehementius facit, quia cognoscit peccatum vniuscuiusque Regis qualis ipse est omni lepra esse contagiosius, & ad corruptionem subditorum reliquis vitijs accommodatius. Quod quidem ita est: nam quia componitur orbis, Regis ad exemplum, vt quidam recte dixit, quod exemplum longe lateque vagatur, inde fit vt eiusdem vitia in maximam subditorum multitudinem serpent. Quæ admodum licet stellæ aliquæ lumen, & pulchritudinem amittant: plurimæ tamen eandem lucem, & pulchritudinem retinerent, si vero sol pulchritudinē & splendorem relinqueret, omnes simul stellæ, & astra obscuritate affecta, remanerent: sic etiam dicendum est de regibus respectu subditorum, quibus suæ virtutis splendore singulare exemplum imitandum proponere debent, eosque ad nullam turpitudinem sectandam commouere. Sicut præterea torrens inundans, nullum aut paruum nocumentum circumstantibus agris solet inferre, quibus tamen magnâ flumina inundantia vastitatem horribilem inferunt: sic etiam vnius cuiusque priuati hominis peccatum, quod ipse quodam modo à se exiēs committit, parū reliquis

13
Peccata regum maxime contagiosa & scanda-losa esse.
Simile.

Exod. 9.

reliquis hominibus nocet, ea verò, quæ Reges committunt metas rationis pertrāsientes totreipublice perniciem, & nocumentum inferunt, ipsamque ingēti clade afficiunt. Exodi. 9. dicitur, quod vbi primum Moyses cinerem in aërem erexit, facta fuerunt ulcera, in gentesque plagæ Aegyptios oppresserunt. Qua in re figuratum fuit, quod quando homines igne concupiscentiæ combusti, qui per cinerem, qui terra est igne combusta significantur, ad altum dignitatis & regiminis gradum eriguntur, ingens malorum colluies toti reipublicæ inde promanat. Sicut enim corpora mortua, si sepelliantur, & terræ mandentur, nullius damni sunt in causa, si vero inhumata relinquātur corruptione perniciosos morbos generant, exitiumque ciuitatibus inferūt: sic similiter quando priuatus homo secreto in peccatum aliquod incidit, sibi solum damnum infert, & quasi corpus sepultum est habendum. Principes autem, & Reges, & qui similibus dignitatibus præfulgent, si eorum peccatum est manifestum, & ipsi veluti cadauera in sepulta remanēt, suo pernicioso odore omnia inficiunt, & contaminant. Quemadmodum item in pisce corrupto capite totū etiam corpus corruptū esse est iudicandum, ita etiam corrupto per peccatū Rege & gubernatore, sequitur proculdubio inde, quod populus in prauitate & corruptione versabitur. Et quia tā cōsequenter peccata maiorum principū, in subditos deriuātur, Sanctus Moyses in Genesi agēs de creatione rerū omniū nullam de creatione Angelorum, eorundemque ruina mentionē fecit ne homines ex ruina eorum, qui tanta dignitate, & præstantia in naturalibus & gratuitis fulgebant, rē di in

*Simile.**Simile.*

di in similia vitia vllam occasionem acciperet intelligēs igitur Dauid, quā procliu propensione subditi in suorum Regum peccata serantur, cognoscens suū, nimis de sua natura esse ad instar lepræ contagiosum postulat à Deo vt iterum atque iterum ipsum ab eo ita emūdet vt nihil in eo reliquum sit, cuius contagio ad subditos suos peruadat eosdemque inficiat, & corrūpat. Particeps ego sum, ait ipse Psalmo. 118. omnium timentiu te: quia nempe suo exemplo maxime eos ad timorem Dei commouebat quibus etiam Psalm. 2. Dicit: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Scit optime de se meritis corū participare, & similiter non ignorat pro peccatis se etiam esse puniendum, ad quæ commitenda suo malo exemplo peccatores quoq; incitauit, quapropter eorumdem limiliter remissionem à Deo implorat in quiens Psalm. 118. Ab alienis parce seruo tuo. Propter quā causam ne alienorū sit particeps postulat à Deo, vt à proprio peccato amplius abluatur & mūdetur.

Nec etiam mirum est, si magis ac magis à lepra peccati mundari procuret, si quidē Eliseus propheta vt habetur. 4. Reg. 5. iūssit Naaman Cyro, vt si à lepra solum corporali, qua infectus erat mundari vellet, septies se in Iordanis fluuij aquis lauaret. Quis ascendet in montem Domini: dicitur Psalmo. 14. aut quis stabit in loco sancto eius? Cui interrogationi paulo post respondetur in eodem Psalmo: Innocens manibus & mūdo corde. Vndecū ipsius Dauid anima vt ipse alibi dicit, valde concupisceret, & deficeret in atria Domini, magis ac magis mundari conabatur, Matth. etiam. 5. dicebat Christus Dominus: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, quia si

14
Quam vile sit prebere bonum exemplum & quam perniciosum prebere malum.
 Psal. 118.
 Psal. 2.

Psal. 118.

4. Reg. 5.

15
Quam necessaria sit cordis munditia ad Deū videndum
 Psal. 14.
 Psal. 83.
 Matthæ. 5.

*Simile.**Augustin.**Abacuc .i.*

cordis seu mētis oculi non sint mundi, Deū spiritum purissimum videre nullo modo poterūt, sicut quoq; oculi corporales, si immunditia sint affecti, corpora etiā crassissima videre nō possunt. Et hoc est, quod dicit de Deo Augustinus. Deus inquit, quem non nisi mundi oculi aspicere valent, imō oculi ipsius Dei oculos cordis immūdi aspicere nō possunt & ideo de eo dixit propheta Abacuc cap. i. mundi sunt oculi tui Domine, & ad iniquitatem aspicere non possunt, Quomodo ergo in eorū cordis oculos respiciet, aut ab eis videri permittet. De quibus dicitur Psalmo. ii8. Coagulatum est cor eorum, vbi alia translatio habet. In crassatum est, velut adeps cor eorum, quia nē pe ipsum turpibus voluptatibus infectū, incrassatum & immundum habent.

16
*Vt homo
 sanctus &
 beatus ena-
 dat, magis
 ac magis la-
 borez vt ca-
 lis fiat.
 Simile.*

Illud vero circa ampliorem lotionem, & emundationem quam David, tanquam necessariā & requisitā dispositionē ad Deū vidēdū, ab eodē postulabat, cū iā peccatū suum à Deo fuisse ab ipso translātū audivisset, est nobis maxime perpendendum, nimirum non quamlibet animæ & corporis puritatem & munditiam, sed ampliorem, & ampliorē, maiorē, & maiorem vnumquēque debere prætere: ut vel sic saltē ea quæ omnino requisita est, nō careat. Siquis sagittā in magnam turrim iaculetur, & illam in extremitatē alicuius anguli eiusdem, dirigat, non mirum erit, si turris nullam partem attingat, quod tamen nullo modo fiet, si sagittam in illius medium direxerit. Ad quem modum, si quis maximam puritatem & munditiam adipisci conatus fuerit & non solam eam, quam habere tenetur, sed multo ampliorē procurauerit, saltē illa, quæ omnino eidem necessa-
 ria

ria est, non carebit, & æternam beatitudinem consequetur, si ad eiusdem, vt ita dicam angulum, seu minimam partem, cogitationem, curam & laborem nõ direxerit sed omnia hæc ad præstantissimum in ipsa locum consequendum adhibuerit. Quod quidem plane docet D. Petrus. 2. capit. 1. vbi dicit. Magistrate *2. Pet. 1.* gite (hoc est, amplius satagite) vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim faciētes, nõ peccabitis aliquādo, sic enim, abundanter ministrabitur vobis introitus in æternū regnū Dei. Sunt opera nostra tot carnis respectibus plena, & tot defectibus circūdata, vt si ipsi vltra id, ad quod de præcepto tenemur transire non conamur obligationi, qua astringimur, minime satisfaciamus. Atque ideo, sicut is, qui remissiori arcu sagittam in scopum emittit, altius & super ipsum eam dirigit, vt ita sagitta remisse coniecta, eundem scopum possit attingere: sic qui suæ obligationis scopum vult attingere: ab eo que non aberrare, intentionem, curam & laborem (propter naturam humanam debilitatem) in ea etiã opera quæ perfectionis, & supererogationis à Theologo dicuntur, dirigat, & plura quam tenetur, diligenter operari procuret, vt sic faciens sua remissa, infirma, imo & corrupta natura, saltem quæ sibi præcepta sunt adimpleat & æternam beatitudinem consequatur

Simile.

Cæterum circa id, quod ea, quæ proxime dicta sunt, præsupponit, nimirum dari aliqua supererogationis opera, ad quæ homines non tenentur, quæ tamen ipsi etiam facere debent procurare, vt quæ sibi præcepta sunt, adimpleant, non contemnenda sese offert difficultas. Nam Diuus Anselmus.

17

An supererogationis opera dari possint. Dubium. Anselm.

Scoto. mus, vt Scotus in. 4. Distinct. 15. quæstio. 1. refert, videbatur arbitrari à nobis vix posse Deo satisfieri, quia cum satisfactio sit redditio voluntaria æquiualentis alias in debiti, vt Theologi docent, & nos non possimus vllum bonū operari, quod à nobis non sit, Deo, debitum tamquam summo benefactori, cui etiam iuxta Doctrinam Aristotelis maxime obligamur. Cumque Deus ipse præter quā quod se nobis creatione, & conseruatione summum benefactorem præbuit, nos precio magno sui sanguinis copiose redemerit, quapropter creationis & redemptionis titulo eiusdem serui nuncupamur, videtur nihil à nobis propter ipsum fieri posse, quod illi iam non sit omnino debitum, & per quod eidem satisfacere possimus. ac proinde videtur similiter opera super erogationis, seu perfectionis esse de medio tollenda, nec aliquod esse bonum ad quod præstādū multis de causis non teneamur.

18
*Quo pacto
 dentur ope
 ra super ero
 gationis.
 Respons.*

Verum tamen ad hanc difficultatē ex eiusdē Scoti doctrina, non erit difficilis respōsio, si aduertamus, quod licet Deus nobis summus benefactor existat, cui proinde summe obligamur, ipse tamē propter imensam suam bonitatē à nobis plus nō requirit, nec exspectat, quā vt decem præcepta Decalogi adimpleamus, necessariumque diuinorum sacramentorum vsum, & Ecclesiæ catholicæ cuius caput est summus Pontifex obedientiam sectemur & amplectamur. Eo enim ipso quod ad hæc præstāda, nos præcepto obligat, à ceteris simul nos deobligare videtur. Si cut etiā creditor, cui viginti milliū aureorū nūmmo rū copia debetur, si à debitore eiusdem copię aurī centum tantummodo aureos nummos postulet, & ipsis

Simile.

& ipsis se fore contentum significet, à reliquorum omnium solutione ipsum liberat, & exonerat, nec aliud quod debitum reliquum est, quod adhuc reddere tenetur, ita etiam ubi primum Deus summus benefactor decem præcepta, & alia, quæ diximus hominibus seruanda proposuit, seque eorum obseruatione satisfaciendum esse explicuit, statim eosdem homines à cæteris operibus bonis contentis in ea summa obligatione, qua illi astringebantur, de obligatione quapropter præcepta illa potius non mandata, quam mandata videntur esse appellanda, plus enim per illam non mandauit quam mandauit, hæc est, multo plus per illa deobligauit, & exonerauit, quam obligauit, & onerauit. Ex quo iam patet amplius ac magis vnumquemque posse & debere contendere ad perfectionis & supererogationis opera facienda (qualis est post ablutionem à peccatis amplior & maior ablutio) vt ea opera, quæ obligationis & præcepti sunt, saltem adimpleat, & non prætermittat,

Arbitratur etiam autor incognitus David piorem postulare à peccatis mundationem, quia in eis fuerat diutius commoratus, Cum namque peccata commissa diuturnitate eo vsque semper augeantur quousque per penitentiam delentur, (habetur enim extra, de consuetudine cum tanto. Quod illa tanto sunt grauiora, quanto diutius infelicem animam deuinctam detinent) inde fit, quod illa, quæ in anima diu permanent, difficilime ab ea expellantur. Cum vero ipse David per vnus anni spatium, vel circa ipsum in suis peccatis fuerit (id quod ex eo colligitur, quia iã, sicut dictum est superius, erat ei natus filius ex adulterio cū Bethsabee commissio quãdo hunc

Autor incognitus.

19

Quo peccatum diuturnius est, eo difficilius expellitur ab anima.

Psalmum composuit cumque optime seiret peccata grauiora & diuturniora difficilius expelli, lauari & mundari, ideo tamquam vere penitens significans peccati sui grauitatē ex diuturnitate tēporis procedētē postulat à Deo magis ac magis lauari, in quo simul difficultatem, quæ in diuturnis peccatis expellendis, reperitur, manifeste ostendit. Habet enim se per modum maculæ in panno contractæ, quæ si recens est, facile, si vero diuturna, difficilime ab eo expellitur. Id quod Hier. 13. plane insinuat dū dicit. Si mutare potest Aethiops pellē suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Et si multoties quocunque saponē adhibito Aethiops & multicolor tygris abluantur, non tamen hæc variū, ille vero nigrū colorē amittet. In quibus verbis, vt aliquando fieri solet, impossibile, pro difficillimo accipitur. Quā maximā difficultatē vt Christus Dñs significaret, cum ei dæmoniacus, sicut Marci. 9. dicitur, adduceretur, parentem eius interrogauit, inquiring, quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? Et cum ipsi pater respondisset, ab infantia, maxime perpendendū est, quo pacto dicitur dæmon ab eodem exiisse. Multum (ait sacer textus) discerpens eum. Quod quidem ita & non alio faciliiori modo Christus Dominus fieri voluit, vt homines intelligerent cum quanta difficultate peccatum diuturnū per dæmonem, diutius in homine commorantem significatum, ab anima possit expelli. Est ergo peccatū, ne diuturnitate grauius & difficilius efficiatur statim in principio per pœnitentiam expellendum & expugnandum. Primo. Reg. 17. memoriæ proditum est, adolescentem Dauid percussisse in capite fotissi

Hierem. 13

Simile.

Marci. 9.

20
Principijs
peccatorum
abstare oportet.

1. Reg. 17.

fortissimum Goliath lapide quem, in ipsum coniecit, & ita eum superasse & occidisse. Quo nimirum nobis significatum fuit, peccatum per Goliath figuratum, fore facillimo negotio superandum, si in capite, hoc est, in principio ipsiusmet peccati ipsum percutiatur, & oppugnetur quam etiam ob causam Psalmo .136. dicitur: Beatus, qui allidet paruulos suos ad petram, quasi dicatur, beatus, qui peccatis statim in principio remedium adhibet, quo tempore maiori cum facilitate remedium eisdem adhiberi potest. Sunt enim peccata, vt venenosi serpentes & dracones, qui quia debilissimum cerebrum habent si in capite percutiuntur, facillime intereunt. Alij prædicta verba sic transtulerunt, Beatus qui allidet paruulos tuos ad petram. Ex quorum numero fuit Augustinus. & ita habent Græcus contextus, & Chaldaica paraphrasis. Secundum quam translationem hæc verba ad ea referenda sunt, quæ immediate præcesserunt, nimirum. Filia Babylonis miseria, beatus qui allidet paruulos tuos ad petram. Hoc est primos impetus, motusque sensualitatis, eos, scilicet, mortificando ad imitationem afflictionum & laborum, quos is, de quo dictum fuit, Petra autem erat Christus, sacrosanctum suum corpus pati dignatus est. Qua in re etiam sequendū est id, quod dixit Ouidius, nempe.

Psal. 136.

Simile.

Augustin.

Ouidius.
Baldus.

*Principijs obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.*

Et quod similiter tradit Bal. con. 176. lib: 1. nimirū quod vir sapiens debet dietim malos vxoris suæ

mores corrigere, ne transeant in consuetudinem de
linquendi: Vix enim tollitur vitium, quod consuetu-
dine radicitur. Et paulo ante dixerat id quidem raro
corrigi, quod venit in consuetudinem, Quoniam
ergo peccatum illud Davidis in eam per illud tempo-
ris spatium venerat, ac proinde difficile poterat expe-
lli, ideo amplius ab eo lauari, & mundari à Deo, ef-
flagitavit.

EXPLICATIO QVARTI versus.

*Quoniam iniquitatem meam ego cognosco & pecca-
tum meum contra me est semper.*

Hoc est, scelera mea, quæ iam diu dissimula-
ui, ecce iam agnosco, & peccatum meum assi-
due mihi ob oculos mentis meæ versatur, cu-
ius consideratione continue anima mea affligi-
tur & conteritur. Cum ergo iam serio expen-
dam apud me meam iniquitatem, hæc est cau-
sa cur tam ardentem implorem tuam misericor-
diam, & misericordiæ tuæ abundantiam. Rur-
sum hoc ipsum te merito more debet, vt desi-
ratam præstes misericordiam.

Nonnulla incipit David Deo adducere, & quasi
ante oculos proponere, quibus ipsum moueat,
vt sibi misericordiam impertiatur, quòrũ illud est pri-
mum se nimirum suam iniquitatem eiusdem turpitu-
dinem & grauitatem iam cognoscere, cognitanque
tanquã

tanquam sibi contrariam odio habere & execrari
 Qua quidem in re vera penitentia consistit. Pro cuius
 intelligentia notandum est, & in memoriam reuo-
 candum id, de quo supra explicatione primi versus
 multa diximus, principium, scilicet, salutis unius pec-
 catoris esse se ipsum & sua etiam vitia cognoscere:
 Quam ob ob rem Seneca Epistola. 29. dicit, quod,
 initium est salutis cognitio peccati & epistola. 6.
 quod signum est meliorati animi cum vitia sua cog-
 noscit. Quod adhibita hac similitudine ostendit: si-
 cut, inquit, quibusdam agris congratulamur, cum se
 ipsos aegros esse senserunt, sic hominibus congratu-
 landum est, quando sua vitia cognoscunt. Ideoque
 ipsi, qui ut plurimum suos defectus non aduertunt, cor-
 rectores querere debent, quae eos admoneant, & doceant,
 imo & qui eos castigent quando delinquit & peccat.
 Qua propter cum Plato in Gorgia, & Aug. li. 19. de Ci-
 uitate Dei. c. 16. duas puniendorum criminum causas
 esse dixerint & Taurus philosophus in initio com-
 mentariorum illius libri eiusdem Platonis, & Seneca
 libro. 1. de clementia, tres causas esse docuerint,
 omnes tamen hanc praecipuam esse affirmarunt, ut, sci-
 licet, is, qui delinquit, attentior fiat & correctior red-
 datur. Quod etiam plane innuitur in cap. de his. 33.
 quaest. 2. Vbi habetur, ut hac saltem restrictione cor-
 recti ipsi in se sua errata castigent, Et quod refertur
 in capite. Qui ea. 38. dist. Nempe, Qui stultus fuit in
 culpa, sapiens fiet in poena. Cui valde consonat vetus
 illud prouerbum Platonis in Symposio: Nimirum,
 stulti post malum acceptum erratum cognoscunt. Et
 illud Metricum.

1
 Quantū cō-
 ducat ad pec-
 catoris sa-
 lutem quod
 se, suaque
 peccata cog-
 noscat.
 Seneca.
 Simile.

2
 Quam vi-
 lis sit pecca-
 tori reprehē-
 sio & cor-
 rectio.
 Plato.
 Augustin.
 Taurus.
 Seneca.
 Cap. de his
 Cap. qui ea
 Plato.

Gus Tang

*Tandem sua pœna nocentem,**Hesiodus.*

Consequitur, passusque sapit tum denique stultus
translatum ex illo Hesiodi in libro, qui inscribitur,
Opera, & dies.

Δίκη ὁ περιβόριον ἔχει.

εἰς τέλος ἐξελθούσα, παθὼν δὲ πεινητὸς ἔγγισ.

Eccles. 1.

Sic ergo in proposito David peccata sua nec auerte
bat nec cognoscebat, sed quasi vnus ex stultis, quorū
stultorū infinitus est numer9, vt docetur Eccl. 1. in eis
de peccatis existerat maxima obliuione affectus, sed
per prophetam Nathan correptus, & vehemētissime
obiurgatus, & grauissima multiplicis supplicij, quo
puniendus erat, comminatione & declaratione ali-
qualiter castigatus eadē peccata cognouit, & ipsis sta-
tim mederi studuit, ac proinde ad Deū vnicū eorum
dem remedium se contulit & recepit.

Hoc ergo quicumque homo summa animi so-
licitudine, & contentione procurare, & à Deo po-
stulare debet, vt scilicet se ipsum suosq; defectus non
ignoret. Quam ob rem ait Gregorius libro. 10. Moral
capit. 22. Iste in hac vita iustorum labor est, vt seme-
tiplos inueniant, & inuenientes flendo, & corri-
gendo ad meliora perducant. Cui consonat il-
lud Augustini de verbis Domini, nempe. Nihil
est; quod sic quisque cogitare debet, nisi vt in
semetipsum oculos conuertat, se discat, se discu-
tiat, se inspiciat, se quærat se inueniat, & quod
displicet, necet, & quod placet, optet, & amplectatur.
Nec profecto ita quispiam gloriari potest, quia ad in-
cognitas, & in auditas terras nauigando penetrauit,
easque inueniendo notas fecit, sicut is, qui se antea
peni-

3
*Quancumque
quisque elab-
orare debet
vt se ipsum
cognoscat.
Gregorius.
Augustinus.*

penitus ignotum sibi, per cognitionem inuenit. Vnde etiam D. Bernardus in sermone quodam ait. Orans quidam sanctus, dicebat: Deus nouerim me, nouerim te. Breuis quidem oratio sed fidelis. Hæc enim est vera philosophia, & vtraque cognitio prorsus necessaria ad salutem, ex priori si quidem, timor & humilitas concipitur, ex posteriore vero spes & charitas generatur. Quid ergo magis optandum & querendum putas quam eum, qui me corripiendo & increpando, imò & puniendo, me metipsum doceat inuenire & cognoscere. Et quid est contra magis fugiendum & execrandum quam eum, qui me beatum prædicando, ut habetur Esai. 3. me simul decipit, & fallacibus & dolosis verbis, me mihi metipsum omnino ignotum reddit? Et quidem de illis, qui hoc faciunt habetur Psalmo. 54. Molliti sunt sermones eorum, & ipsi sunt iacula, quia, scilicet mollibus verbis animas ipsas penetrant, & interficiunt. Vnde Cassiodorus in quadam Epistola, ait. Adulatio blanda omnibus applaudit, & omnibus, salue, dicit. Prodigos vocat liberales, auaros, parcos, & sapientes, lasciuos curiales, garrulos affabiles, obstinatos constantes, pigros maturos & graues. Hæc sagitta leuiter volat & citò infigitur. Ecce ubi sermones molliti, qui simul iacula & sagittæ acutæ sunt. Quod etiam aperte ostendunt illa verba Ezechielis. 12. Nimirum, Væ quid faciunt cervicalia capiti vniuersæ ciuitatis ad capiendas animas. Super quæ verba Diuus Gregorius homillia. 12. ait. Quisquis male viuentibus adulatur, puluillum sub capite iacentis ponit, ut qui corripitur ex culpa debuerat, in ea fulcitur laude qui escat. De adulatore dicitur Psalmo. 51. Tota die

4¹⁷
*Deiuidi
 sunt & pro
 cul pettenas
 adulatores.*

Esai. 3.

Psal. 54.

Cassiodor.

Ezech. 12.

Gregorio

Psal. 51.

lingua

lingua tua cogitabat malitiã, sicut nouacula acuta fecisti dolum, quia, videlicet, verba quibus malitiose, & dolose decipit, ad instar acutissimæ nouaculæ, ita subtiliter refecant; vt mortifera illa scissio nec sentiantur, nec percipiatur. Et de quibusdam alijs similibus adulatoribus erga populum Israeliticum apud eundem Exechielem. cap. 13. dicitur: Ipse edificabat parietem, illi autem linebant cum luto absque paleis. Populus namque ille, edificabat parietem committens peccatum quod ad modum parietis vicinos ad invicem diuidentis, inter Deum & homines separationem facit, iuxta Illud Esaiæ. 59. iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum vestrum; Dicebatur autem de Prophetis adulantibus, quod linebant parietem cum luto absque paleis, quoniam ipsi illos peccatores, quibus Deus maxima supplicia comminatus fuerat, suis verbis securos reddebant & assentationibus illud efficiebant, nempe, vt scelera & peccata turpia & deformia, sicut erant, non viderentur: ita tamen, vt bonis illis apparentijs, quibus eadem peccata colorabantur breui temporis spatio tanquam in falsitate, & dolo fundatis penitus euanescentibus, peccata ipsa essent breuiter etiam tanquam turpissima omnibus manifestanda, & peccatores eadem facientes, ignominia & infamia singulari affiendi.

5
Addulatores regibus & principibus maxime nocent. Socrates.

Licet autem hic assentationis & fallaciæ modus in decipiendo populo, hoc est, in decipiendis popularibus hominibus, sit frequens, in decipiendis tamen regibus & principibus frequentissimus existit. Quapropter Socrates Philosophus eximius afferere solebat, nullam principibus pestem esse adulatoribus perniciosiorem, Regemque suum monebat, vt omnes illos

illos deuitaret, & caueret qui quæcumque fecisset, aut dixisset, lau darent, illis autem auscultaret, atque obtemperaret, qui eum monere auderēt. Demetrius item Phalereus Prolomeum Aegypti Regem monuit, vt illos libros legeret, in quibus præcepta regibus aut ducibus traduntur: quandoquidem doctissimi illi viri ea scribunt, quæ nemo vnquam Regibus aut ducibus dicere audet. Imo & Christus Dominus à deo difficile esse ea illis dicere significauit, vt ad id etiam sanctissimis viris esse necessarium peculiare Dei auxilium plane inuenerit. Cum apostolis dixit: Cū steteritis ante Reges & præsidēs nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, Quia si diceret, adeo difficile est, veritatem coram regibus & principibus loqui, vt etiam vobis, quos lacte Euangelicæ disciplinæ enutriui, pater meus, qui non deficit in necessarijs, peculiare sui diuinū spiritus auxilium tan quā ad eam dicendam penitus necessarium sit elargiturus. Quod res plane ostēdit in propheta Nathan, qui licet sanctus esset, tamen à Deo ad Regē Dauid coarguendū cōmonendumq; fuit missus & particulari diuinū spiritus afflatu ad id cōmotus, vt patet. 2. Reg. 12. vbi dicitur statim in principio fuisse à Deo missus, & circa medium dixisse ipsi Dauidi. Hæc dicit Dominus, &c. Quasi innuens se peculiariter ad id fuisse à Domino Deo motum, eundemque Deum in ipso propheta Natham fuisse locutum. Huius vero rei eam rationem præter iniurias, labores & supplicia, quibus Reges eos afficere, & prosequi solent, qui eisdem veritatem aperiunt reddere possumus ex Quinto Curtio lib. 8. vbi dicit, quod Regum opes sæ-

9
Tā difficile
est reges ob
iurgare, vt
ad id pecu-
liare Dei au-
xilium, etiā
sanctis sit
necessarium.
Mar. 13.

2. Reg. 12.

Quintus
Curtius.

pius

7
*Adulatores
 regum opes
 consumunt
 & illis con-
 sumptis sta-
 tim abeunt.
 Simile.*

pius assentatores; quam hostis euertit insinuans scilicet, quod ideo ipsis Regibus adulantur, ut ab eisdem opibus & diuitijs cumulêtur. Quam ob causam dicebat Demosthenes, ut refert Stobæus, quod ligna dum augent ignem, ab ipso consumuntur, & opes dum augent adulatores, ab ipsis pereunt. Et sicut ignis ubi primum ligna combustit, statim abiit & euanescit: sic adulatores ipsi, ubi primum opes consumpserunt, statim absunt, & cito quasi ex oculis euanescent.

8
*Quid vera
 amicitia &
 quid adula-
 tio faciat.
 Cicero.
 Plutarch.
 Bernard.*

Assentatio igitur omnium vitiorum nutritrix, ut ait Cicero in Lælio procul amoueat, & is queratur, tanquam amicus, qui increpet, reprehendat, & moneat. Quia ut inquit Plutarchus de præceptis cõnub. non possumus aliquo amico, uti & adulate, & quia vera amicitia, ut ait Diuus Bernard. in quadam epist. Habet obiurgationem nonnunquam, adulationem vero nunquam. Quam ob rem in libro de vitis philosophorum refertur, quod cum quidam fuisset in seruitio Alexandri diu comoratus, & nunquam eum de aliquo vitio increpasset, ei tandem dixit magnus ille vir. Non delector in seruitio tuo. Cumque ille peteret causam, eidem respondit Alexander, quia cum tanto tempore mecum fueris, me nunquam de aliquo vitio increpasti. Aut enim nunquam perpendisti me errare cum tamen pluris errauerim, & sic ignarus es, aut percepisti & mihi occultasti & sic infidelis mihi fuisti: Quibus verbis plane significauit vir magnitudine clarissimus Regibus præcipue eos viros opus esse, à quibus, vel increpatione, vel admonitione vel quolibet alio modo in sui cognitione suorumque defectuum notitia deduci possint. Minime namque ut ait Cicero. 2. de rethorica sibi quisque notus est, & difficillime de se quisque iudicare & sentire potest.

9
*Difficile est
 vnumquem
 que se ipsum
 cognoscere.
 Cicero.*

potest & ex consequenti, nec se videre valet. O homo ait Augustinus, si te videres, tibi displiceres, & mihi placeres: sed quia te non vides, mihi displiceres, & tibi places. Opus ergo maximæ charitatis est, imo etiam à peculiari Dei auxilio procedēs, quemcunq; peccatorem corripere, & præcipue eos, qui in magno dignitatis fastigio sunt constituti, & regia autoritate præfulgēt. Quod quidem opus viriliter exercuit sanctus Propheta Nathan peculiariter à pijsimo Deo missus cum Dauidi peccatum, quod post tergum habebat, coram mentis oculis proposuit quā ob rem ipse in ea verba prorupit, Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

August.

Et peccatum meum contra me est semper.

Significat his verbis Dauid suū peccatū tanquā sibi contrarium, quotiescūque ipsius memoriæ occurbat, sibi ipsi displicere, seque ab eodem vehemēter abhorrere. Id quod ad veram pœnitentiam omnino requisitum esse non est dubitandum. Vnde maximū argumentū est, quod peccata præterita sunt per pœnitentiam extincta, & mortua: si quando in mentem veniunt, displicent, & horrois & formidinis causa existunt. Sicut similiter signum est, quod eadem peccata adhuc extant, nec sunt per contritionem mortificata, seu mortua: si quando memoriæ occurrunt, delectant, & voluptatem lætitiāq; afferunt. Quem admodum enim, licet aliquis amicum suum maximo amore fuerit persecutus; si tamen mortuus est, ipsum videre reformidat, & si occurrat, occurrentē horrore perterritus fugere procurat. si verò adhuc vivit, eum

10
Semper peccatum tanquam homini contrarium sibi debet displicere.

quærit

quærit, & si inuenit, ipsius aspectu maxime delectatur. Sic etiam si peccatum, quod homo quando illud commisit, tanquam sibi amicum maxime dilexit, memoria occurrens, nõ deterreat, displiceat, & tãquam contrarium respuatur, signum est illud adhuc permanere nec esse per pœnitentiã deletũ & mortuũ. Si autem illud idem in mentem veniens horrorem, tristitiam, & dolorem incutiat, argumentum est, ipsum mortuum esse, & penitus deletum, quo quidem modo se non habuit Hebræorum peccatum contra Christum Dominum commissum, quando, vt refertur

Ioan. 8.

Ioan. 8. ipsi dicebant: nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu & dæmonium habes? Quibus verbis complacentiam præbuerunt detractionis & temerarij iudicij peccato, quod antea contra Christum commiserant, & exultabant in rebus pessimis lætabatur cum male fecissent, & peccatum suum tanquam Sodoma prædicabant. Aliter tamen erga suum peccatum se habuit Dauid, qui illud tanquam sibi contrarium reputabat & respuebat ac proinde de illo dicebat. Et peccatum meum contra me est semper.

Ioan. 3.

Quo etiã loco alia litera habet: Et peccatum meũ coram me est semper, quia nimirum ipsius peccati imago semper ante mentis oculos eidem obuersabatur, quod maxime vere pœnitentibus ad perseuerantiam in virtute, & humilitatis conseruationem conducit. Genes. 31. sacris literis proditum est Rachelem ex domo Laban patris sui, qui idola colebat cum viro suo Iacob fugientem, eademque ipsa etiam fuerat venerata furatã fuisse & secum deportasse. Quod quidem non fecit, vt ipsa ampliũ veneraretur, imò vt ea execraretur, eique in memoriam reuocarent, qualis

II

Semper peccatum ante mentis oculos debet obuersari propter cõmoda quæ ex eo manant.

qualis antea fuiſſet, & quam grauiſſima idololatriæ peccata aliquando perpetrasset, ac proinde ſic & humilis ſemper exiſteret, & cum magna vigilantia & cautione ſemper deinceps uiueret. Scitote, inquit Paulus Ephes. 5. quoniã omnis fornicator, immũdus, & auarus quod eſt idolorũ ſeruitus, hereditatẽ nõ habet in regno Chriſti. Quibus verbis Apoſtolus, peccata eſſe idola, & peccare idolatrare, plane oſtẽdit. Quapropter, qui horũ memoriã exuẽs ex ipsis ſecũ deſert humilitatẽ conſeruabit, & puritatem per pœnitentiam acquiſitam, retinebit. Vnde alibi idem Apoſtolus dicebat. Ego minimus Apoſtolorum, qui perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Significans nimirum propterea ſe ſe minimum inter Apoſtolos reputare, quia corã mentis ſuã oculis ſemper exiſtebat peccatum illud grauiffimum, quod perſequendo Dei Eccleſiam perſecauerat. Quam ob rem Diuus Auguſtinus explicans illa eiufdem Pauli verba, diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ, inquit: Si fas eſt dicere, & ipſa peccata, quia ex illis peccatores humilitatem, vigilantiam & cautionem deducunt, ne deinceps prolabantur. Iuxta quã ſancti Doctõris interpretationẽ intelligi ſimiliter poterunt illa verba Pſal. 1. quæ de predeſtinatis loquuntur, videlicet, Omnia quæcũque faciet proſperabuntur, poſt quæ alia de reprobis loquentia adiſciuntur, nempe. Non ſic impij non ſic.

Peccata igitur iam commiſſa ante mentis oculos propoſita & diligẽter cõſiderata, cognitionis propriẽ uilitatis, & fragilitatis, vigilantiaq; & cautionis cauſe eſſe ſolẽt. Id quod ipſe Dauid Pſal. 29. aperte ſignificauit dicens. Ego autẽ dixi, in abundantia mea nõ mouebor in æternum, Domine in voluntate tua

H præſti-

Ephes. 5.

1. Cor. 15.

Auguſt.

Pſal. 1.

12

Commoda
quæ ex con-
ſideratione
peccati cõ-
miſſi homi-
ni pronen-
niunt.

præstitisti decōri meo virtutem : Auertisti faciē tuā à me, & factus sum conturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meū deprecabor. In quibus verbis cernitur, quod ante quam Dauid peccaret quādo erat in ea prosperitate constitutus, adeò de se confidebat, vt de se etiam polliceretur, nō esse se in æternum ex ea prosperitate mouendum . At vero quod postquam in peccatum suum corruit, suam vilitatē & fragilitatem cognouit, quam ipsum peccatum ante mētis oculos propositum, eidem in memoriā reuocabat, persuadebatque in solo Deo esse fidendum, & ad ipsum tantummodo tam in aduersis, quā in prosperis cōfugiendū. 2. Reg. 23. refertur, quod cū Dauid à Philistæis obsessus in vrbe Bethleem, & siti flagrans quia tempus messis erat, dixisset, O si quis mihi daret potum aque de cisterna, quæ est in Bethleē iuxta portam, eruperunt tres viri fortes castra Philistinorū & hauserūt aquā ex ea, & attulerūt eā ad ipsum Dauid quam tamen ille noluit bibere sed libauit eam Domino. Quē locū explicans Chrysosto. hom. 2. in epi. ad Rom. dicit, quod ita fecit Dauid, cōferēs hoc aque desiderium, & appetitum cum eo, quē adulterandi cum Bethsabee aliquando habuit, ex quo tot ac tāta mala postea emanarunt. Ex hoc inquit Chrysostom. cognoscetur, quantum emolumentum, iusti ex ruinis eliciunt, quippe qui prius illicito assentiens appetitui corruit, alienamque concupiuit, ac vsurpauit vxorem, nunc tam expertus, ac præuigilans euadit, vt licito sitis appetitui nolit assentiri: Quo etiam modo se habuit Diuus Petrus, qui cum ante quam Christū Dominum negaret, tantum de se consideret, vt eide dixerit. Si oportuerit me mori tecū, non te negabo.

Et

Et rursus. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor, tamen postquã ipsum præ sua fragilitate & inconstantia negavit, minime deinceps de se cõfidens cum ab eodẽ Christo Domino, vt refertur Ioan. vltimo, ter interrogaretur in hunc modum, Petre diligis me plus his, nõquam amplius aliud respondere ausus est quã hoc: Tu scis, Domine quia amo te. Vbi manifeste cernitur, quantum emolumentum peccati commissi memoria secum afferat, tũ ad propriam vilitatem fragilitatẽque cognoscẽdã tum etiam ad sectandam vigilantiam, & cautionem, quẽ ad virtutem conseruandã puritatemque retinendam, mirum in modum requiruntur. Fuerunt autem hæc bona, quẽ ex peccato per penitentiã prius deletõ, & frequenter postea considerato, deducuntur, vasibus illis aureis, & argenteis significata, quã vasa ex Aegypto egredientes filij Israel secum detulerunt, iuxta id quod eisdem Exod. 3. prædictũ fuerat, nõpe, cum egrediemini, non exhibitis vacui. Quia vero ea bona humilitas, videlicet, fragilitatis propriã cognitio, vigilantia, & cautio (propter quã Dauid Psalmo 118. Deo dixit. Bonũ mihi, quia humilasti me) omnia sibi ex assidua peccati consideratione emanare intellegebat, ideo de ipso tam assidue cogitabat, vt vere Deo diceret, Peccatum contra me, seu, quod idem est, coram me est semper.

Circa hũc eundẽ versum, quã sequũtur etiã poterunt nõ abs re considerari. Verissimũ profecto est illud Platonis de Nat. nom. nõpe quã, quid bonũ hæc pulchrum, quã quid malum hæc turpe. Vnde peccato quod malum simpliciter dicitur, nihil deterius, & nihil turpius. inueniri põt. Est enim multo deformius

Ioan vlti-
mo.

Exod. 3.

Psal. 118.

13

Quia vna
falli: sub nõ
tione bon-
valde vt m
le est ipsa
mali defor-
mitatẽ cog-
noscere.
quã Plato.

quan dæmon, qui cum ex sua natura pulchritudi-
 nem maximam habuisset, eam per peccatum amisit,
 & in horribilem deformitatem deuenit, quapropter
 peccatum ipsum dæmone deterius absq; dubio est &
 ideo, vt in terris videri, & amari posset, boni seu vir-
 tutis (quæ pulchra, & amabilia sunt) vestibus se
 induit, turpitudinemque suam operuit, & se bonū si-
 mulauit, id quod poetica quadam fabula sic fuit si-
 gnificatum. Postquam summus Iupiter mūdum con-
 didit imperauit bono, seu virtuti, vt inter homines
 habitaret, quia vero bonum omnia appetunt, vt in
 1. Rhetoricorum ait Aristot. In terris vbi virtus est
 peregrina, quæ in cælis est ciuis (vt etiã dicit Plautus
 in Hyst. Sax.) idem bonū vnusquisque sibi appropria-
 re volebat, & ab omnibus vexabatur, & quærebatur
 (tamquam aurum quod pallidū esse asseritur à quo-
 dam philosopho, quia omnes eidem insidiantur).
 Tantã ergo importunitatem fugiens, versus cælum
 euolauit, & forte fortuna pallium dū volaret, ab eo
 interram decidit, quod boni pallium, cum vitium, seu
 malum inuenisset, eo se induit, & se bonum ita simu-
 lauit, vt à multis appetatur, & sub ratione boni
 diligatur, cum tamen sit simpliciter malum. Et ita
 prodigalitas eligitur sub nomine liberalitatis, auari-
 tia sub nomine parcitatis, & prudentiæ, garruli-
 tas sub nomine affabilitatis, crudelitas sub nomine
 iustitiæ, obstinatio sub nomine constantiæ, pigri-
 tia sub nomine grauitatis: & sic de cæteris vitijs
 seu malis: de quibus ait Salustius in coniuratione
 Catilinæ, quod vicia virtutum nomina sortita,
 sunt. Quoniam autem illa omnia sub aliqua
 boni specie appetuntur, quia peccatum à voluntate
 procedit,

Aristotel.
Plautus.

Salustius.

procedit, quæ nihil vult, nisi sub ratione boni, quod est eius obiectum, inde fit vt ipsa mala difficillime cognoscatur, quippe quæ sub boni specie delitescat, & sub virtutis simulatione contineantur. Quam obrem de illis dicitur. Psalmo .18. Delicta quis intelligit. Ab occultis meis munda me. Et Psalmo. 24. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Et psalmo. 37. Corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Quibus in locis plane significatur, quod peccata sunt occulta, & adeo incognita, vt sint ipsamet ignorantia, & insipientia, & innuitur quanta in ipsis cognoscendis sit difficultas, siquidem in eisdem locis insinuatur plena eorumdē cognitio esse quasi impossibilis, imo impossibilis omnino est, nisi Deus suo diuinæ gratiæ lumine mētē illustret, & cognitionem ipsorum abunde elargiatur. Quoniam vero eandem cognitionem Dauid ab ipso Deo comparauit, quapropter dicit se iniquitatem suam cognoscere, ideo eandem iniquitatem à se cognitam tanquam sibi infestissimam & maxime contrariam reputare, execrari & abominari affirmat.

14
Difficillimam est peccata plene cognoscere quoad malitiam.
Psal. 118.
Psal. 24.
Psal. 37.

EXPLICATIO QVINTI

versus.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Hoc est, iniquitatē meā agnosco, dicēs Tibi Domine, imo tibi soli peccaui, quoniā & si etiā

H 3

meis

meis sceleribus alios læserim, tu solus es cuius leges præuaricatus sum quique mea peccata vindicare potest. Et grande malum feci, non tã corã hominibus qui aut peccatum meum ignorant, aut reprehendere non audent, quã coram te, cuius oculos omnia perlustrantes non sum reueritus. Vnde fiet, vt si mihi hanc iniquitatem condonaueris, & promissa seruaueris, iustus habearis in promissis tuis, & vincas cum quis facta tua expenderit. Iam enim in me intelligent omnes, te secundum promissionem tuam veniam petentibus non denegare. Iam quoque omnes cognoscent tãtam tibi in seruandis promissis esse iustitiam & fidem, vt nec ob peccata quidẽ hominũ promissiones tuas irritas facias, quando quidem mihi rursus placatus seruaueris, quidquid de successore regni, de confirmatione & semine sancto ex me nascituro pollicitus fuisti.

Pergit Dauid in adducendis illis, quibus Deum moueat, vt sibi misericordiam elargiatur. Ex quibus illud in hoc versu Deo commemorat, nimirũ ipsum veniam pollicitum fuisse omnibus vere pœnitentibus & humiliter eandem efflagitantibus. Ait igitur vt ipsam ab eo impetret. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Circa quæ verba, quod primum eorũ expositores in dubium vocant, est, quænam sit causa, quare ille qui contra Vriam auferendo ei prius vxorem,

vxorē, & interficiēdo postea ipsum tam grauitē peccauerat, soli Deo se peccasse affirmet. Cui dubitationi respondent, aliud esse peccare contra aliquē, aliud vero alicui peccare. Nam is peccat contra aliquem, qui eum suo peccato offendit, is vero alicui peccat, qui per peccatum ita illi subijcitur, vt ab eo ipsum peccatum puniri debeat. Peccat igitur in proximū, qui ipsum offendit, iudici v̄ro qui eiusdē punitioni se subijcit. Quoniam vero Dauid, qui rex erat, & aliū sibi superiorem præter Deum non habebat, a quo licet crimina cōmitteret puniri posset, ideo soli ipsius Dei punitioni peccando se subiecit, ac proinde se soli Deo peccasse asserbat. Intelligebat namque tanto maiori supplicio se dignum esse apud Deum Regem regum & Dominum dominantium, quanto minori subiectione apud eos homines, quorum ipse Rex erat, tenebatur. Et ita quidem se res habet. Nā, vt habetur Sapientia. 6. potentes potenter tormenta patientur, vbi alia versio habet, potentes potenter tormenta sustinebunt. Circa quæ verba potenter scilicet, & sustinebunt, notandum est, quod intendit Spiritus sanctus significare per verbum quidem potenter, vim, robur & auctoritatem tam suppremi iudicis imperantis supplicium, quam tortoris & ministri illud exequentis contra iniquos Reges & potentes tyrannos. Per verbum vero, sustinebunt, similiter innuere eorundem imbecilitatem, & omni ex parte impossibilitatem ad idem supplicium repellendum: Maxima & valde horrenda supplicia minitabatur Deus potentibus, & optimatibus per prophetam Amos. cap. 6. quia pauperum afflictionibus, nō compatiebantur. Quæ igitur supplicia & p̄nas illis potē

¹
Quid hæc
verba, tibi
soli peccauit
significent.

²
Principes
& reges ma
iori supplicio
afficientur
quam ceteri
homines.
Sapient. 6.

Amos. 6.

tibus, principibus, & Regibus infliget, qui non solum subditorum laboribus non cōpatiuntur, verum etiā eisdem laboribus & afflictionibus insolēter ita afficiunt, ut de illis merito dicatur illud Esaia. 3. Vos depastis estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra, quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Cui consonat illud Michea. 3. nēpe, Violenter tollitis pelles eorum de super eis, & carnem eorum de super ossibus eorum, Pertimescenda ergo sunt Regibus & magnatibus ea supplicia, quibus à Deo propter talia opera haud dubie torquentur. Si enim manus hominum effugiunt & ab eorumdem tormentis, quia superiorem in terra non habent, sunt immunes, manus iustissimi Dei nullo modo effugere poterunt, quia, ut dicebat Christus Dominus magnatibus Iudaeorum Ioan. 8. Est qui quærat, & qui iudicet nimirum ipse Deus de quo Diuus Paulus Hebr. 10. dicit, quod horrendum est incidere in manus dei viuentis. Quæ ita delinquentes torquent, ut de solo eorundem tactu dixerit Iob. c. 19. Miseremini mei, miseremini mei, quia manus Dñi tetigit me. Si ergo omnes labores & calamitates Iob quæ inter oēs fuisse maximæ asseruntur, tactus diuinæ manus dicuntur, quid erunt eiusdem flagellatio & percussio. Caueāt igitur reges & potētes, qui per peccata soli punitioni diuinæ se subijciunt nec illa ideo liberius committant: quia in terris non sunt quibus pēnas dare compellantur. Et propterea potentia & regia autoritate ad vexandos subditos, & imbecilliores non abutantur. Nec sint sicut aquila, quæ cum sit auium Regina quia tamē vnguibus rapacibus est preualēs, easdem aues arripere audet, easque dilacerare & vorare

Esaia. 3.

Michea. 3.

3

Qui indicium & manus hominum effugit indicium & manus Dei non effugit.

Ioan. 8.

Hebr. 10.

Iob. 19.

4

Non debent principes uti potentia sua ad vexandos, sed ad tuendos subditos.

& vorare non reformidat. Sunt enim iniqui Reges ipsis mirum in modum similes. quia cum eisdem Deus eam potentiam elargitus fuerit, qua subditos tueri & protegere possent, cum se illa velut fortioribus vnguibz munitos vident, nec alium in republica esse sciunt, qui ipsis resistere valeat, eosdem subditos & sibi inferiores dilacerare procurant. Quo quidem modo nolle se habere plane ostendit David, quando, vt habetur Psalmo. 54. dicebat, quis dabit mihi pennas, sicut columbæ. Significans nimirum, se non desiderare alas potentia, Aquilæ tyrannæ & rapacis, sed pennas columbæ felle amaritudinis carentis, ne, videlicet, alicui vnquam se amarum, vel sauum exhiberet. Et ad hoc solum se fortitudinè velle insinuauit. Psalmo etiam. 58. cum in illo dicebat, cum Deo loquens, Fortitudinem meam ad te custodiam. Quasi diceret, potentia & robore meo non amplius vtar, vt proximo nocumentum aliquod infera: sed tantum vt tibi soli seruiam, siquidem tibi soli peccaui.

Diuus verò Augustinus hunc locum explicans ait: Tibi soli peccaui, & malignū coram te feci. Quid est hoc? Corā hominibus enim non erat adulterata vxor aliena, & maritus eius occisus? Non ne omnes noverant, quod David fecerat? Quid est: Tibi soli peccaui, & malignū corā te feci? Quia tu solus sine peccato; ille iustus punitor, qui nō habet quod in illo puniatur; ille iustus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur: Et hoc quidem significauit Christus Dñs Iudæis, vt paulo supra inquit idem Augustinus, quando ad eum adulteram mulierem adduxerūt proponentes laqueum tentationis & in id quod propo-

H 5 fuerāt

Simile.

Psal. 54.

Psal. 58.

August.

Solus ille est iustus punitor, qui non habet pro quo puniatur.

fuerat incidentes. In adulterio, inquit, Ioan. 8. hæc mulier deprehensa est. Moyses huiusmodi lapidari iussit: tu de illa quid censes? Tanquam bicipiti muscipula tentantes capere sapientiam Dei, ut si iuberet occidi, perderet mansuetudinis famam: si autem iuberet dimitti incurreret blasphemiam, tanquam reprehensor legis calumniandus. Quid ergo respondet? Non ait: Occidite, non ait: Dimittite, sed ait: qui se scit sine peccato esse primus in illam, lapidè iaciat. Iusta lex quæ iubet adulteram occidi, sed hæc lex iusta, ministros habeat innocentes. Attenditis quam adducitis, attendite & qui estis. Illi hoc audito, vnus post alterum discesserunt. Nec certe quis in alio condemnare & punire debet, quod in seipso

Roman. 2. habet. Vnde Paul. Rom. 2. ait: In excusabilis es, o homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alterum,

Genes. 38. te ipsum condemnas. Genes, etiam, 38. refertur, quod cum Thamar nurus Iudæ figuram meretricis, in biuio mentita, ex ipso concepisset, ab eodemque iussa fuisset adduci ad ignem, ut in eo combureretur, quoniam fornicata fuerat: cum iam ad poenam duceretur, misit illa ad eundem Iudam focerum suum dicens. De viro, cuius hæc sunt, concepi, cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus (que pro precio corporis sui Iudas eidem dederat) dixit: Iustior me est: quapropter ipsam punire non fuit amplius ausus, abireque impunitam simul imperauit. Nec enim se peccatum carnis, quod ipse etiam commiserat, in ea condemnare posse iudicauit. Ad quem etiam modum Dauid ducem suum Ioab & reliquos sui exercitus milites, nec puniuit, nec increpauit, ut habetur. 2. Reg. 21. cum de infœlici illo belli

cuentu

euentu certior factus esset, quando multi ex ipsius seruis prope murum urbis Rabba temere & sine ordine dimicantes simul cum Vria/Hetheo occubuerunt. Misit namque Ioab nuncium ad Dauid, qui belli euentum eidem narraret, dixitque nuncio. Cum compleueris vniuersos sermones belli ad Regem, si eum videris indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum, vt præliaremini? An ignorabatis quod multa ex muro tela mittantur, &c. dices: Etiam Vrias seruus tuus occubuit. Quod cum ita nuncius faceret, dixit ei Dauid, vt paulo infra refertur: Hec dices Ioab, non te frāgat ista res: varius est enim euentus belli, & nunc hunc, nūc illum consumit gladius. Non itaque Dauid audita morte Vriæ, cuius reus erat, ausus est de cæterorum morte, cuius duces fortasse etiam rei fuerant, eosdem reprehendere, nec pro eadem quæpiam castigatione aliqua afficere. Quia ergo illius solius est de peccatis arguere, & pro eisdem punire, qui eadem nullo modo cōmisit, quod solius est Dei, ideo cum illo loquens Dauid ait. Tibi soli peccaui.

Item: Tibi soli peccaui, dixit Dauid cum adulterium & homicidium contra proximum commisisset, eorundem veniam implorans, quia & si Vriæ eiusque uxori maximam injuriam intulisset, ipsa nihilominus si cum illa quam simul Deo eandem sua diuina lege prohibēti, irrogauit, comparetur, pro nihilo est reputanda, & tanquam nullius momenti habenda. Quod quidem plurimis rationibus minime contemnedis ostendi potest. Nam ea proportio videtur esse mali in hominem commisi ad malum in Deum patratum, quæ est hominis ad ipsum Deum, ante quem Sapientiæ. ii. tamquam momentum stateræ dicitur

6
Iniuria per
peccatum facta homini,
cōparatio -
ne facta
Deo nihil
est.

Sap. ii.

esse

esse orbis terrarum & tanquam gutta roris ante luca-
 ni, quæ descendit in terram, omnes item gentes qua-
Isaie .40. si non sint coram eo, vt dicitur Isaia. 40. & cuiusuis
 hominis substantia tanquam nihilum ante eundem,
 vt etiam significat ipse David Psalm. 38. vbi dicit. Et
Psalms .38. substantia mea tanquam nihilum ante te. Cum ergo
 homo nihil sit, compositus Deo, cum eodem compa-
 ratus, iniuria etiam & peccatum contra hominem
 commissum cum eo quod contra Deum patratum est,
 comparatum, pro nihilo est habendum. Deinde etiã
 7
*Quantum
 sit debitum
 per peccatũ
 erga Deũ cõ
 tractum.* limitatum est debitum, ad cuius solutionem qui pec-
 cat in proximum, eidem tenetur, qua tamen limita-
 tione caret debitum illud quod erga eundem Deum
 contraxit; nam ipsi Deo semetipsum debet, quia se-
 metipsum ab eo abstulit. Quemadmodum seruus à
 Domino fugiens, & recedens, eidem se debet, quia
 ab eodem se abstulit, Deo præterea ipsum Deum de-
 bet, quem peccato auferre conatus est, licet non ab-
 stulerit: debet denique pœnam æternam & infinitã
 nimirum pœnam damni, quæ summo excessu reli-
 quas omnes superat, quam Theologi omnes auersio-
 ni à Deo applicant, minorem simul pœnam, nempe,
 sensus, conuersioni ad creaturas attribuentes. Pœna
 vero æterna & infinita pro offensa in Deum commis-
 sa danda est, pro ea namque quæ in creaturam pepe-
 trata est finita & limitata pœna satis esset, Ideo deni-
 que primum præceptum, quod Deus hominibus ob-
 seruandum proposuit de re fuit indifferenti nimirum
 ne de fructu cuiusdam arboris comederent, vt, vide-
 licet, ea re significaret bonitatẽ & malitiam nostro-
 rum operum, non tam ex hominum commodo, vel
 incommodo, quam ex dei obedientia, vel offensa
 depen-

depédere. Cū ergo homo Deo cōpositus & collatus, nihil sit & peccatum in eo maxime consistat, quod, scilicet, contra Dei obedientiam cōmissum est, merito Dauid hoc cognoscens, ait ad Deum verba faciens: Tibi soli peccaui: quasi contra alium non peccauerit.

Est & alia præclara horum verborum interpretatio. Nempe; tibi soli peccaui & malum coram te feci, hoc est, ideo te solū, Dñe, in meo grauissimo peccato offendi, quia omnium oculos & timui & subterfugi, & pluris quodam modo feci, quam tuos, quos omnia videntes, & te qui tanquam sæculorum inspector, omnia contemplaris, contempsi & pro nihilo ferè duxi. Siquidem hoc optime sciens & Viriæ à me offensi & totius populi famulorumq; meorum oculos timens, eosq; omnibus modis subterfugiēs (qua propter peccatū suū iā patratū dicebat, forsitan tenebræ cōculcabūt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis) coram te tamen, quē me videre non ignorabam scelera mea patrare nō reformidauī, & coram te qui iudex es rectissimus, & omnia perspicacissime intueris, peccare impudenter ausus fui. Quibus verbis mirum in modum Dauid crimen suum exaggerat, quo etiam modo Deus multoties in sacris literis hominum delicta exaggerare solet, vt patet Hierem. 28. vbi ait: Et faciebatis malū in oculis meis, & ego iudex & testis, dicit Dominus; & ego sum, & ego vidi, ait Dñs. Item vbi in vulgata editione Iob. 7. habetur: Quare posuisti me cōtrariū tibi? Est iuxta Hebraicā veritatē: Quare posuisti me corā, tibi. Quod nimirū Deū nos corā se ponere, ideo factū fuit, vt pudeat vnūquemq; turpe aliquid, vel cogitare, vel efficere, qđ purissimis Dei oculis

Psalm. 138

Quodcumq;
peccatum
ideo magnū
& graue
quia coram
Deo factū.
Hier. 28.
Iob. 7.

oculis, quibus omnia patent, sit indignum, ac proinde vt sollicitus semper, diligentissime euigilet. Quapropter David Psal. 18. inquit: meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Et Psalm. 118. Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est.

Psal. 18. Quibus in locis plane significat, eas cogitationes, que diuinos oculos decent se habuisse semperque de diuinæ legis obseruatione se meditatatum fuisse. Quâ obrem de eo, filius eiusdem Salomon in lib. 3. Reg. 3. dicebat ad Deum verba faciens: Tu fecisti cū seruo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia & recto corde tecum. Nec mirum hoc fuit, siquidem ex cogitationibus diuinos oculos decētibus, opera etiā eisdem digna consequentur. Ambula coram me, dixit Deus Abrahamo Genes. 13. & esto perfectus. Hoc est, & eris perfectus. Nam sapissimè imperatiui præsens ponitur in diuinis literis pro indicatiui futuro; & vice versa vt Psalm. 45. Accedite ad Deum & illuminamini, hoc est, & illuminabimini. Et in Decalogo; Non furtum facies, hoc est, non facias furtum. Vbi apparet, quod ea verba, ambula coram me, & esto perfectus, hoc significant. Progredere per viam mandatorum meorum, vt homo, qui à me semper spectatur, & sic faciens, perfectus euades. Ad quem etiam modum intelligenda sunt ea verba Regis Ezechia. 4. Regum. 1. nempe: Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. Et sicut ex consideratione præsentia Dei, qui de se ait: cælum & terrâ ego impleo. Et ex operibus factis tanquam ab eo spectatis consequitur puritas, & perfectio mentis. Ita etiam

*Psal. 18.**Psal. 118.**9**Ita semper**viuere de-**bemus qua-**si à Deo**semper spe-**ctemur.**3. Reg. 3.**Genes. 13.**4. Reg. 1.*

etiam ex opposito eiusdem mentis corruptio & de-
 ordinatio procedit. Non est Deus in conspectu
 eius, dicitur Psal. 10. inquinatae sunt viae illius in om-
 ni tempore Psalm. item. 85. Deus, iniqui surrexerunt
 super me, & synagoga potentium quaesierunt ani-
 mam meam, & non proposuerunt te in conspectu
 suo, hoc est, quia te in conspectu suo non proposue-
 runt. Praeterea Psal. 53. similiter habetur: Fortes qua-
 sierunt animam meam, & non proposuerunt Deum
 ante conspectum suum. Quam ob causam Psalm. 118.
 Dauid dicebat loquens cum Deo. Omnes viae meae
 in conspectu tuo. Quasi diceret, omnes meas opera-
 tiones siue interiores, siue exteriores, ita produxi, ut
 easdem te spectante a me produci putauissem. Bea-
 tus vir ait Ecclesiast. c. 14. qui in sensu suo cogitabit
 circumspectionem Dei. Si namque vnusquisque co-
 gitabit se a Deo semper circūpici nunquam eius cōf-
 pectu aliquid indignum operabitur, Est inspector sa-
 culorū Deus ut docet Ecclesiast. c. 36. De quo proin-
 de dicitur Psal. 93. Nunquid qui plantauit aurem non
 audiet, aut qui finxit oculum, non considerat? Qui-
 bus verbis significatur in sanae mentis esse qui existi-
 mat Deum qui hominibus auditum & visum dedit
 nec audire, nec intueri omnia. Dum praesertim quid
 quid est, illi sit clarum, perspicuum & fulgenti lumi-
 ne illustratum. Forsitan tenebrae conculcabunt me
 (dicitur ex parte peccatoris Psalm. 128.) & nox illumi-
 natio mea in delicijs meis? Cui statim respondetur
 ibidem: Tenebrae non obscurabuntur a te, & nox si-
 cut dies illuminabitur: sicut tenebrae eius ita & lu-
 men eius.

Cum ergo omnia Deo sint praesentia, & oculis
 eius

*Semper inf
 ti in suis ope
 ribus Deū
 pra oculis
 habent, non
 autē impij.*
 Psalm. 10.
 Psalm. 85.
 Psalm. 53.
 Psalm. 118.

*Eccles. 14.
 Eccles. 36.*

Psalm. 93.

qui regno
 ego ad me
 indit
 silio
 non, in d
 Rom. 13.

Rom. 13.

ii

Sic unus-
 quisque ope
 rari debet,
 ac si in me-
 ridie a b om-
 nibus specte-
 tur.

Plato.

Cicero.

Malach. 1.

eius nuda & aperta, & semper clarissima luce coram eo illustrata, quis tam perfricata frontis est, qui aliquid turpe, vel agere, vel cogitare non pertimescat, cum presertim hoc idem propter solos hominum oculos facere reformidet. Nos igitur, ut ait Paulus. Rom. 13. Sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicijs, non in contentione & emulatione. Hoc est, sic vivamus, quasi ab omnibus conspiciamur meridiana luce illustrati, nec aliquid ex illis vitijs quia secretum est committamus. Agens Plato de eadem re lib. 2. de re publica adducit parabolam de eo qui habebat annulum gemma pretiosa adornatum, & hanc proprietatem habentem, quod, scilicet, si in digito ponebatur, efficiebat, ut ille, in cuius digito erat, inuisibilis fieret. Quo pre-supposito querit Plato an illi, qui in digito hunc annulum portat licitum sit peccatum aliquod committere, si quidem scit se inuisibilem esse. Et respondet, quod nullo modo, quia non licet in secreto facere, quod publice fieri non potest. Quam parabolam referens Cicero. lib. 3. Officiorum eamque moribus applicans, ait. Satis nobis si modo in philosophia aliquid profecimus persuasum esse debet, etiam si omnes Deos, hominesque celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinentè faciendum. Admirabilis quidem sententia, & notatu dignissima, non solum ab homine philosopho, sed à perfecto etiam Christiano. Quod si Deo etiam non vidente, nec spectante nos, nihil male operari condecens esset, quid quando ab eodem perspicaciter spectante semper atque undique circumspicimur.

Filius honorat patrem ait Dominus Malach. 1. & seruus

seruus Dominū suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si ego Dominus sum, vbi est timor meus? Vbi timor, inquit Plato, ibi & pudor. Metus autem & pudor, vt idem Plato de rep. ait, sufficiētes sunt custodes. De timore quidē docet Tertullianus, quod emēdatio nulla, vbi nullus est metus; & Diuus Hieronymus, quod ingenia liberaliter educata, facilius verecundia, quam metus vincit. Quia vt est apud Terentium in Andria, verecundia liberi est, serui vero timor. Quapropter supradictus Plato de scient. ait, quod inter pudentes Deus versatur, & Cicero. 2. de finib. quod moderatrix cupiditatum verecundia est. Et Seneca Epist. 25. similiter inquit. Nec de altero quidem satis fiducia habeo, excepto eo, qui adhuc peccare erubescit. Nutriendus est hic pudor, qui quandiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonæ spei locus. Quam etiam ob causam illum perijisse dicit Plautus in Bacch. Cui perit pudor. Sicut enim pomum habens corticem, licet aliqua ex parte sit putridum non omnino corrumpitur, quod tamen sit vbi primum eodem cortice exoliatur: sic etiam dum homo pudorem habet, quanuis aliquo peccato sit infectus, non tamen omnino corruptus & abominabilis factus est & nihilominus in maximam corruptionem adducitur, vbi primum verecundia defectus in eo cernitur.

Est namque verecūdia & pudor vltimum & efficacissimum remediū, quo homines à peccatis cōmittēdis cohiberi possunt. Vnde Matth. 21. dicitur, quod pater ille familias, qui plantauit vineam, &c. postquam agricolæ eiusdem seruos impudenter vexarunt, iniurijs affecerunt, imo & contrucidarunt,

12

Multum, timor, sed pl^o verecundia conducit ad euitanda peccata.

Plato.

Tertullianus.

Hieronymus.

Terentius.

Cicero.

Seneca.

Plautus.

Simile.

13

Pudor vltimum & efficacissimum remediū ad non peccandū, est. Matth. 21.

nouissime misit ad eos filium suum dicens. Forte verebuntur filium meum. Id est, hoc vltimum remedium eis adhibuit; nimirum pudorem & verecundiam, quam coram eiusdem filio vineæ hærede, & Domino agricolæ eiusdem vineæ cultores necessario habere debebant. Quo tamen pudore amisso, ipsi in profundum peccatorum suorum deuenerunt. Quia vt inquit Spiritus sanctus, impius cum in profundum peccatorum suorum venerit, contemnit. Quoniam autem infida illa Hebræorum plebs, talis futura erat, de eadem cum ipsa loquens sic prædixerat Hierem. ca. 3. Frons meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Quia vero peccata omnia impudenter coram Domino committuntur, ideo eorundem peccatorum remedium maxime necessarium est peccatoris pudor & verecundia. Vnde Publicanus ille, de quo Lucas. cap. 18. agit, ideo à templo discessit iustificatus, quia propter peccata, quæ absque verecundia commiserat, præ verecundia nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed pectus suum percutiebat. Et non solum peccata pudore afficere debent peccatores eadem facientes, verum etiam eos, qui illorum turpitudinem & impudentiam considerant. Deus meus confundor (aiebat Sanctus Esdras. lib. 1. cap. 9.) & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrum, & creuerunt vsque ad cælum. Quibus verbis etiam propter peccata populi, se maxime pudeferi significabat. Dicitur est autem supra, pudorem maxime à peccatis perpetrandis vnumquæq; cohibere, quia plures, vt inquit Seneca Epist. 84. pudore peccandi, quam bona voluntate prohibiti abstinant,

Est

Est enim pudor non solum ita proprium hominis supplicium, vt ei cum alijs animalibus non sit commune, sed etiã vt sit ijs, qui rectæ rationi obsequuntur sæuissimã pœna, & omnium suppliciorũ maximũ supplicium.

Et quidem pudorem esse proprium hominis supplicium, experientia illud manifestat, nullum siquidem aliud animal præter hominem, pudore afficitur. Quod etiam ex eo colligitur, quia vbi primus homo in peccatum incidit, statim se nudum sensit, seq; abscondere & operire, pudore & verecũdia affectus stuit, vt Genes. 3. sacris literis proditum inuenitur. Quod vero ipse pudor sit ijs, qui recta ratione vtuntur in hac vita omnium pœnarum maxima & acerbissima, illud Christus Dominus aperte monstrauit, cum in horto Getsemani per faciem eius factus est sudor, vt refert Lucas. 22. sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Ad cuius intelligentiam ex philosophica doctrina, sciendum est, naturam semper infirmiori corporis parti solere subuenire, vt patet, quando in brachio fit venæ scissio, cui ipsa natura vt subueniat, totum hominis sanguinem elargitur, nisi vel scissio ipsa obturet, vel aliquo alio modo sanguinis fluxus impediatur. Est deinde illud notandum, quod, nempe, cum homo per alicuius vehementis, & propinqui mali apprehensionem magno aliquo timore corripitur, ad cor quod magis in eo affligitur, tanquam ad partem infirmiorẽ, sanguis ita confluit, vt exteriores partes omnino deserat. Quod patet in ijs, qui pallido colore affecti, ad patibulum ducuntur. Sicut etiam quãdo homo pudore afficitur, ipse sanguis ad faciem &

I 2 frontem,

14
Proprium
hominis sup-
plicium &
maxima pœ-
na est pu-
dor.
Genes. 3.

Luc. 22.

15
Quare Chri-
stus sangui-
nem sudauit.

frontem, vbi idem pudor magis sentitur, ita se recipit, vt interiores partes quodammodo exanguet relinquat, exteriores vero frontis & faciei tanquam languentes adiuuet, operiat, & rubicundo sanguinis colore contegat. Est præterea simul diligenter aduertendum, quod quanquam Christus Dominus vehementissime tunc apprehendit vtrumque, nempe, multiplex & varium, illud tormentorum genus sibi statim tolerandum, & pudorem illum in iniurijs, & opprobrijs sibi iam inferendis, sibi similiter subeundum, tanto eidem fuit acerbior, & vehementior verecundiæ subeundæ consideratio, quam tormentorum omnium; & mortis apprehensio, vt ipsius sanguis ad subueniendum cordi tanto timore affecto non confluxerit, imo potius ipsum deseruerit & ad faciem ad medendum ipsius pudori, tanto impetu cucurrerit, vt extra ipsam copiose fuerit per sudorem emissus. Cui non dissonat id quod ait Aristoteles. 2. Rhetoricorum, nimirum, quod verecundia est dolor quidam atque perturbatio ex malis, aut præsentibus, aut futuris, quæ infamiam inferunt, proueniens. Grauius itaque, & molestius tulit Christus Dominus pudorem, quo affectus est, propterea quod per vias ciuitatis Hierusalem publicas, fuit seditiosus & malefactor acclamatus, & in cruce inter duos insignes latrones, tanquam latro eisdem perniciosior fuit suspensus, quam dolorem mortis, & tormentorum omnium, quæ in eadem cruce perpeffus est. Quapropter dicitur à Diuo Paulo Hebræorum. 5. fuisse à patre æterno exauditus cum clamore, & lachrymis

Aristot.

Hebræ. 5.

mis pro sua reuerentia, hoc est, pro sua verecundia quam coram se esse toto vitæ tempore per os Dauid significauit, cum dixit, Psalm. 43. Tota die verecundia mea contra me est. Potest autem nomen *Psalm. 43.* reuerentia accipi in his Apostoli verbis, non solum actiue: quia, scilicet, talis persona erat, sed etiam passiue, nimirum pro pudore: quo pacto sumitur in Psalmo. 68. vbi dicitur: Deus, tu scis confusionem meam, & reuerentiam meam. Ex quibus aperte deducitur verecundiam inter omnes pœnas temporales maximam esse: siquidem pro ea peculiariter dicitur Christus Dominus loco citato, à patre fuisse exauditus, cum ibidem de reliquis, quæ fuerunt propemodum numero & magnitudinis infinitæ, nulla fiat mentio. Imo ipse Christus reliquarum se semper sitientem in passione ostēdit, & præsertim, quando sciens sibi dandum esse acetum cum felle propinandum dixit, Sitio, vt Ioannes Euangelista refert. capit. 19. Et tamen improprijs pudorem causantibus, saturatum fuisse ostendit propheta Ieremias cum de ipso prædixit: Et saturabitur opprobrijs. *Tren. 3.* Cum ergo pudor seu verecundia sit proprium hominis pro peccato supplicium, sitq; pœna inter omnes maxima, quicumque ab ea nō cohibetur, ne peccata committat corā Deo omnia circumspectante iuxta illud Psalmi. 138. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, illic ades, parum abest, quin in maximam corruptionem prolabatur: quapropter nunquam alicui, nec soli, nec cum alio existenti malum est faciendum: siquidem is coram Deo sem-

Psalm. 68.

16
*Christus cœ-
 terorum la-
 borum sitiēs
 opprobrijs
 tamen satu-
 ratus fuit.
 Ioan. 19.
 Tren. 3.*

Psalm. 138.

Pythag. per existit; id quod etiam Pythagoras his verbis videtur innuere.

πρῶτος δ' αἰσχρὸν ποτε, μὴτε μετ' ἄλλου
μητ' ἰδῆν. Hoc est.

Ambros.

Facies autem turpe vnquam nihil, nec cum alio, nec solus. Quia vero, vt inquit Ambrosius libro de morte Abel & Cain, erubescere debemus & condemnare peccatum, & non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, & defensione cumulatur, ideo David maximo pudore affectus, quod ab eodem pudore à sui peccati commissione non sit reuocatus, illud exaggerat, dicens. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Hoc est, cum Domine, te me aspicerem optimè intelligerem, non erubui in tui solius oculis illud nefandum scelus patrare, quod coram alijs committere non sum ausus: ac proinde te solum contempsi & tibi soli peccaui cum malum coram te solo feci.

Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.

Vt hic locus intelligatur notandū est ex Diuo Ioanne Damasceno. li. 4. ca. 20. esse in diuinis literis vsurpatum, aliqua, quæ secundum euentum intelligi debent, causaliter proferre. Id quod cernitur Matth. 23. vbi dicitur. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occiditis & crucifigitis, vt veniat super vos, omnis sanguis iustus, qui effusus est. Ad quem modum dicit hic David. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, non enim

*Damascen.
Matth. 23.*

enim ipse peccans, peccauit, vt Deus iustificaretur, & vinceret, nec Deus eius peccato indigebat, vt ex eo victor euaderet, & appareret, nec ad hoc idē quispiam peccat, sed ita res euenit. Quo etiam modo si quis sedeat, alicui quaestioni studens, & amicus aliquis eiusdem superueniat, cuius susceptione occupatus necessario ab studio cessabit, dicere solet, ne hodie studerem, venit amicus, cum tamen non vt non studeret ipse, aduenteret amicus eius: sed sic res euenit. Ioannis similiter. ii. dixit Christus Dominus: Infirmetas hęc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Hoc est, ex hac infirmitate Lazari, eiusdem resurrectio postea eueniet, quæ in maximam filij Dei gloriam redundabit. Iuxta quem modum videtur Dauid significare ex suo peccato illud euenturum, nempe, vt Deus veniam eiusdem peccati ipsi elargiendo, victor gloriosus euadat. Est enim maximè Deo gloriosum non solum peccata interimere, verum etiam eorundē veniam impertiri. Vnde ait Esai. c. 30. propterea expectat Dominus vt misereatur vestri, & exaltabitur parcens. Qua propter Cant. 4. sponsa dixit sponso, nēpe Deo. Veni coronaberis de capite Amāna, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, & de montibus pardorum, per quæ nomina metaphoricè significat principes flagitiorum anathemate percussos, fures, & vitio carnali deditos, innuens fore, vt sponfus ipsis parcens, & eorum peccata delēs, ex hoc ipso sibi conficiat coronam, qua quasi victor gloriosus euadēs exornetur. De qua re ipsum laudabat S. Moy ses quādo Exod. 34. postquā ipsi apparuit, eidē dixit: Qui aufers iniquitatem, scelera & peccata. Imo &

*Simile.**Ioan. 12.*

17

Gloriosum est Deo peccata remittere & interimere.

*Esai. 30.**Cant. 4.**Exod. 33*

*Esai. 43.**Rom. 3.**Luca. 15.*

18

*Quo pacto
pluris faciat
Deus vnū
peccatorem
quam nona
ginta nonē
iustos.*

*Simile.**Rom. 6.*

ipse de hac eadem re se quodammodo iactabat, cum Esai. 43. dicebat. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Ex quo patet gloriā esse Dei, peccata delere & dimittere. Vnde facile intelligi possunt illud Pauli Rom. 3. nempe, Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, venia scilicet in qua concedenda ipse gloriatur: & illud quod frequenter canit Ecclesia: nimirum, Gratias agimus tibi propter magnā gloriam tuam, id est, propter veniam nostrorum peccatorum: in qua concedenda maxime gloriaris. Ad quem solum finē videtur Lucæ decimo quinto Christus Dominus pluris fecisse vnum peccatorem pœnitentiam agentem, quam nonaginta nouem iustos, cū dixit, Maius gaudium esse in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis. Non aliter ac ille, qui gladiolum aureum ferreo simpliciter meliorem, minoris aestimat ad adaptandum calamum, quam ipsum ferreum, quem ad hoc potius eligit, & pluris facit. Quod insinuare videtur Diuus Paulus. Rom. 9. dum post alia, quæ ad hoc spectant, ait. Ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quoniam vero in eam ipsi cedit venia peccatorū, quam eadem delendo elargitur, ideo per Esaiam proxime relatum dixit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Ad quod alludēs Dauid postquam dixit. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiā tuam, & adiecit paulo inferius: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, inquit. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quæ verba hoc videtur sonare vt ex Paulo Rom. 3. deduci potest. Veniam quam a te suppliciter & vehementer efflagito,

non effragito propter meam dumtaxat ſalutem, ſed magis Domine propter gloriam tuam. Si nanque veniam humiliter imploranti, & de patratō crimine pænitentiam agenti, illudque tibi aperte conſitenti, deneges, cum eam ſimilibus hominibus pollicitus fueris, arbitrābuntur forſitan reliquitē qui piſſimus es, crudelem eſſe, & cum veriſſimus ſis, promiſſis non ſtare. Si autem veniam humiliter implorantibus, & vere pænitentibus ignoſcas, in eo proſecto tua eximia miſericordia, & ſingularis iuſtitia manifeſtabitur, miſericordia quidem, quia humiliter & vere pænitentibus veniam elargiris; iuſtitia vero quia quod pollicitus es, ad amulſim adimpleſ. Quam ob rem ad tuam gloriam maxime ſpectat, vt mei ipſius miſerearis. Quibus verbis Dauid rem ſuam, rem Dei facit ad eiudem gloriam plurimum pertinentem. Adiuua nos, Deus ſalutaris noſter, inquit, ſimiliter Pſalmo. 78. Et propter gloriam nominis tui libera nos, & propitiuſ eſto peccatis noſtris propter nomen tuum: ne forte dicant gentes. Vbi eſt Deus eorum? Hoc eſt, ne dicant, te eum Deum eſſe, qui nullam ſuorum curam gerit. Quin etiam ſanctus Moyſes Exodo. 32. cum à Deo peteret, vt crimen idololatriæ populo condonaret, vna ex præcipuis rationibus quas ad hoc adduxit, ea fuit nempe, ne quæſo dicant AËgyptij; callide eduxit eos, vt interficeret in Montibus, & deleret de terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitiam populi tui. Qua item ratione vſus eſt Numerorum. 14. inquit: Vt audiant AËgyptij, &c. & habitatores terræ huius, qui audierunt quod tu Domine in populo iſto ſis, & adiicit paulo poſt: Attende

19

Ad Dei honorem ſpectat peccata remittere, quia hoc vt eſt nobis vtile, ſic eſt illi glorioſum
Pſal. 78.
Exod. 32.

Pſal. 93.

Domine AEgyptios magna & mirabilia de tua probitate audiſſe, teque timere caſiſſe: hæc autem gloria tua, ſi iſtos interficis, diminuetur. Scandalizabitur mundus, & iam non verus ac miſericors Deus eſſe crederis. Magnificetur ergo fortitudo Domini, ſicut iuraſti dicens, Dominus patiens & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcclera. Quibus omnibus ſanctus Moyſes propter Dei gloriam, veniam populo concedi ab ipſo Deo, ſe concupiſcere ſignificauit, innuens ſimul hoc ipſum eſſe eidem glorioſum. Quod ad eundem modum inſinauit Dauid Pſalmo. 93. vbi ait, Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues pascuę eius. Quasi dicat, ad Deum ſumma cum fiducia, nos conferamus, & lachrymis, & precibus ab eo miſericordiam eſſagitemus, quoniam ad eius gloriam ſpectat ſeruorum ſuorum, quia Dominus, & ouium ſuarum, quia paſtor, ſollicitam, prouidam & piam curam gerere, & erranti ignoſcere eandemque in viam reducere. Iuxta quem ſenſum, eſt idem propheta hic intelligendus cum dicit. Miſerere mei Deus, qui tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtifieris, & vincas cum iudicaris. Nam ex eo quod mei miſerearis, eueniet, vt iuſtus promiſſa vere pœnitentibus adimplendo, & victor glorioſius eiſdem ignoſcendo, & peccata ipſorum delendo, ab omnibus vbique iudicaris.

Circa hæc eadem verba, Vt iuſtifieris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris, illud eſt etiam aduertendum, Dauidi, nēpe, Deum iuramēto

te

se obstringentem, pollicitum fuisse, se ex ipsius familia, seu progenie humanam naturam fore assumpturum, quod constat ex Psalmo 131. ubi habetur: Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui, ponam super sedem tuam. Vbi considerata sunt verba illa, De fructu ventris tui, quæ plane ostendunt, Christum Redemptorem nostrum non fuisse à Davide per virum, sed per mulierem originem ducturum, imò & per solam mulierem. Nam de fructu ventris tui, idem est, quod de fructu ventris virginis ex generatione familiarum tuarum efficiam tui regni successorem, quod regnum fidelium est, in quo fides, spes, & charitas, quæ in te florent sunt regnatura. Ex muliere itaque quæ secundum ventrem generat, & non ex viro qui secundum ventrem non generat, Verbum caro factum est, ut ex dictis patet. Cum ergo Davidi huius tantæ rei facta fuerit à Deo repromissio, aliqui ex hominibus propter nefanda ipsius crimina, quibus se contaminarat, & Deum offenderat opprobrio, illi forte darent ipsammet repromissionem illi ab eodem Deo non fore adimplendam (quia tanto beneficio indignum se fecerat) & ex consequenti Deum non esse veracem simul significabant, quorum utrumque Davidem tam vehementi dolore, & tanta molestia afficiebat, ut propterea tales gemitus ab imo pectore in hoc Psalmo emisit, & magnâ Dei misericordiâ tam efficaciter in eodẽ implorauerit. Nec mirum est, quod tanta tristitia afficeretur, timens, ne propter suum peccatum, divinum verbum caro non fieret, siquidem eiusdem incarnationis tot actanta bona hominibus erat allatura.

Quæ

Psal. 131.

eo.

Sub iuramento promissit David se ex eius genere carnem assumpturum.

Cyprian.

21

*Quæ et quæ
ta sint diuina
na incarnationis
bona.*

Quæ incarnationis diuinæ bona quanta sint, docet Diuus Cyprianus sermone de Ascensione Christi. Vbi illud eiusdem gloriæ accumulandum dicit, nempe quod beatitudinis suæ, non passus est solitariam esse magnitudinem. Sed addit, fratres non qui minuunt quasi diuisam in psures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum exornent. Participes & consortes Dei, inquit, sumus nos per creationem, noster Deus est per incarnationem. Dicit Deus: Meus est homo: dicit homo: Meus est Deus. Homo, cuius Deus est, quid amplius quærit? Si sufficis tu Deo, sufficiat tibi Deus. Quo loco sanctus Doctor plurima alia de hac re dicit, quæ utilissima sunt. Erant quidem homines ante quam Deus homo fieret, filij eiusdem Dei: sed tamen filij spurij: nec enim natura humana, ex qua ipsos producebat, erat illi vinculo matrimonij copulata, & ex eo proueniebat, quod nec nobillissimi Dei hæreditatem adire, nec ad sacros Angelorum ordines, quia irregulares erant, admitti possent, ante quam legitimi fierent; ad quod necesse fuit, vt ipse Deus eandem naturam humanam sibi assumeret, & quasi matrimonio sibi copularet. Quod Paulus ad Galatas 4. significat, dum ait. Misit Deus filium suum factum ex muliere, vt adoptionem filiorum reciperemus. Hoc est, vt qui spurij eramus, legitimi efficeremur, & hæredes quidem Dei, co-hæredes autem Christi, vt ibidem & alibi insinuat, & præterea ad sacros ordines, tanquam ad eos iam habiles admitteremur. Propter quam filiationem, seu adoptionem ait idem Apostolus 1. Corinth. 6. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, Hoc est,

22
*Qui filij spurij
erant per
Dei incarnationem
legitimi et nobiles
facti sunt.*

Galat. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 6.

est, ita propter nobilitatem eximiam, quam consecu-
 ti estis, elato animo estote, vt Deum in corpore ves-
 tro gestare videamini. Iuxta quem loquendi modum
 de eo, quem nimis elatum videmus, ipsum gestare in
 corpore regem quendam dicere solemus. Vnde Leo
 summus Pontifex, inquit, agnosce ò homo dignitatē
 tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in vete-
 rē vilitatē degeneri conuersatione redire. Nihil (ait
 Damascenus lib. 4.) maius, quam quod Deus homo
 factus est. Hoc vltimum est quod Deus efficere po-
 tuit pro homine, amplius enim & maius efficere non
 valuit. Sic enim humanam naturam in altum euexit,
 vt quo ascendat, iam non habeat. In eodem enim sup-
 posito collocauit naturam humanam, in quo diuina
 erat natura. Et cum Angelus sit minister, homo fit
 Dominus, & nos eius fratres dicimur. Quod ea ver-
 ba Hebræorum. 2. innūit, nimirum, qui sanctificat, &
 qui sanctificatur ex vno omnes. Hoc est ex vno Ada-
 mo secundum carnem, Christus, qui nos sanctificat,
 & nos ipsi, qui sanctificamur, originem tanquam à
 communi omnium parente ducimus. Ait etiam Au-
 gustinus de hoc ipso agens, certa veritas est, quod in
 rebus per tempus ortis, nulla maior gratia, quā quod
 Deus fieret homo, & homo Deus. Tāta enim gratia
 fuit, vt nec eam vnquam, ante quam à Deo fuerit pro-
 missa, homines ab ipso petierint. Nec enim in hu-
 manum intellectum cadere potuit quod Deus æter-
 nus se hominem mortalem facere vellet. Quam ob-
 rem in Pſalm. 19. dicitur Deo. Cogitationibus tuis
 non est qui similis sit tibi.

Et hanc humanæ naturæ dignitatem, exaltatio-
 nem & vtilitatem videtur Dauid Pſalm. 118. à Deo

23
*Nobilitas
 hominis
 post Dei in
 carnationē
 quanta sit.
 Leo mag-
 nus.
 Damascen.*

Hebræ. 2.

August.

Pſal. 39.

24
*Homo per
 Dei incar-
 nationē ab
 abiectissi-
 mo statu re-
 uocatus est.
 Pſal. 118.*

postu-

Psal. 48.

ps
 1. 11. 11. 11. 11
 2. 11. 11. 11. 11
 3. 11. 11. 11. 11
 4. 11. 11. 11. 11
 5. 11. 11. 11. 11
 6. 11. 11. 11. 11
 7. 11. 11. 11. 11
 8. 11. 11. 11. 11
 9. 11. 11. 11. 11
 10. 11. 11. 11. 11
 11. 11. 11. 11. 11
 12. 11. 11. 11. 11
 13. 11. 11. 11. 11
 14. 11. 11. 11. 11
 15. 11. 11. 11. 11
 16. 11. 11. 11. 11
 17. 11. 11. 11. 11
 18. 11. 11. 11. 11
 19. 11. 11. 11. 11
 20. 11. 11. 11. 11
 21. 11. 11. 11. 11
 22. 11. 11. 11. 11
 23. 11. 11. 11. 11
 24. 11. 11. 11. 11
 25. 11. 11. 11. 11
 26. 11. 11. 11. 11
 27. 11. 11. 11. 11
 28. 11. 11. 11. 11
 29. 11. 11. 11. 11
 30. 11. 11. 11. 11
 31. 11. 11. 11. 11
 32. 11. 11. 11. 11
 33. 11. 11. 11. 11
 34. 11. 11. 11. 11
 35. 11. 11. 11. 11
 36. 11. 11. 11. 11
 37. 11. 11. 11. 11
 38. 11. 11. 11. 11
 39. 11. 11. 11. 11
 40. 11. 11. 11. 11
 41. 11. 11. 11. 11
 42. 11. 11. 11. 11
 43. 11. 11. 11. 11
 44. 11. 11. 11. 11
 45. 11. 11. 11. 11
 46. 11. 11. 11. 11
 47. 11. 11. 11. 11
 48. 11. 11. 11. 11
 49. 11. 11. 11. 11
 50. 11. 11. 11. 11
 51. 11. 11. 11. 11
 52. 11. 11. 11. 11
 53. 11. 11. 11. 11
 54. 11. 11. 11. 11
 55. 11. 11. 11. 11
 56. 11. 11. 11. 11
 57. 11. 11. 11. 11
 58. 11. 11. 11. 11
 59. 11. 11. 11. 11
 60. 11. 11. 11. 11
 61. 11. 11. 11. 11
 62. 11. 11. 11. 11
 63. 11. 11. 11. 11
 64. 11. 11. 11. 11
 65. 11. 11. 11. 11
 66. 11. 11. 11. 11
 67. 11. 11. 11. 11
 68. 11. 11. 11. 11
 69. 11. 11. 11. 11
 70. 11. 11. 11. 11
 71. 11. 11. 11. 11
 72. 11. 11. 11. 11
 73. 11. 11. 11. 11
 74. 11. 11. 11. 11
 75. 11. 11. 11. 11
 76. 11. 11. 11. 11
 77. 11. 11. 11. 11
 78. 11. 11. 11. 11
 79. 11. 11. 11. 11
 80. 11. 11. 11. 11
 81. 11. 11. 11. 11
 82. 11. 11. 11. 11
 83. 11. 11. 11. 11
 84. 11. 11. 11. 11
 85. 11. 11. 11. 11
 86. 11. 11. 11. 11
 87. 11. 11. 11. 11
 88. 11. 11. 11. 11
 89. 11. 11. 11. 11
 90. 11. 11. 11. 11
 91. 11. 11. 11. 11
 92. 11. 11. 11. 11
 93. 11. 11. 11. 11
 94. 11. 11. 11. 11
 95. 11. 11. 11. 11
 96. 11. 11. 11. 11
 97. 11. 11. 11. 11
 98. 11. 11. 11. 11
 99. 11. 11. 11. 11
 100. 11. 11. 11. 11

Psal. 118.

25

Quantum
 fuerit olim
 desiderium
 honoris à
 Dei incar-
 natione pro-
 nentis,
 Cant. 8.

postulasse, quando ei dixit. Aufer à me opprobrium meum, & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. Homo enim, vt ait Psalm. 48, cum in honore esset, non intellexit. Cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis, hoc est, à maximo honoris fastigio, in quo fuit à Deo collocatus ad summum opprobrium deductus est, cum sic sensualitati deditus fuit, vt ad instar iumentorum intellectu carere visus fuerit. Et in tantum contemptum Dæmonis deuenit, vt serpentibus, & alijs animantibus, in lignis, & lapidibus, & in reliquis gentium spurcitijs pronus ipsum adorauerit, imo & se ipsum in similem abiectiois, & vilitatis statum peculiariter deuenisse Dauid propter peccata, quæ commiserat, arbitratur. Et idcirco à Deo postulabat, vt hoc opprobrium & contemptum à se auferret, humanam naturam ex ipsius genere seu descendenti- bus sibi copulando, & assumendo. Quod idem inferius in eodem Psal. 118. videtur insinuare, cum inquit. Suscipe me Domine secūdū eloquiū tuum, & viuā, & nō confundas me ab expectatione mea. Item Ecclesia Cant. 8. sub nomine spōsæ huius rei cupiditate se flagrare insinuauit, quādo Deo tanquam spōso dixit. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, & inueniam te solum foris, & deosculer te, & iā nemo me despiciet. Cupit quidem eū habere fratrem, quia fratres dicuntur, qui ab eadem progenie originē ducunt. Desiderat deinde eum sugere vbera matris, hoc est, infantem vnus diei lac ex sacrosanctis purissimæ virginis, & ipsius, & eiusdem ecclesiæ matris pectoribus accipientem, vt inueniat ipsum solum foris, quia nec ad partem, nec ad Spiritum sanctum,

sanctū, sed ad solū filiū in assūptione humanitatis ita
 terminata est ipsius dependentia, vt solus ipse carne
 fuerit indutus. Foris, hoc est, extra seipsum, quia, vt
 inquit Dionysius, audendū est hoc pro veritate dice
 re, qđ Deus ex vi charitatis extasim passus est, id est,
 sit extra se ipsum. Ardētissimī nanq; amoris affectus
 est extasis, hoc est, intēssimus amor efficit amantem
 extra se quodammodo exire, vt cōstat in mansueta
 oue contra lupū ravidū pro defensione agni, quē pe
 perit, & summo opere diligit intrepide, & quasi rapida
 leāna insurgentē; & vt patet in timida gallina pro
 pullis suis quasi feroci aquila saeuente. In quibus am
 bobus amoris intensio videtur efficere, vt extra se
 quodāmodo exeant, & id, quod nullo modo in se ha
 bebant, in se nihilominus ostēdant. Ad quē modū in
 incarnatione videtur Deus præ magnitudine amō
 ris extra se foris quodāmodo exiisse; siquidē, quod
 ante eā nullo modo habebat, scilicet, esse mortale, &
 esse passibile, post eandē incarnationē iam habet, ac
 proinde & patitur & moritur. Et hoc sonant ea verba
 Christi ad discipulos, quæ Ioā. 13. referūtur, hempe;
 Sciēs quia a Deo exiuit & ad Deū vadit, & ea quę ip
 se Christus eisdē dixit, relata. c. 16. scilicet, exiui à pa
 tre & veni in mundū. Illa autē sponsa: Et de osculer te,
 quæ sequuntur, innuuntur spōsam desiderare eā idio
 matum & proprietatū cōmunicationē, quæ per admi
 rabilē vnionē humanæ naturæ cum diuina persona
 facta fuit, secundum quam Deus homo passibilis &
 mortalis, & homo similiter Deus immortalis, &
 impassibilis dicitur, quia ibi vna sola est perso
 na, seu suppositum, cui & non naturæ actiones sunt
 attribuendæ. Quæ communicatio aptè per eam sig
 nifi-

26
*In incarna
 tione vide
 tur Deus
 quodāmo -
 do à se exiij
 se.
 Dionys.
 Simile.*

*Ioan. 13.
 Cap. 16.*

& hauserunt aquã de cisterna Bethlehẽ, eãque attulerunt ad illũ: quã tamen ipse noluit bibere: quia nimis rã ea aqua non erat illa, quã ipse tã ardentẽ sitiebat, & optabat, sed illa de qua dictũ est; Sicut pluuia in vellus descẽdisti, & quã quasi imber serotinus in virginẽ misericordiã & gratiã matrẽ, veluti in sacratissimã cisternã descẽdit, filius nẽpe Dei, de quo Isaias. c. 45. dicebat; manifestans etiã in se idẽ desiderũ; Rorate celi desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ. Quibus verbis propheta vtrũque, scilicet, cælũ & terrã inuocabat, significans vtrũque etiam ad hoc incarnationis mysterium concurrere debere. Quia per Dei concursum aperiẽte se terra per voluntatis humilissimã virginis consensum, quando ipsa dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum, ros ille cœlestis, & diuina illa pluuia erat descensura, & in eiusdem Virginis purissimum vëtrẽ quasi in purissimam cisternam recipienda. Conuenienter autem comparatur Virgo sanctissima cisternã: quia sicut in cisterna ea solum aqua reperitur, quã de cœlo descendit, & non quã in terra nascitur, sic etiam penẽ nihil terrenum in Virgine, sed ferẽ quidquid in ipsa reperiebatur, cœleste erat. Accommodatẽ etiam pluuia confertur Deus, quia sicut illa pluuia est aqua minime suavis, imò aspera hominibus, antequam in cisternam decidat, in quã tamen descendens, ibidemque requiescens, suavis iisdem hominibus & grata efficitur; similiter antequam Deus in purissimum Virginis matris vëtrẽ fuisset ingressus, asperum & terribilem se hominibus exhibebat. Quapropter Deus vltionum Dominus tunc dicebatur: postea vero iam homo

Isai. 45.

Luce. 1.

28

Quã pius
& mansuetus
Deus
manserit
postquam
homo factus
est.

Simile.
Psalm. 93.

K

factus

factus adeò mitem, placidum, & benignum se ostendit, vt à Diuo Paulo pater misericordiarum, & *2. Corin. 1.* Deus totius consolationis merito appelletur. Antequam Deus in matris uterum introiret, erat vt fluuius rapidus extra aluenm, seu extra matrem inundans, qui, quia turbidus est, & rapido cursu fertur, ipsum aspicientibus maximum timorem incutit, & ingentes strages edit. Postquam verò ad alueum reuertitur, ita suauiter fluit, tamque placidum, lucidum, & perspicuum se exhibet, vt ipsum videntes, maxima delectatione afficiat. Ad quem modum Deus, qui ante incarnationem ille erat, de quo Amos capit. 3. dicebat; Leo rugit, quis non timebit? Post eandem incarnationem de eodem dixit Ioannis Baptista *Ioan. 1.* Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Et qui antequam homo fieret dicebatur à Moyse *Deuteronom. 10.* Deus magnus, & potens, & terribilis, & à Dauid *Psal. 75.* Tu terribilis es, & quis resistet tibi. Quod mirum non erat siquidem tanto timore, & metu homines tunc afficiebat, vt filij Israel *Exod. 20.* Moyse dicerent; Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Postquam autem in purissimæ virginis matris uterum ingrediens, homo factus est, adeò suauem, & gratum, placidumque se hominibus exhibuit, vt sicut refertur *Ioan. 7.* in die magno festiuitatis in medio magnæ multitudinis clamauerit. Siquis sitit, veniat ad me, & bibat. Hanc igitur aquam cisternæ Bethlehem quam Dauid præuidens Christi ex Virginis utero natiuitatem iuxta eiusdem portam, considerabat, se vehementer sitire, ostendebat, cum ea verba di-

xit. O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam. Quanto autem ardentius erat huius aquæ desiderium, quo David flagrabat, tanto maiori dolore afficiebatur, timens, ne forte propter suum peccatum tantum bonum mundo denegaretur. Et ne ex eius carne tam graui peccato infecta & contaminata, Deus (sicut fortasse conditionaliter promiserat) carnem non assumeret.

Imo videtur dæmon in Dauide, cui sub iuramento de ea re facta fuit repromissio, hoc peculiater procurasse cum illum, vt in peccatum tam turpe incidere, induxit. Sed aliter quam ipse putauit, euenit. Nam docet Alexander Alensis. 3. p. q. 74. memb. 2. ex sententia Bernardi. 5. & 17. super Cant. Luciferum præuidentem hominem esse Deo personaliter vniendum, illud in cœlo maxime repugnasse. Quod idem existimat Lactan. Firmianus libr. 2. cap. 9. Et deduci potest ex Diuo Paul. Hebr. 1. vbi inquit; Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. In quibus verbis diligenter ponderandum est, illud aduerbium, iterum, quo significari videtur ante Christi natiuitatem ex virginis vtero, iam fuisse à Deo introductum, per reuelationem, scilicet, quando nimirum vbi primum Angelos creauit, eisdem iussit, vt sacrosanctam eiusdem humanitatem adorarent, dicens; Et adorent eum omnes Angeli: iuxta quod sic verba Pauli ordinari possunt. Et cum introduxit primogenitum, iterum dixit, & adorent eum, &c. Quo etiam modo videntur intelligenda ea eiusdem Apostoli. 1. ad Timoth. 3. nempe. Quod manifestatū

29
Dæmon per
hominis pec-
catum cura-
uit impe-
dire myste-
rium incar-
nationis.

Alexand.
Alens.
Bernar.
Lactant.
Hebra. 1.

1. Timor. 3.

est in carne, apparuit Angelis. Antequam videlicet, in carne manifestaretur. Dæmōn ergo ille nequissimus cum cognouisset humanam naturam Diuini Verbi incarnatione esse tanta sublimitate, & excellentia afficiendam, inuidia contabescens eam in Adamo communi omnium parente peccati macula & turpitudine coinquinare procurauit: vt vel sic Deus sordidam, & fædatam humanitatis vestem respueret, eandemque non indueret. Cæterum hoc idem ad tale benignitatis opus adiumentum, seu occasio fuit; Nam si homo non peccaret, Deus homo factus non esset, vt Augustinus Sermo. 36. & de verbis Apostoli Sermo. 8. Et Diuus Thomas, 3. parte. quæst. 1. artic. 1. & multi alij Doctōres asserunt. Ex peccato itaque factum est, vt plus Deus pro homine, quàm pro Angelo fecerit. Quod non ita est intelligendum vt dicamus propter peccatum plus hominem, quàm Angelum dilexisse: sed sicut pater plus in seruum infirmum, quàm in filium sanum insumit, plus in hominem, quàm in Angelum insumpsisse, vt docet idem Diuus Thomas. 1. p. q. 2. art. 4.

Ad hūc ergo modum videtur dæmon procurasse Dauidem, cui sub iuramento incarnationis diuini Verbi facta fuit repromissio, peccati turpitudine & fæditate inficere & maculare, vt vel sic ipse de talis beneficij receptione desperaret, & se omnino faceret indignum de cuius progenie Deus carnem assumeret. Veruntamen tantum abfuit vt ipsius peccatum esset impedimentum ad hoc, vt promissio illi facta adimpleretur, quod potius illud idē peccatū oppositi fuit occasio. Nā Dauid, qui se tā coinquinatū &

³⁰
Quia bo-
mo peccauit
Deus eius
naturam as-
sumpsit.
August.
D. Thom.

Quanta bo-
na occasio-
naliter ex
suo peccato
Dauidi pro
uenerint.

& immundum cognouit, vt dixerit. Amplius & multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, ſic per pœnitentiam omnem abſterſit maculam & ita mundus factus eſt, ſicut ait Chryſoſtomus homilia ſeptuageſima ſeptima, ad populum Antiochenum, vt poſteriorum ſuorum defunctus etiam peccata corrigeret, & cum de Abrahamo, cui etiam promiſſio facta eſt, & de quo non dicitur; ſicut de Dauide, fuiſſe peccatorem, dictum fuerit. Memor fuit teſtamenti ſui, quod habuit ad Abrahamam puerum ſuum. De Dauide tamen maius aliquid dixit Deus. Propter Dauid ſeruum meum, protegam ciuitatem iſtam. Et cum Salomon & plures filij Dauid meriti eſſent, vt regnum ab eis auferret, ſæpe dixit Dominus, propter Dauid non auferam. Et hoc Pſal. 80. ipſe Dauid ait ſibi promiſſum, cum inquit. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo nec profanabo teſtamentum meum. Qua in re Dauid Abrahamæ præpoſitus eſt, dum illi hoc Deus conceſſit priuilegium, vt nullo peccato, aut proditiōe filiorum, eius regnum ac progenitura à ſucceſſoribus auferretur. Sicut ſolent Reges aliquibus & principibus concedere, vt nulla culpa eorum maioratus & progenitura amitti poſſint, & cum regulariter Dei promiſſio ea conditione facta intelligatur, ſi nimirum ille, cui facta eſt, in iuſticia perſeuerauerit (vt conſtat Ezechiel. 12. & 1. Reg. 2. vbi dicit Dominus ad Heli. Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternum, nunc autem dicit Dominus, abſit hoc à me &c.) Dauidi tamen promiſſio abſolute conceditur, etiam ſi filij eius

*Chryſoſt.**Pſalm. 80.**Simile.**Ezech. 12.
1. Reg. 2.*

32 *Peccatum
Davidis oc-
caso illi
fuit, vt pro
missio illi à
Deo facta
firmior m̄a
serit.* peccauerint, tantum enim apud Deum peccati sui pe-
nitentia valuit. Peccatum igitur occasio fuit, vt pro-
missio illi à Deo facta certior & firmior extiterit. Qua
propter multo aliter dæmoni euenit, quam ipse for-
tasse existimauit, & prætendit. Penitentia autem
magnitudo, & doloris acerbitas, quæ in ipso fuerunt
reperta, ex eo prouenerunt, quod vehementer per-
timescebat, ne propter suum peccatum (id quod plu-
rimi homines dictabant) Deus ex sua progenie, &
familia humanam naturam sicut promiserat non as-
sumeret, ac propterea ab eodem efflagitabat, vt sibi
misereretur, seque ab iniquitate abstergeret & munda-
ret, vt hoc faciendo, misericors in miserendo, & iu-
stus in stando promissis ab omnibus iudicaretur.
Quod quidem ita factum est, & eius iustitia sine
lege manifestata, quæ a lege & prophetis fuerat testi-
ficata, vt ait Apostolus Rom. 3.

Rom. 3.

33
*Toti Trini-
ta: i gloriosa
fuit diuini
verbi incar-
natio.*

Gloriosius etiam dæmonis victor filius Dei erat
merito iudicandus, si propriam personam humanæ
naturæ communicaret; id quod ipse dæmon in cælo,
vt dictum est, maxime impugnabat, & in terra sum-
mopere, vt ex dictis patet, impedire conabatur. Glo-
ria quidem fuit in hoc incarnationis mysterio patris,
filij, & Spiritus sancti eximia. Quippe cum in eo
infinita patris veritas incomprehensibilis filij bonitas,
& Spiritus Sancti immensa omnipotentia fuerit os-
tensa. De veritate constat, quia pater æternus veris-
simum se in tanta promissione adimplenda exhi-
buit, cum iustitia, quæ à lege & prophetis fuerat testi-
ficata, sine lege manifestata sit, vt ait Apostolus loco
proxime citato. Immensa item filij bonitas per eius-
dem personæ communicationem humanæ naturæ fa-

ctam,

etiam est significata. Nam cum bonum sui sit diffusi-
uum & de se sit communicabile vt ait Dionysius, &
omnes Theologi cum eo fatentur, fit, vt bonum in-
finitum, & substantiale, quale bonum est ipsa Dei es-
sentia, seu natura sit etiam infinite & essentialiter cō-
municatum vt re vera est, in ea cōmunicatione, quæ
in tribus diuinis personis reperitur. Quia vero diui-
na persona seu suppositum, bonum similiter infini-
tū est, quod tamē bonū alteri personæ diuinæ creato-
ri nimirum cōmunicari non potest. Eiusdem in fi-
nitam bonitatem decuit, vt creaturæ humanitati sci-
licet, per eiusdē humanitatis assumptionē ad vnionē
hypostaticam cōmunicaretur. Manifestata est deni-
q; in hoc incarnationis mysterio, infinita spiritus san-
cti potentia cum de eo ab Angelo fuit dictū Virgi-
ni interrogāti. Quomodo fiet istud. Spiritus sanctus
superueniet in te &c. Luc. i. Fuit enim à diuina sapiē-
tia institutū, vt persona Spiritus sancti quæ in Trini-
tatis mysterio nō dicitur, vt pater filii generare, nec
vt pater & filius Spiritum sanctum spirare (quæ ope-
rationes sunt infinitæ) in incarnationis mysterio di-
catur superuenire, vt cum hoc etiam opus infinitum
sit, æqualis & infinitæ potentia esse sicut pater & fi-
lius ostendatur, nec de re tam certa aliquo dubi-
tetur. Merito igitur gloriosus dæmonis victor, filius
Dei, qui in hoc apparuit, vt dissolueret opera
diaboli, iudicandus erat, cum huma-
nam naturam hypostatice
copularet.

Dionis.

Luc. i.

E X P L I C A T I O S E X T I versus.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Hoc est: Congruum est autem, ut ad indulgentiam peccatorum meorum facilis sit misericordia tua ob innatam peccandi pronitatem. Ecce enim cum iniquitate conceptus sum, & statim ut me mater mea concepit, peccatum mihi adhæsit.

Inducit in hoc versu aliam rationem ex humana miseria, fragilitateque desumptam, ut Deus ab iniquitatis contaminatione, & à peccati immunditia ipsum purificet, eique veniam impertiatur; & ea est, laua & munda me Domine, quia in peccatis, & in iniquitatibus conceptus fui. Siquidem, quia primordio vitæ in ipso matris ventre iniquitatis peccati que maculam contraxit à te solo, & non ab alio lauari & mundari potest. Quod quidem verissimum est, quia quis potest facere mundum de immundo conceptum semine nisi tu, qui solus es (ut ait Iob, capit. 14.) seu ut alia translatio habet, nisi tu, cum solus es, hoc est, quando sponsa per sacrosanctum incarnationis mysterium (quod ipse vehementissime desiderabat) te inuenit solum foris, ut in explicatione præcedentis versus paulo supra est declaratum. Si quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu, ut ait Horatius Flaccus, si ex lana tineta, difficillime primus

Solus Deus potest mundare eum, qui de semine immundo conceptus est. Iob. 14.

Horatius. Simile.

mus color, quo est affecta, depellitur, si denique ea quæ cum lacte percipiuntur maximo etiam cum labore difficillime superantur. Quid asserendum erit de vitijs, quæ lacte ipso sunt antiquiora, quæ in ipso matris utero iam erant, & inde cum homine prodierunt? Quidue de malitia originalis peccati eidem homini nativa, & a vitæ primordio ipsimet insita, erit similiter dicendum? Profecto nemo potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi solus Deus, & propterea David postulans ab eo, ut ipsum emundet, se in iniquitatibus conceptum fuisse, eidem significat. Similiter etiam Psalm. 55. ait, Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. Hoc est, primus ille homo Adam debita consideratione carens, non solum se, sed me & vniuersum hominum genus peccati fæditate quasi pedum sordibus infecit, & culpæ veneno contaminauit. Mihi igitur in tanta obsecratione & in miseria constituto tu Deus misericordiam impertire.

Vocat autem David originale peccatum, de quo hic loquitur cum sit vnum, multa peccata & multas iniquitates, quia ipsum, ut nonnulli Doctores egregiè adnotarunt, licet vnum simpliciter sit, in virtute tamen, & energia, quia omnia continet, multiplex, seu multa appellari potest. Nam ex illo quasi ex radice & veluti mortis fonte reliqua omnia deriuantur. Ex eo enim deordinatio & discordia omnium animæ potètiarum earumque dissipatio, & destructio oriuntur. Sicut namque modicum fermentum, ut ait Paul. totam consersionem corrumpit & acidam efficit: sicut item sumptum in potione venenum per omnia membra diffusum eadem inficit; ita similiter illius

Psalm. 55.

²
Quare conceptus in peccato originali, in iniquitatibus conceptus dicatur.

Simile.

1. Cor. 15.

3
*Incommo-
 da & mala
 ex origina-
 li culpa in
 homine sub
 secuta.*

Eccles. 17.

Simile.

4
*Quid iusti-
 tia origina-
 lis in homi-
 ne fecerit.*

peccati fermētū & venenū mortiferū per omnes ani-
 mæ potentias dispersum & diffusum, eas evertit, &
 contaminat. Prima & inter cæteras principalis homi-
 nis potentia nimirum intellectus adeo est obscuratus
 vt ea, quæ Dei sunt, nō intelligat, nec ad ipsū extolla-
 tur, imo in cogitationibus suis euanescat, & om-
 nem mentis aciem, & acumen deorsum in terram
 deijciat. Memoria autem mirum in modum est dissi-
 pata, & in infinita propemodum diuisa, nec tamen
 vnquam Dei, & iudiciorum eius recordatur. Cæ-
 terum ex vniuersis animæ potentijs ad cognitio-
 nem concurrentibus inquietissima existit imagina-
 tio, & rationi maxime repugnans. Nec breuissi-
 mo temporis spatio in rerum diuinarum considera-
 tione seu cogitatione detineri potest. Mirum nam-
 que in modum inquieta per totum orbem discut-
 rit & instar folij, quod vento huc atq; illuc rapitur,
 circumfertur. Iam vero quid de appetitus corruptio-
 ne, & destructione dicendum est? Nullum quidem
 sterquiliniū tanta seditate & horrore plenum, nullus
 lacus adeo lutulentus, & scæno refertus, qui tam pe-
 stiferos vapores ex se emittat; Vnde accommodate di-
 xit Ecclesiasticus. cap. 17. Quid nequius, quam quod
 ex cogitauit caro, & sanguis? Quis nāque poterit ex-
 plicare variam & infinitam spurcitiarum multitudine-
 nem? Quid turpium voluptatum, delectationumque
 pessimarum inuentiones? Horum quidem, & aliorū
 defectuum causa est originale amisisse iustitiam.
 Sicut enim caro sale à corruptione præseruatur, quo
 deficiente, in corruptionem paulatim ruit, sic in
 natura humana, quæ eadem originali iustitia ab
 interitu & morte præseruabatur, illa amissa, facul-
 tates,

tates, & vires naturales fuerunt in destructionem
 dissipationemque miserabiliter deiecta. Ex qua ra-
 dice consequenter aliud malum procedit, amor, nēpe,
 proprius originalis peccati primogenitus. Illud
 enim efficit, vt homo a Deo oculos auertat, & in pro-
 priū sui amorē conuertat, atque vt plus se & omnia
 sua, quam Deū ipsum diligat. De quo amore Augu-
 stinus merito asseruit, quod est radix, & fomes pecca-
 torum omnium. Nec enim aliquis peccat, nisi propter
 bonū aliquod, quod sibi inordinate amat, & potius
 quam Deum, & eius obedientiam eligit. Ex qua itē
 miseria, alia non minor originem duxit, nimirum ho-
 minem à præclara sui generis nobilitate degenera-
 se, & tanquam bestiam in bestiarum consortiū tran-
 sisse. Quam calamitatem deplorabat propheta di-
 cens: Homo cum in honore esset, nō intellexit, com-
 paratus est iumentis insipientibus & similis factus est
 illis. Nam, vt alia multa silentio prætermittamus, in
 quibus homo merito bestijs conferri potest, quem-
 admodum ipsæ nihil quærunt, nihil desiderant, ni-
 hil amant præter sensibilia bona, quia aliorum ca-
 paces non existunt, sic homines (quæ sua culpa &
 error est) in brutarum animantium ingenium, &
 conditionem deuenerunt, quippe cum nihil cogi-
 tent, nihil expetant, nihil curent, nihil doceant, nihil
 denique nisi terrena bona sapiant. Non recordatur,
 nec perpendunt se homines esse, nec se à Deo vsum
 rationis accepisse, nec diuinæ sapiētiae lumē ipsis ef-
 fulsisse. Non considerant diuinæ legis præcepta & si-
 ne spe alterius vitæ viuentes, quasi irracionales pecu-
 des bona, & mala omnia vtilitate, vel detrimēto cor-
 poris metiuntur. Licet enim intellectū & rationē ha-
 beant,

⁵
 Quid sit a-
 mor proprius
 & quid in
 homine fa-
 ciat.
 August.

Psalm. 48.

beant, quibus pecudes excellunt, quid tamē illis prodest eadem habere, nisi vt ipsis sensuali turpitudini carnis interuiant? Quapropter non solum miser homo in bestiam conuertitur, sed peior ipsa efficitur. Bestia nāque semel est bestia, homo verò bis, nempe appetitu & ratione eidem inseruiente, bestia redditur. Quę igitur maior miseria esse potest, quàm quod homo Christianus, qui supra Angelos se extollere potest, se potius in statū brutarum animantium præcipitet? Mansit certe homo post ruinam factus iumē tis similis, gratuitis expoliatus, vulneratus in naturalibus, Dei inimicus, filius irę, & ab æternis beatitudinis bonis exclusus. Quemadmodū Iob postquam diuina permissione Dęmonis potestati fuit traditus; amissis rebus omnibus, gregibus, & armentis igne de cęlo immisso consumptis, domibus in terram deiectis, filijs mortuis, vlcere pessimō à planta pedis vsque ad verticem eius ipse percussus, ad desiccāda vulnera non molliculis linteolis vtebatur, sed testa immundam saniem radebat. Sic affecta remansit nostra anima postquam per peccatum originale dęmonis potestati fuit tradita & homo similiter, qui gratuitis expoliatus est bonis in naturalibus vulneratus, de paradiso voluptatis in mundi huius sterquilinum eiectus, & tam pauper effectus, vt nihil aliud habeat, quo possit immundam suę malę inclinationis saniem radere, & excipere, quam confractam testam liberi arbitrij; quod licet libertatem habeat, vt ad breue tempus peccato non consentiat, non tamen habet libertatem, vt non tentetur aut ad malum sollicitetur. Tot ergo ac tantis miserijs affectus in lucē prodit homo ex ventre suę matris, quę cum in iniquitatibus,

6
*Qualis homo post peccatum māsērit.
 Simile.*

tibus, & peccatis concepit, vt de se Dauid hic asserit significans, vt hoc loco explicat Cornelius Iansenius, congruum esse, vt ad indulgentiam suorum peccatorum facilis sit diuina misericordia ob innatam in ipso peccandi pronitatem, quia statim vbi eum mater concepit, peccatum eidem adhaesit. Qua ratione Deum clementer, & benignè cum hominibus agere, sic Ecclesiasticus. c. 18. exposuit. Vidit praesumptionem cordis eorum, quia mala est, & subuersionem illorum, quia nequam est, ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam equitatis: misericordia hominis ad proximum suum, misericordia autem Dei ad omnem carnem.

Quæret tamen hic aliquis, quomodo Dauid in iniquitate originali reliquas omnes virtute & energia continentem sit à matre conceptus: siquidem quo tempore mater prolem concipit, non est in conceptu rationalis anima, vt omnes concedunt, imò post corpus conceptum, formatum, & distinctum transactis iam à conceptione, in masculis quidem quadraginta, in foeminis verò pluribus alijs diebus, eidem corpori infunditur. Cum autem peccatum esse non possit, nisi in anima, & ipsa quando mater concipit fatum ibi non sit, quâ ratione dici potest in peccato concipi fetum? Ad hanc tamen quaestionem, vt satisfiat, breuiter notandum est, in semine peccatum originale virtualiter, seu quod idem est, concomitanter contineri: ad hunc, scilicet, sensum, vt pote, quia in semine continetur natura humana, quam peccatum originale consequitur. Id quod colligitur ex D. Thoma. 1^o. quaest. 81. art. 1. seu, vt etiam deducitur ex D. Anselmo. 1. lib. de conceptione Beatæ Mariæ, est aduertendum ad hunc sensum in conceptione seminis dici esse peccatum, quia

Eccles. 18.

7
Dubitatio.8
Dubitatio-
nis solutio.D. Thom.
Anselm.

9
 Peccatū ori-
 ginale nec
 in corpore,
 nec in ani-
 ma separa-
 ris, sed in il-
 lis iunctis re-
 pertū fuit.
 Simile.
 Simile.
 Simile.

Gen. 2 & 3

quia in eo concepto est quedam necessitas ad cau-
 sandum peccatum originale in anima, vbi primum
 eidem fuerit coniuncta. Sicut enim ex aqua & terra,
 quæ per se sumptæ non inficiunt, fit lutum infectionē
 in se continens, sic ex anima & corpore, quod ab ea-
 dem anima separatum, peccatum originale non ha-
 bet, fit quando vniuntur, homo originali culpa infe-
 ctus. Sicut rursus atramentum fit ex gaila & vino al-
 bo quorum nihil per se est nigrum, vtrumque tamē
 vnitum, coniunctumque simul nigredinem efficit:
 sic similiter in proposito contingit. Sicut denique
 ex silice & ferro ignis elicitur, qui tamen nec inferro
 nec in silice formaliter existit, sed ad vtriusque motū
 seu tactum producit: ad eundem etiam modū nec
 in anima per se sumpta & multo minus in corpore
 inest formaliter peccatum, quod tamen ex vtriusque
 coniunctione cōtrahitur. Cuius rei ea est ratio, quia
 nimirum cum corpus, seu semen, & similiter anima
 quando vnumquodque per se sumitur, non sit ho-
 mo, sed ex vtroque simul coniuncto, & vnito compo-
 nitur, tunc solū homo esse incipit, & Adæ filius quan-
 do vtrumque nimirum corpus & anima coniungun-
 tur. Dicitur autem quando semen concipitur, homo
 in peccatis concipi, quia tunc aliquid fieri sapenu-
 mero in sacris literis dicitur, quando fit id, ad quod
 illud idem necessario consequitur. Ad quem modū
 dixit Deus Adamo vt Genesis. 2. refertur. In quacum-
 que hora comederitis de ligno scientiæ boni & mali
 moriemini. Non quia vbi primum de illo comed-
 erunt, mortui sint: siquidem vixit postea Adam non
 gentis & triginta annis, sed quia vbi primum com-
 edit, necessitatem moriendi cōtraxit. Quo modo vbi
 primum

primum semen est conceptum, peccatum contractū esse etiam dicitur, quia necessitas ipsum formaliter postea contrahendi, contracta est. Ad quem modum hunc locum explicat autor Incognitus.

Incognitus

Adiicit autem David ad suam miseriam magis amplificandam, postquam dixit se in iniquitatibus conceptum esse, matrem suam in peccatis ipsummet conceptisse, ut fortasse significet parentes eius in ipsius conceptione etiam peccasse. Licet enim actus matrimonialis sæpenumero sine culpa fiat, præsertim cum causa generandæ prolis, & soluendi debiti exercetur, ut docet Diuus Bonauertura in. 2. d. 31. nihilominus tamen, quia ut ibidem dicit Magister, post peccatum, non potest fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia, quæ semper vitium est, & etiam culpa, nisi per bona cōiugij excusetur. Et quia etiam, ut ait Augustinus. 14. de Ciuitate Dei, genitalis corporis partes, ita libido suo iuri mancipauit, ut moueri non valeant, si ipsa defuerit, & ad Valerium: Honestas concubitus, non est sine ardore libidinis (quod quidem ut explicat Diuus Bonauent. intelligendum est de libidine prout pruritus carnis est, & non prout est improbitas voluntatis, qua ratione potius est hominis pæna quàm culpa.) Inde fit, quod interdum, imò sæpe parentes, qui antequam generent peccatores sunt, in ipso etiam generationis actu per admixtum excessum peccatores existant, quod in maximam calamitatem, & miseriam prolis generatę redundat, quam miseriam fortasse commemorat David, cum dicit, Et in peccatis cōcepit me mater mea. Ad quod conducit id, quod Marsilius Ficinus asserit, dum docet natura comparatum esse, ut corpus &

10
An in copula matrimoniali sit peccatum.

D. Bonauert. Magis. Sct.

August.

Marsil. Ficin.

11
Motus corporis in animam penetrat, & anima in corpore

anima

anima proportionem quadam harmonica cōgruant, motusque corporis in animam, sicut & animę in corpus (quod medici etiam affirmant) facillime & vehementissime penetrent. Ideoque licet non educatur anima filij, aut à corpore, aut ab anima parentis, ut orthodoxi tenent, corpus tamen tale, & cum tali quadam procliuitate à tali, vel tali corpore parentis educitur: Procliuitatis verò, & propensionis ipsius corporis, redditur anima propter cognationem quãdam affectumque erga proprium ipsius corpus, quodammodo particeps, præsertim secundum vim eiusdem animæ inferioris, quæ corpori propinquat, multumque consentit. Deinde vis superior animæ naturali quodam amore, sæpe obsequitur inferiori, sicut fermè illa corpori. Obsequitur, inquam, quasi similiter, sed non æque. Motus enim qui in anima actio est, fit in corpore passio: Qui in corpore passio est, fit in animo sensus atque compassio. Hinc igitur fit, quod parentum propensiones, & qualitates naturales: imo & mores ipsi sapissimè in filiis reperiantur. Quod insinuant sacræ literæ, non illepidis similitudinibus. lib. 4. Esdræ ca. 9. ubi habent, qualis ager, talia & semina, quales flores, tales & tincturæ, talis operator, talis & creatio, & qualis agricola, talis & cultura. Vnde etiam extat illud Theognis.

r2
Propensio-
nes & mo-
res parentū,
in filiis sæ-
pe reperiun-
tur.

4. Esdr. 9.

Theog.

οὔτε γὰρ ἐκ σκίδης ῥόδον φέεται, οὔθ' ὑάκινθος ἔσθ' ἐκ δούλης
πέτρων ἐλευθέριον.

Hoc est. Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus.

Homer.

Sed neque ab ancilla filius ingenuus. Hinc est illud Prouerbum Homeri Odissæ libro. 4. ad significandam

candam alicuius duritiem maxime vsurpatum, nepe
 è quercu è saxi natus. Iuxta quod Virgil. li. 8. Aenei *Virgil.*
 dos ait.

Gensque virum tuncis & duro robore nata.

Quem imitās Ouidius in ea, quā Didonis ad Ae- *Ouidius.*
 neā fingit esse Epistolam inquit.

Te lapis & montes innataeque rupibus altis

Robora, te seuæ progenerere fera.

Ad quem etiam modum Iuuenalis satyra sexta sta *Iuuenal.*
 tim post principium, sic scribit.

Viuebant homines, qui duro robore nati, &c.

Et similiter Status Papinius lib. 1. Siluarū in Epi *Papinius.*
 thalamio Stellæ & Violantillæ.

Duro nec enim ex adamante creati

Sed tua turba sumus.

Dicit quoque Theocritus Idylio. 18.

Theocritus.

ἀργε πῶτι καὶ συγγέ κανάς ἀνάθρεμμα λεάνας λάϊνε πάι.

Dure puer quem crudeles peperere leanae,

Saxee seuæ puer. Vt habet Eobani traductio. Quin *Eoban.*
 tilianus item ait generosioris arboris statim planta *Quintil.*
 cū fructu. Nec ab simili forma Horatius lib. 4. Carm. *Horat.*
 Ode. 4. habet.

Fortes creantur fortibus & bonis:

Est in iuuenis, & in equis patrum

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquila columbam.

Quibus carminibus, quod prædicti autores translati
 tie de filiorum propensionibus, & moribus obscurius
 significarunt, expressius declarauit. Quod & illud
 Prouerbiū similiter facit, nimirum, mali corui ma-
 lum

Prouerb.

- Gellius.* lum ouum. Cuius meminuit Gellius lib. 5. cap. 10. Cū Diogenes Cynicorum princeps ebrium in foro vidisset, illius, inquit, pater ebrius fuit, vt refert Laertius. *Philostrat.* Philostratus in Aristide tradit quemdam Iophitam hoc Prouerbio Alexandrum notasse, quod patris ambitionē imitaretur, nēpe, filius est patris. Ad quē modū *Martialis* miratur, q̄ filia cuiusdā ebriosis aquā biberet, dū inquit li. 6. Epigrāmātō ad Catullū.

Miror quòd Bassi filia potat aquam

- Euripides.* Clarius tamen & sine vlla figura hanc eandem sententiam tanquam celebrem Euripides extulit.

φῆν φῆν παλαιός αἰ νόσ καλῶς ἔχει
ὄνκ ἂν γένοιτο χρῆσθός ἐκ κακῶν πατρῶσ.

Heus heus, vt illud dicitant, recte probum

Patre ab improbo non posse nasci filium.

Aristotel.

¹³
*Ex bonis ho-
minibus bo-
ni homines
generantur*

Aristoteles etiam lib. 1. Politicon capit. 4. ex quorundam sententia ait, sicut ex hominibus hominem & ex bestia bestiam, sic ex bonis bonum generari. Et lib. 3. cap. 8. Consentaneū est ex melioribus ortos esse meliores. Et in præceptis rhetorices de causis ciuilibus, nemini est obscurum qui ex bonis clarisq; parentibus nati sunt, eos consentanee fieri suis maioribus non dissimiles. Cicero etiam pro Roscio Comcedo. Nemo, ex improbo patre, probū filium nasci potest existimare. Et Fabius Quintilianus libro. 5. de argumentis, scribit argumenta sæpe à persona & genere esse ducenda: nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeste turpiterque viuendum inde causæ fluūt. Sed iam ad sacras literas deueniamus, quæ passim hanc sententiam nūc subobscore, nunc vero expresse confirmant. Habetur enim Hierem. 30. Vuas

Hiere. 30.

acerbas

acerbas comederūt patres, & filiorum dentes obſtu-
 puerunt. Ezech. 16. Radix tua & generatio tua de ter-
 ra Chanaā: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Ce-
 tæa, de Iudæis, ſcilicet Hieruſalem habitantibus, qui
 tales mores habebant, ac ſi talē patriam & parentes
 haberent. Et Sapien. 3. de impijs & ijs, qui ſapientiā
 abijciunt, nequiſſimi filij eorum, quali nequiſſimo-
 rū nequiſſimi etiam ſint filij. Et Matt. 7. Non poteſt
 arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bo-
 nos fructus facere. Quod ita accipiendū eſt nō quod
 neceſſe ſit ex improbis parentibus improbos etiā na-
 ſci filios, aut ex probis probos cum mores non ex na-
 tura proueniāt, ſed quod crebro accidat vt mores ip-
 ſas propenſiones ſequantur, quæ ab ipſis parentibus
 ingenerantur. Quod idem peculiariter de matre (de
 qua etiam ſolum hic Dauid mentionem fecit præter
 miſſo patre) dicitur Ezechiel. 16. vbi habetur: Sicut
 mater, ita & filia eius. Quia vt eſt in prouerbio.

Ezech. 6.

Sap. 3.

Matth. 7.

14

Matris mo-
res in filia-
bus ſepiſſi-
me reperiri
tur.Ezech. 16.
Prouerb.

Inſequitur leuiter filia matris iter.

Vnde Paris ad Helenam apud Ouidium, vt etiam
 ſacra profanis miſceamus, ait.

Ouidius.

Vix fieri, ſi ſint vires in ſemine morum,

Et Iouis & Lædæ filia, caſta poteſt.

Quod etiam reſpicit illud Horatij lib. 2. Carmi-
 num Ode. 4. nempe.

Horatius.

Neque ſic fidelem

Sic luero aduerſam potuiſti naſci

Matre pudenda.

Quali diceret, ſi à matre impudica naſceretur,

L 2

talis

15 *Ex mala matre filius im-
probus peculiariter generatur.*
talibus non euaderet. Et illud Virgilij Ecloga. i. in Bucolicis, nimirum.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos. *Noram.*

Cuius autoritate Columella libro .3. rei Rusticæ, ait: Nihil dubium, quin ipsa natura sobolem matris similem esse voluerit. Peleus quoque Euripides in Andromache in hanc sententiam dicit, quæ sequuntur.

κατὰ μὲν ἢ ὄσων τῶ γαμοῦντι μίτεροι
κνῆσιν σὺν ἄλλοις, μὲν τε δ' ὁμοίαν λαβῆν
κατὰ ἢ ἰσχυραῖος πόλων. hoc est.

16 *Videtur filius similior esse matri, quam patri.*
Et ego quidem loquebar te ambiète affinitatem, nunquam tecum affinitatem contrahere, nec intra domum accipere malæ mulieris pullum, idest filium, qui sæpe matri solet esse peculiariter similis, ac proinde malus si ipsa etiam talis existit. Colligi autem potest peculiaris similitudo inter matrem & filios reperta ex peculiari etiam amore, quo intensius quam pater ipsos diligit, quippe cum amor ex similitudine maxime procedat, & omne animal diligat si

17 *Similitudo est causa amoris.*
Eccles. 13.
Ales.
bi simile, vt habetur Ecclesiastici .13. Id quod etiam docent infiniti propemodum autores, & præcipue Ales plurimis in locis præsertim libro. 8. Eth. capite. 1. vbi inquit. Quidam similitudinem quandam amicitix esse poluerunt, & similes esse amicos. Et libr. i. capite. ii. vbi idem docet, citatque Empedoclem, qui quidē simile appetere simile dicebat.

18 *Plus diligit mater filium, quàm pater.*
Cum ergo matrem maiori amore, quam patrem filios diligere ex diuinis literis, & ex ipsa experientia constet, plane asserendum videtur filios eidem matri similiores existere. Quod autem eos inten-

fiori

fiori amore matres, quam patres diligant, ostendi potest ex eo, quod ut habetur Esai. 49. volens Deus *Esai. 49.* suum infinitum amorem in hominis exaggerare, eum maiorem esse, amore matris in filium, dixerit. Nunquid, ait, obliuisci potest mater infantis vteri sui, quæ peperit, & si illa oblita fuerit, ego nõ obliuiscar? Cũ vero amoris patris Dei amor nõ fuerit collatus, nec grano sinapis mons magnus cõterri soleat, magnus profecto amor matris & maior, quã patris esse manifestatur. Id quod. 2. Reg. 1. Dauid etiã significauit, cum volens suum magnum in Ionatham amorem declarare, non inuenit alium, cum quo ipsum cõpararet, nisi amorem matris in filium, & dixit, sicut mater vnicum amat filium suum, sic ego te diligebam. Quia igitur mater plusquam pater filios amat, & amor ex similitudine proficiscitur, filios ipsos similiores esse matri, quam patri dicimus necesse est, & similiter infaliciores, si fortasse à matre peccatrice nascantur. Ideo ergo Dauid fortasse ad suam miseriam magis exaggerandam, peculiariter matrẽ ipsius, ipsummet in peccatis concepisse proponit, cum interim de patre nullam mentionem faciat, ut sub maiori miseria, matrem comprehendat, & se diuinæ maiestati miserabiliorem exhibeat, quam obrẽdicit: & in peccatis concepit me mater mea.

Circa quod, illud aduertere operæ precium est, quod nimirum si ex parentum peccatis ante filiorum natiuitatem commissis, prouenit interdum illis magna ad peccandum procliuitas, quæ ipsis summopere nocet, multo magis post ipsam natiuitatem illa procliuitas eisdem nocebit, si malo ipsorum parentum exemplo in tenera adhuc ætate

19.
Malo patrẽ
tum exem-
plo, filij ne-
quissimi red-
duntur.

Simile.

corroborata ad paternam imitationem excitetur, Sicut enim putredo seu quodcunque vitium in radice arboris repertum, in ramorum siccitatem & fructuum imperfectionem redundat, sic etiam peccatum inuētum in vno quoque parentum, qui filiorū radix est, in ipsorum filiorum defectum vitiumque cedere solet. Quapropter parentes hac vel maxime ratione ducti boni esse procurare debent, vt scilicet, filijs benefaciant. Nam, sicut habetur Psal. 111. Beatus vir qui timet Dominum, potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur, & vt eos prauis moribus suo exemplo non imbuant nec in perditionem dei ciant, nec sint sicuti illi parentes, qui vt dicitur Psal. 104.

*Psal. 111.**Psal. 104.*

immolauerunt filios suos dæmonijs & non Deo, eosdem nempe ad superbiam, rixas, & contentiones, ad ludum & alia similia vitia suis operibus incitando. Vt enim scribit quidam educationis liberorum præceptor eximius cum adolescentes omnia, quæ oculis excipiunt simiarum instar imitentur fit sane, vt quæcunque à parentibus, maxime quorum præsentior est, & assiduior conuersatio fieri viderint, ad vnguem etiam facere nitantur, & assuefaciant assuefactis quæ demum (tanta est vis consuetudinis) perpetuo ita, vt primo imbuti fuerunt, quasi secretiore quadam vi agente perseuerent. Qua propter recte Diuus Ambrosius de Herodiade libro. 3. agens de virginibus ait. Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris? Quod idem significat Iuuenalis satyra sexta, dum inquit.

*Ambros.**Iuuenalis.*

*Scilicet expectas, ut tradat mater honestos
Aut alios mores, quam quos habet.*

Et

Et ſatyra. 14.

*Sic natura iuuat, velocius & citius nos,
Corrumpūt viciorum exēpla domestica magnis,
Cum ſubeunt animos autoribus. Et quod.*

Tales ſunt parentes reſpectu filiorū, ideo elabora-
re maxime debent, ne mala eiſdē filijs exēpla imitan-
da proponant, ſiquidem ipsis propoſitis vix euadere
poterūt, quin ſaltē corū animæ pereant. Num. 26. re-
ferunt ſacræ literæ, quod factum eſt grande miracu-
lū, vt (nimirū) Core pereunte, filij eius non moreren-
tur. Vbi ſignificatur, quod ſicut pereunte Core (qui
vnus ex rebellibus contra ſanctū Moyſen extitit) fuit
mirandū, ipſo in terræ abyſſo ſubmerſo filios eius nō
periſſe: inſtar miraculi etiā eſt exiſtimandū, parenti-
bus diuinæ maieſtati rebellibus per peccatum exi-
ſtentibus, filios, hoc videntes eoſdē non imitari, nec
proinde ſicuti ipſos perire. Facere igitur debent ſi-
cut aquila, quæ filios ſolē intueri cogit, & vt habetur
Deuter. 32. eſt prouocans ad volandū filios ſuos, & ſu-
per eos volitans: ſic enim facientes ſuo exēplo filios
prouocabūt, vt cæleſtia appetāt, & in ſuprema euo-
lent & conſcendant. Hieronymus Iſai. vltimo ait,
quod ſicut in nidis aquilarū reperitur lapis pretio-
ſus, qui dicitur Berices, vt dicit Solinus libr. 8. c. 7,
ſic in vita filiorū virtutes reperiuntur, ſi nidus eorum
ab his inferioribus ſeparetur, & tunc ſeparatur, quan-
do in iuuentute praua conſortia vitare filius doce-
tur. Item ſicut hirundo pullos ſuos docet ſterco-
ra ſua reiicere extra nidum, vt habetur. 12. de pro-
prietatibus rerum capite de hirundine, ſic pater fi-
lios docere debet, vitia euitare, & inſita eiicere per

Num. 26.

20
Quomodo
parentes fi-
lios educare
debeant.

Simile.

Deut. 32.

Hieronymus.

Solinus.

Simile.

21
*Ab incunte
 etate sunt
 filij bonis
 moribus in
 situendi.
 Plato.*

Similia.

Simile.

Threnor. 4.

Iob. 39.

virtutes doctrinam & bonos mores exempla que optima in primo statim viuendi exordio. Debent patientes, inquit Plato, in libro de legibus, filios educare curantes, vt filij summo odio vitia prosequantur, ea que horreant. Aliqua enim peccata sunt, quæ nunquam, aut rarissime committuntur, quia summus à lacte horror contra ea imbibitus est, & inditus, vt videlicet patrem interimere, & sacra contaminare, & id genus alia. Equis cum teneri sunt, fræna adhibentur, vt postea effrænati non euadant. Aues in nido captæ in caueis includuntur, vt domestica efficiantur. Et arbores teneræ alicui fulcramento alligari solent, vt cum rectitudine crescant & non aliter filij in tenera etate à parentibus deceri, educari que debent, vt cum ad maiorem etatē perueniant mansuetudine, humilitate, & Dei timore sint exornari. Et rursus quemadmodum arbores infirmæ (quales sunt hedera, vitis, & huiusmodi alia) quia per se ex terra in altum erigi, & subire non valent, nexibus quibusdam ad hoc ipsis à natura datis finitimis alijs arboribus adhærent, & earum adminiculo fulcitæ se se in sublimem extollunt: sic etiam paruuli filij, cum per se in ea etate fere nihil sciant, aliorum ductum sequantur, necesse est. Quo ergo modo crescere, & in virtute proficere poterunt, si à parentibus doctrina non adiuuantur, nec in ipsis aliud, nisi scelera, & peccata conspiciunt? Indurantur quidem huiusmodi parentes ad filios tanquam struthio (habetur enim de ipsis Threnorum. 4. Filia populi mei crudelis vt struthio.) Quod animal, vt dicitur Iob. 39. relinquit oua in terra, & abiit, quapropter

ter filij ex ipsis nati ferocissimi euadunt. Et ita post quam filios generant, nihil de bona eorundem educatione curant, nec moleste ferunt eosdem in peccata passim incidere. Quod multo aliter sanctus Iob faciebat, cum, ut habetur in 2. capite, eiusdem libri, per singulos dies pro filijs sacrificia offerebat ne forte ipsi peccarent.

Quod vltimum circa hoc versum animaduersione dignum videtur, illud est nimirum, eum qui ex infirmitate peccat, cōpensione dignum esse, eum vero, qui ex malitia peccat, eadem compassione & venia esse indignum. Ideo enim primis parentibus Adamo, scilicet, & Eua, qui ex infirmitate peccauerunt pepercit Deus, serpenti vero infernali minime: quia hic eas excusationes nec inuenit nec usus est, quibus illi, ut habetur Genes. 3. vsi sunt. Dixit enim Adam. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Eua vero dixit similiter, serpens decepit me. Propter quod etiam ille, cui dictū est: Quomodo huc intraisti nō habens vestē nuptialem, quia obmutuit, ut habetur Matth. 22. tanquam excusatione carens eiectus est in tenebras exteriores quasi venia omnino indignus. Quia propter etiam Ioan. 15. Christus Dominus de Hebrais dixit: Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato. Dauid tamen crimen suum excusans, dixit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Ad quem modum Iob cap. 6. ut se excuset ait. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea. Et cap. 10. Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me.

22
Peccatū ex
infirmitate
procedens
& excusa-
tionem ha-
bens, facile
dimittit
Deus, aliud
vero non.

Matth. 22.

Ioan. 15.

Iob. 6.

Psal. 102. Quia igitur, vt habetur *Psal. 102.* Quomodo miseretur pater filiorum, miseratus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus: idcirco David vt sibi Deus misereatur, eidem suam miseriam commemorat excusans se a peccato suo dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Quæ circa hunc verum dicta sufficiant.

EXPLICATIO SEPTIMI versus.

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientia tua manifesta mihi.

Hoc est. Nec tamen in hanc meam miseriam & naturæ corruptionem, quæ prouenit ex eo quia in iniquitate conceptus fui, & in peccato me mater mea concepit, peccata mea reijcere volo. Cognosco enim te Domine sicut omnem fucum, omneque mendacium odio habere, ita veritatem, & integritatem animi plurimum diligere. Quapropter ecce vere & ex animo me peccasse confiteor, idque grauissime, quoniam mihi manifestare dignatus es multis incognita, & occulta sapientiæ tuæ, ita vt ignorantia & imprudentiæ meæ eadem peccata, quæ comisi tribuere non possim, imo ipsa quasi per summam ingratitude commissæ confiteri debeam.

Ecce

ECce enim veritatem dilexisti, &c. Cum super iohanni versu egerit Dauid de ingenita naturæ corruptione, quod ad peccati sui excusationem quodam modo conducebat, hoc iâ versu, ipsummet peccatû vehementer accusat, significans se non ex ignoratiâ, nec imprudêria illud cômisisse. Quippe cû Deus sibi abscondita sapientiæ suæ manifestarit. Vt observare iâ liceat, in his verbis exprimi agitatione animi perturbati, seque in partes contrarias versantis. Quod per adverbium, ecce, utrobique positû innuitur. De sensu vero particulæ, enim, utrobique etiâ positæ, & quare ipsa sit hoc loco adhibita, non videtur esse anxie quærendû, cum eadê particula in contextu Hebræo non reperitur. Quâ obrem Euthymius, ipsam, quod ad sensum attinet, superesse non inficiatur.

Euthym.

Per veritatem autem intelligit hic Divus Augustinus eam, quam Deus exhibere solet dum secundû iustitiam suam peccata impunita non relinquit. Iuxta quam intelligentiam videtur Dauid illud his verbis Deo dixisse. Nempe, licet Domine tanta sit mea miseria, & naturæ corruptio, ut propter eam mihi à te peccati mei veniam concedi sit conveniens, tu tuamen, qui iustus es, & quia rectum est iudicium tuum veritatem seu iustitiam semper dilexisti; eiusdem veritatis iustitiæque leges in me exequere, & me impunitum abire non patiaris; cum præsertim peccatum meum gravissimum sit, & non ex ignorantia, sed ex malitia per maximam ingratitude cômmissum. Vbi est notandum accipi hic veritatem pro iustitia: sicut sæpenumero in divinis literis fieri consuevit, ut Psal. 53. In veritate tua disperge illos, & Psal. 84. Misericordia & veritas obviaverunt sibi. Iuxta quam

Aug.

Psal. 118.

Veritas sumitur aliquando pro iustitia quâ Deus maxime diligit.
Psal. 53.
Psal. 84.

veritatis

*Psal. 10.**Rom. 8.*

2
*In nulla a-
 lia re tantū
 manifesta-
 tur Dei ius-
 titia sicut
 in morte
 Christi filij
 eius.*

2. Cor. 5.

3
*Christus fa-
 ctus est pro
 nobis pecca-
 tum, ut nos
 efficeremur
 in ipso ius-
 titia.*
Hieronym.

veritatis acceptionem, idem est, Ecce veritatem dilexisti, & Ecce iustitiam dilexisti. Quod idem Psal. 10. significauit dicens: Iustus Dominus & iustitiam dilexit, & æquitatem vidit vultus eius. Tantum autem dilexit iustitiam Deus, vt de illo dicat Paul. Rom. 8. Qui etiam proprio filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quem, vt dixerat cap. 3. eius dē epistolę, proposuit propitiatorē per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitię suę propter remissionem præcedentium delictorum. Et paulo inferius, vt sit ipse iustus & iustificās eum, qui ex fide est Iesu Christi. Quibus verbis significat Apostolus Deum in pœna effusionis sanguinis filij sui, maximū diuinę iustitię rigorem ostentasse, seque iustissimū exhibuisse. Nec enim iustitię ipsius seueritas est sic in Angelorum supplicio declarata: nec in æterna omnium hominum condemnatione propter ipsorum peccata, ita manifestari posset sicut manifestata est in eo, quod filius Dei propter hominis peccatum sit occisus. Vnde seueriorem, & magis rigorosum se exhibuit Deus cum tempore mortis filij sui hominum est misertus, quam se exhiberet, si eos omnes sempiterno inferni supplicio afficeret. Ille inquit Paulus 2. Corinth. 5. Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Quem locum explicans Diuus Hieronymus 2. libro contra Iovinian. ait, Pater æternus filium suum peccatum fecit, cum ipse peccatum nunquam commisisset. Idem enim est dicere, peccatum non nouit, ac dicere, peccatum non commisit, vt de eo, qui nunquam studet, dicere solemus, quod nescit, quid sit studere. Est ergo sensus, ita patrem æternum filium suum

suū pro hominum peccatis afflixisse: ac si non solum peccator, sed ipsummet peccatū esset & hoc ita fecisset, vt homines iusti, imo & ipsamet iustitia efficerentur. Omnes nos inquit Esaias cap. 55. Quasi oues errauimus, vnus quisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitates omniam nostrum, vt scilicet, pro omnibus soluens, nos in eo non solum iustos, sed etiam ipsam iustitiam efficeret. Qui ex agerationis modus ab Apostolo insinuatur, dum inquit. Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Vnde ex ipsius verbis colligitur, quod Christus Dominus æterni patris filius maximus peccator fuit, non in se ipso, sed in hominibus: homines vero non in se ipsis sed in Christo Domino iustissimi, iustitia tamen in ipsis inhærente.

Ad quem etiam modum est ipse Apostolus Paulus intelligendus cap. 3. Galat. cum dicit. Christus redemit nos de maledictō legis, factus pro nobis maledictum. Pro cuius loci intelligentia est notandum ex Diuo Augustino lib. 4. contra Faustum cap. 3. & 4. peccatum maledictū esse. Ex quo consequitur, quod mors & pænalitates ex eo prouenientes sint maledictum etiam dicendæ. Quapropter quisquis supplicio aliquo, pæna ve à Deo afficitur appellari potest maledictus à Deo; quia sicut Deus tunc benedicere dicitur, quando alicui bene facit, sic contra maledicere dicitur cum alicui malefacit. Quam obrem cum Deus filium suum propter scelus populi sui tot tantisque pene malis afflixerit, & affecerit: id circo ab Apostolo maledictum factus fuisse asseritur, seu, quod idem est, infinitis prope modum pænarum malis affictus & oneratus fuisse dicitur, vt videliter,

Supra

per

Esai. 55.

4
Quo pacto
Christus di-
catur factus
pro nobis
maledictum
Galat. 3.
Aug.

*Lactant.**Simile,
Rom. 8.**Ephes. 2.**Interficiēda
est inimici-
tia, & non
inimicus &
quomodo.*

6

*Christus pro
homine rigo-
rose Dei iu-
stitiā satis-
fecit.**Zachar. 13.**Damasc.*

per pænæ maledictum maledictio culpæ de medio tolleretur. Sicut enim, vt docet Lactantius Firmianus lib. de ira Dei cap. 13. ex viperæ veneno medicina cōficitur, quæ ipsius viperæ venenosis moribus adhibetur, eisdemque medetur sic (vt Rom. 8. dicit Paulus) De peccatō damnauit peccatum, hoc est morte & pænalitibus ex eo in Christo Domino subsecutis ipsū iuste puniuit, & interfecit. Idē enim Christus vt ait ipse Apostolus Ephes. 2. est pax nostra qui fecit vtraque vnum interficiens inimicitias in se me ipso. Vbi est obiter notandum non dici hoc loco Deum inimicos interfecisse, quia eisdem moriendo vitā dedit: sed peccata & inimicitias interemisse: quia eosdem inimicos Deo reconciliauit. Quoquidē modo vnus quisque Christianus erga suos inimicos se habere debet. Interfecit autem peccatum in semetipso: quia pro eodem peccato interfectus rigorosæ Dei iustitiæ omnino satisfecit. Ad quam rigorosam satisfactionem pater æternus respiciebat, cum per Zachariam cap. 13. dixit; Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Quasi diceret. Tu phramea seu ensis iustitiæ meæ ex tollere & commouere contra pastorem meum, qui inter omnes homines mihi maxime adhæsit. Dicimus autem per phrameam intelligēdum esse diuinæ iustitię gladiū, quia ipsa in eiusdē filij Dei morte plus quā in cæteris rebus omnibus, est ostensa, & manifestata, quoniā per eandē mortem Pater æternus grauissimā & nimium rigorosam de omnibus peccatis vindictā sumpsit. Et ipse filius, vt ait Damascenus libro. 3. fidei orthodoxę inuenit difficillimi pretij solutionē. Ex quo etiam quāta sit peccati grauitas, quantumque

tūque ipsius malum, manifestum est: siquidem ad illud curādum tan rigoroſa medicina neceſſaria fuit.

Aliquale autem huius iuſtitiaē diuinā veſtigium (vt etiam ex hoc intelligamus quātum iuſtitia ſit diligenda) in aliquibus hominibus repertum fuiſſe inueniemus: ſi ea, quæ literis mandata ſunt, memoria reperamus. Seleucus Locrenſium princeps, vt narrat Valer. Maxim. de iuſtitia agens, Locrenſium vrbe à ſe ſaluberrimis atque vtiliſſimis legibus præclare inſtituta, & vndique munita, cum filius eius crimine adulterij damnatus ſecundum ius ab ipſo conſtitutum vtroque oculo eſſet priuandus, & tota ciuitas in honorem patris neceſſitatem poenæ adoleſcentulo remitteret aliquandiu repugnauit. Ad vltimū precibus populi euictus, ſuo prius & deinde filij oculo eruto, vſum vtriq; videndi reliquit. Ita debitū ſupplicij modū legi reddidit, æquitatis admirabili tēperamēto, ſe inter miſericordiam, & iuſtum legiſlatorē paritū. Cui (ſcilicet maiora minoribus conferre) aliquale ſimile exiit, quod Deus Optimus & Maximus fecit. Nam cum homo, quē quali filium Deus habebat poſtquam eum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam produxerat, contra diuinam legem eſum ab arbore vetita prohibentem, cum creatura poſthabita, creato riſ fidelitate & obedientia quedā modo adulteraret, eius iuſtitia merito poſtulabat, vt eundē hominem vtroque vtriuſque vitæ tēporaliſ, ſcilicet & æternæ oculo priuaret, & temporaliter æternaliterque interimeret. Miſericordia autem, quia homo creatura Dei erat propter ipſum Deū ab eodē eſſagibat, vt ipſi homini vtrāq; illā penā remitteret: De^o autē miſericordia motus hominē ſe fecit, ſeq; oculo

vitaē

7
Aliquale veſtigium rigoroſe Dei iuſtitiaē in hominibus repertum.
Val. Max.

vitaē tēporalis priuauit, vt homo oculo aeternae non priuaretur. Quapropter tanquam pater pijsissimus misericordiae, & tanquam iudex, & legislator rectissimus, iustitiae admirabili quodammodo satisfecit.

8
Aliud admi-
rabile iusti-
tiae rigoro-
sae exemplū

De Charonda etiam Tyri Rege refert eodem loco idem Valerius Maximus, Quod conciones ad vim, & cruorem vsque sediciosas pacauerat, lege cauendo, vt si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur. Interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus, domum repetens, subito in dicta concione, sicut erat, scilicet, cum gladio, in eam processit, ab eoque qui proxime confiterat, soluta à se legis suae monitus, Idem ego illam, inquit, sanciam, ac protinus ferro, quod habebat districto incubuit. Cūque liceret culpam, vel dissimulare, vel errorem defendere, pœnam tamen repraesentare maluit, nequa fraus iustitiae fieret. Quae res non nullam quoque similitudinem eius refert, quam Deus (Cum non transgressus fuisset ille, sed homo primus eam legem, ne, scilicet, ipse homo de ligno sub pœna mortis vetito comederet) ipse facere voluit, vt nimirum nulla fraus diuinæ iustitiae fieret, & simul misericordiae id postulanti, se accommodaret. Nam ne homo, à quo ipse licet non per seminalem generationem descenderat, pœna mortis, quam propter legis transgressionē incurrerat, afficeretur, eidem morti obitatus est, quia ipse voluit, vt Esaias. c. 55. prädixit. Maxime igitur diligit Deus veritatem, seu iustitiam, siquidem eum tanto suo labore, & vitae dispendio ei rigoroſe satisfacere per omnia voluit.

Esai. 55.

Quod

Quod si in viridi ligno hæc fiunt, vt dixit Christus *Luc. 13.* quid fiet in arido? Hoc est, si Deus proprio filio aliena peccata non pepercit, & in eo de illis tam rigorosam vindictam & punitionem sumpsit, quid in homine pro proprijs, infinitisque prope modum peccatis faciendum erit? Nunquid cognoscantur in tenebris mirabilia tua, dicitur *Psal. 87.* & iustitia tua in terra obliuionis? Vt significetur, ita videri Deus se habere erga impios, vt etiam videatur in hoc mundo peccatorum ipsorum obliuisci. Verum tamen plus quam certum est, quod ipsorum non obliuiscitur. Habetur enim *Psal. 38.* Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: quia omnes hominum imperfectiones à Deo cognitæ & notatæ sunt, & omnes ipsi libro eiusdem memoriæ sunt mandati, in eoque cum meritis & demeritis suis conscripti. Quapropter ipse dixit *Deuteronom. 32.* Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, iudicabit Dominus populum suum. Et *Roman. 12.* Mihi vindictam & ego retribuam. Et licet supplicium, quo ipsos afficit, sæpe non appareat, nunquam tamen deest. Neque ibi Domine dees, inquit Augustinus in manuali, vbi longe es; quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam: qui enim te non habet placatum, nequaquam euadet iratum. Quod quidè certissimum est. Nam ab alio suppliciorū genere, nō omnino etiam in hac vita euadet peccator, licet Deus illud differre videatur. Transacti erant quadraginta anni à commissione illius peccati, quod per maximam immanitatem Amalechitæ perpetrarunt, cum vt. *1. Reg. 12.*

Luc. 13.

9
Si Deus proprio filio non pepercit, quid faciet cum reliquis hominibus, quorum nihil impunitum remanebit?
Psal. 87.
Psal. 38.

Deut. 32.

Rom. 12.

August.

1. Reg. 12.

M

facra



sacra historia refert, propter illud, ipsos Amalechitas iussit Deus à Saule exactè & rigorose puniri. Timeat igitur vnusquisque iustitiam Dei, & ne illa in ipso exerceatur Dauidem in pœnitentia imitetur, qui Deo de se dicebat: Feci iudicium & iustitiam: nō tradas me calumniantibus me.

Psal. 118.

¹⁰
*Latatur
Deus cum
iustitiæ suæ
actus in im-
pijs exercet
Psal. 57.
Esai.
Matth. 11.*

Diligit itaque Deus iustitiam, & ideò ipsius actibus delectatur. Vnde Psalm. 57. dicitur de eo: Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris: Vbi nomine iusti per antonomasiam Redemptor noster significatur. De quo dicitur apud Esaiam. Iustus perit, & non est qui recogitet corde. Ipse etiam Matth. 11. aeterno patri gratias agebat. Quia, inquit, abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Quo supplicio, quia ipsi dignissimi erant, idcirco in eodem diuinæ iustitiæ splendor emicuit. Prouerb. item capit. 1. ait

Prou. 10.

Deus. Vocauit, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis; ego quoque in interitu vestro ridebō. Quod quidem Deus faciet, quando peccatores aeterno supplicio afficiet; quia iustitiæ ordo adamussim cum ipsis fuit seruatus. Quapropter ex parte iustorum dicitur

Psal. 93.

¹¹
*Gloriosum
etiã est Deo
peccatores
punire.
Exod. 14.*

Deo illud Psalm. 93. Exaltare qui iudicas terram, & redde retributionem superbis. Et hanc retributionem seu punitionem tanquam Deo gloriosam maxime ipsi celebrant. In cuius significationem, quando Deus, vt habetur Exod. 14. Pharaonem cum exercitu suo proiecit in mare, Israelitæ eum laudibus, carminibusque extollere in hunc modum cœperunt. Cantemus Domino, gloriose enim equum

equum & aſcenſorem proiecit in mare. Quo etiam modo Diuus Ioan. Apocaly p. 19. ait: Audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in cælo dicentium. Alleluia, laus & gloria Deo noſtro eſt, quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram, & vindicauit ſanguinem ſanctorum ſuorum de manibus eius. Et rurius, dixerunt: Alleluia. Quibus verbis plane oſtenditur, quod iuſti impiorum ſupplicio maxime delectantur. Et idcirco vltima iudicij die pij & boni homines non modo ſi liberi fuerint, mœrore non afficietur, cum parentes, ſeu quocunq; alios amicos, ſeu conſanguineos æternis ſupplicijs condemnatos viderint, quia cum beatitudine nulla moleſtia poteſt reperiri: verum etiam ex illo iuſtitie diuinæ actu voluptatem & lætitiã percipient: non quia condemnati ſunt quatenus homines, ſeu quatenus parentes, ſeu quatenus quicunq; alij conſanguinei: ſed quatenus diuinæ legis tranſgreſſores. Quæ doctrina eſt D. Thomæ in. 4. diſtinctione. 50. quæſt. 2. art. 4. & Scoti Ricardi & Durand. ibidem. quæſt. 3. & aliorum plurimorum Doctorem eodem loco. Ex ea plane colligitur Deo glorioſum eſſe iuſtitiam ſuam in puniendis hominum peccatis exercere, ſiquidem ex hoc ipſo ſancti & iuſti voluptatem & iuſtitiam percipiunt. Quod fortaffe aliquo modo intelligens Seneca in quadam tragœdia dicit (ſecundum Paul. in. l. nemo deinceps. C. de epif. audi.) quod nulla pinguior victima poteſt maſtari, quam homo iniquus, nec olim Galli (vt libro. 6. de bello Gallico refert Cæſar) alia gratiora dijs immortalibus eſſe arbitrabatur, quam ſupplicia eorum, qui

Apoc. 19j

12

Sancti de
dânatorum
ſupplicijs
maxime de
lectantur.

D. Thom.

Scotus.

Ricardus.

Durand.

13

Punire pec
catorum eſt
Deo ſacrifi
cium quodã
modo offerre
Seneca.

Paulus iuris
conſultus.

Cæſar.

Exod. 22.

6.3.

Psal. 100.

in latrocinio aut aliqua alia noxa erant deprehensi. Sed vt profanas historias prætermittamus, & ad diuinas redeamus, quid aliud, quam quod diximus est à Deo significatum? Exod. 22. vbi dicitur: Maleficos non patieris viuere &. 32. vbi habetur. Occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum pro peccato vituli conflatilis. Et Psal. 100. vbi etiam de se dicit Dauid: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Cum ergo ipse bene cognouisset Deum velle suam iustitiam in punitione peccatorum splendescere & hoc idem ipsi Deo esse gloriosum, ad eiusque honorem diuinum maxime spectare, ideo ea conditione ab eo misericordiam efflagitat, vt veritatem, hoc est, iustitiam, quam semper dilexit, non prætermittat, imò eandem in ipso exequatur.

14
*Quam diligenda sit re-
 gibus iustitia, & quæ sit eius laus
 Sap. 1.
 August.*

Est autem hoc loco obiter aduertendum esse vnicuique regi & Principi iustitiæ virtutem maxime diligendam. Habetur enim Sapient. 1. Diligite iustitiã, qui iudicatis terrã. Quãtũ, inquit Aug. lib. de duodecim abusuum gradibus, iustitia Regis sæculo valeat inuentibus perspicue patet. Est enim pax populorum, tu tamen patrię, immunitas plebis, munimen gentis, cura læguorum, lætitia hominum, temperies aeris, lenitas maris, terræ sæcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi metipso (scilicet, principi) spes futurę beatitudinis iustitia. Ait etiã Hieronym. Quasi aurea virtus curatiua est morbidarum ægritudinum, quia puniendo tollit scelera, & peccata, & putridas carnes & scabiosas curando abradit. Iustitia item inquit Anselmus lib. Cur Deus homo, Est animi libertas suã cuique tribuens propriam dignitatẽ, maiori reuerentiã, pari cõcordiã, minori disciplinã, Deo obediẽ-

*Hieronym.**Ansel.*

obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiã,
 & egeno operosam misericordiã. De iustitia quoq;
 dicit Lactantius Firmianus libr. de vero cultu, quod
 primũ eius officium est, cum Deo coniungi, secundũ
 est coniungi cum homine, sed illud primũ religio di-
 citur, secundum verò humanitas nominatur. De ea
 denique sic scribit Valer. Max. lib. 6. Tempus est iu-
 stitiæ sancta penetralia adire, in quibus semper æqui-
 ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione
 versatur, & vbi studium verecundiæ, cupiditas ratio-
 ni cedit; nihilque vtile, quod parum honestum vide-
 ri possit, ducitur. Vbi simul adijcit suam ciuitatem in-
 ter omnes gentes præcipuam & certissimam iustitiæ
 exẽplum esset. Libro verò octauo de prauis iudicijs,
 Multus, inquit, sermo eo etiam iudicio manauit in
 quo quidam furti damnatus est, qui equo, cuius usus
 illi vsque ad Aritiam à Roma decem millibus passuum
 distantem commodatus fuerat, vltiore eius munici-
 pij cliuo veſtus esset. Qua quidem historia plane
 Valer. Maxim. significauit, hoc, quod supra dixerat,
 Romanam rẽpublicam iustitia maxime floruisse, si-
 quidem tam exiguum furtum, tantam in iudicio se-
 ditionem excitauit. Diligenda est ergo, & quæren-
 da omnibus & præsertim principibus iustitia seu ve-
 ritas, quam Dauid Deum peculiariter dilexisse hic
 affirmat.

Ecce enim veritatem dilexisti. Sunt etiam, qui in-
 telligunt, vt ait, hoc loco Cornelius Iansenius hunc ver-
 sum de veritate, quã exhibet Deus, quãtio secundũ id,
 quod promissit, pœnitentibus misericorditer ignoscit.
 Quo etiã modo Ps. 142. de veritate Dauid locutus est
 cũ dixit, & in veritate tua exaudi me, hoc est, opere

*Lactant.**Valerius.**Iansen.**Psalm. 14.**Sumitur hic
veritas pro
conformita-
te inter res
& verbare
perta.*

comple & verum fac Domine me benigne exaudiēdo; quod verbo promisisti; iuxta quam veritatis acceptionem, sensus huius versus est; Memorare Domine, vt mihi ignoscas, & me à meo peccato, quod optime cognosco emundes, te veritatem in stando promissis semper amplexum fuisse, eamque exacte & perfectè seruasse, & prætereà illud quod omnibus occultum, & incertum est, nimirum eorum peccata ab ipsis esse translata, eisdemque dimissa, te mihi per prophetam tuum Nathan significasse. Adimpleatur ergo quod promisisti, & efficiatur quod dixisti; Etsi iniquitates & scelera mea tanto beneficio me reddāt indignum. Sumitur itaque interdum veritas in sacris literis pro adimplerione promissi, & conformitate inter res, & verba vocalia, seu mentalia reperta, vt patet ex locis citatis, & ex Psal. 88. vbi dicit Deus: Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, nec nocebo in veritate meā. Et ex Genes. 47. vbi habetur facies mihi misericordiam & veritatem. Et Thobia. 3. vbi etiam dicitur: Omnes viæ tuæ misericordia & veritas. Hanc igitur veritatem, seu, quod idem est, conformitatem inter res & verba easdem promittentia & significantia dicit Dauid Deum dilexisse. Imo cum ex diuinis attributis quædam patri approprientur, vt omnipotentia, quædam Filio, vt sapientia, quædam denique Spiritui sancto, vt bonitas; veritas tamen omnibus tribus personis, peculiariter ab Spiritu sancto attribuitur. Et ita credimus & confitemur in Symbolo Deum verum nimirum Filium Dei, de Deo vero, nempe, de patre æterno procedere, & Spiritus sanctus, peculiariter à Christo Domino, vt refertur apud Ioan. 16. spiritus veritatis, qui à Patre procedit

Psal. 88.

Genes. 47.

Thob. 3.

16

*Veritas
omnibus
tribus
diuinis
personis
ap
propriatur.*

Ioan. 16.

cedit, nuncupatur. Et ad hoc Christus Dominus dixit Ioan. 19. se natum esse & venisse in mundum, ut scilicet, testimonium perhiberet veritati, imò pro ipsa mortuum fuisse, non est dubitandum. Et quia Deus verus est, & veritatem tantopere diligit, ideo fortasse Pythagoras interrogatus, ut refert Stobæus. Quid facere deberent homines, ut Deo essent similes, respondit, loquantur veritatem. Quia vero tanti eam Deus facit, dixit Exod. 28. pones in rationali iudicij veritatem, ut nimirum significaret ipsam esse maxime amplectendam. Nec tamè homines ipsam amplexi sunt, nec dilexerunt; nam corruit veritas in plateis, ut habetur Isaia. 59. Et, ut etiam habetur Osee. 4. iudiciū Domini cum habitatoribus terræ: non enim est veritas & Psal. 11. Saluum me fac Deus; quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Et Rom. 1. Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorū, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Cum, scilicet, intelligentes veritatem, malitiam nihilominus sectantur. Quam ob rem non solum ipsam veritatem non diligunt, sed etiam illam etiam odio habent. Vnde Hieremias. 17. ait, Væ mihi mater mea, quia genuisti me virum rixæ, & discordiarum in vniuersa terra. Qua propter Diuus Augustinus, 10. confession cap. 23 ait, quod homines amant veritatem lucentem, & oderunt eam redarguentem. Nec hoc est mirum, quia ipsa redarguens veritas, odium parit, ut ait Terent. Quia sicut mel quamuis dulce sit, cum vulneribus applicatur, dolorem causat, & molestia afficit, sic veritas peccatores sceleribus vulneratos maximè vexat, licet ipsa sit res quædam eximia & excellens, & quæ

17
Quantum;
Deus veritatem diligit
Cap. 19.
Stobæus

Exod. 28.

18
Non reperitur veritas inter homines, sed ipsius odium;
Isai. 56.
Osee. 4.
Psal. 11
Rom. 1

Hierem. 17
August.

19
Nō veritas in communi sed in particulari odio habetur, & quare odio habeatur.
Terent.
Simile

*D. Thom.**Simile.**Ioan. 3.**Simile.**In hoc Chri-
stianos etiã
odiobatur
veritas.*

In communi sumpta, ut dicit D. Thomas. 1. 2. q. 29. ar. 5. à nemine odio haberi potest. Et rursus; quemadmodum oculi acri, lucem, qua sani delectari solent, aspicerere non valent; ita similiter qui sunt peccati aegritudine affecti, molestissime veritatem ferunt. Quapropter Ioan. 3. dicitur. Qui male agit, odit lucem. Si cut namque fures nocturno tempore domum aliquã ad furandum ingressuri, ante omnia si quæ ibi sunt lucernæ, eas extinguere curant, ne ipsarum atrociniã videri possint; sic etiam iniqui homines iustum, qui lucerna est ardens, ut de Ioanne Baptista dictum est, extinguere & de medio tollere conantur, ne, scilicet, illorum luce, & veritate ab ipsis declarata, eorundem iniquorum peccata manifestentur.

De tribus quibusdam viris religiosis refertur, se in urbem Constantinopolim contulisse, ut ibidem pro veritatis prædicatione mortem subirent, ac pro Deo, qui veritas est, martyrium ferrent. Cum vero publicè per vias & plateas eo animo veritatem prædicarent, statim comprehensi sunt, & vinculis ligati ad Turcarum imperatorem deducti: qui cum eos vehementer obiurgaret, quod ea publicè absque eius licentia & contra Turcarum leges prædicarent, ac propterea se manifestæ mortis acerbissimæ pænæ, & periculo exponerent; Nec nos, inquierunt ipsi, aliud querimus, quam pro veritatis prædicatione occumbere. Quibus ille, nec ad hoc ipsum vobis opus erat, peregre in regionem longinquam proficisci. In vestra si quidem patria, si Christianis veritatem diceretis, ab ipsis proculdubio pro ea interficeremini: Quod quidem verissimum est; quia eisdem Christianis est veri-

tas his calamitofis temporibus tam ex oſa , vt prop-
 ter ipſam non ſolum plurimi iuſti odio habeantur,
 verum etiam in exilium interdum exterminentur, &
 alijs ſupplicijs , & aliquando morte ipſa afficiantur.
 Et ita quod Dominus olim, vt refert Matth. 23. dixit
 Iſraelitis, nimirum, Ierulam Ierulam, quæ occidis
 prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, id ip-
 ſum militanti Chriſtianorum Eccleſiæ per Ierulam
 ſignificatæ dici poteſt. Nempe, Ierulam, quæ ve-
 xas veritatis prædicatores, eoſque quod ipſam lo-
 quuntur & ſcelera reprehendunt, ſæpiſſime interi-
 mis. Sūt enim quam plurimi Chriſtiani, vt ait Iſaias.
 54. filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei,
 qui dicunt videntibus, ideſt, prophetis, Nolite vi-
 dere, loquimini nobis placentia. Quia autem ſic eſt
 odioſa veritas, & ij, qui eam annunciant, vſque adeò
 ſunt infeſti, idcirco quam plurimi non imitantur
 Chriſtum, cui merito dictum fuit illud, nempe,
 ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate do-
 ces; & non eſt tibi cura de aliquo, ſed ſi veritatem
 prædicant ita eā inanibus verborum floribus, & va-
 niloquis dicendi modis permifcent, vt nec audien-
 tibus amaritudinem, nec eorum ſpiritualibus mor-
 bis ſanitatē afferant, ac ſi medici illi impruden-
 tes eſſent, qui potionem ex reubarbo, & caſſia fiſtola
 confectam cum tam impertinentibus rebus permix-
 tam ægroto bibendam propinant, vt nec ei aſpera &
 ad ſumendum difficilis videatur, nec ſimul deſidera-
 tū effectū producat. Et quæ ſimiliter, qui conuiuū
 facit, non curat ſalutiferos, ſed ſaporiteros cibos cō-
 uiuiſ apponere: ſic etiam qui annūciandæ veritatis
 munus gerūt ſæpe numero non quæ ſpiritualē ſalutē

Matth. 23.

Iſai. 54.

21
*Veritas quæ
 do in verita-
 te non doce-
 tur, licet dā-
 catur, non
 prodeſt.
 Simile.*

Simile.

operentur, & conseruent, sed quæ voluptate afficiât, licet eandem salutem simul deperdant, dicere procurant; atque propterea similes sunt illis, de quibus Hie-

Hierem. 5. rem. 5. dictum est: Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus dilexit talia. Quibus tamen dicitur Isai. 5.

Isai. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Quoniam verò pauci sunt, qui veritatem doceant & mendacium execrentur, ideò dæmon eiusdem mendacij

22
Quia pauci sunt qui veritatem loquuntur dæmon omnia mendacis replet in magnam hominis perniciem pater locum habet & occasionem vt omnia mendacis repleat, & vera nomina rerum omnium immutet prodigalitatē vocat liberalitatē, auaritiā, parsi moniam, & sapientiā, lasciuia politiam & curialitatē, garrulitatē affabilitatē, obstinationē constantiam, pigriritiam maturitatē, & grauitatē, orationē & diuinorum considerationē tristitiā, curam conscientia scrupulum, domos religionis carceres, vanitatē honorem, vindictā fortitudinem, & magnanimitatē, humilitatē denique abiectiōnem. Ex qua nominum peruersiōne, & falsa rerum estimatione maxima mala proficiuntur. Sicut enim

Simile.

si in domo pharmacopolæ quispiam vniuersorum vasorum nomina & titulos mutaret & transponeret, ex ea confusione proueniret, quod inde medicinas quærentes aliquando pro aqua rosacæ aquam fortem (& sic de cæteris) in maximam sumentium infirmorum perniciem reportarent: sic etiam in ingentem hominum calamitatē ex huius mundi domo id quod perniciosum est, sæpe accipitur, & amplectitur; id vero quod salutiferum, & vtile est, relinquitur, & contemnitur. Et rursus, sicut in tali domo immutatis titulis & nominibus vasorum, opus est vt eam confusio-

fusionem ab ipsis tollat, qui vera nomina rebus sciat imponere easque bene cognoscat; sic necessariū fuit vt ad hoc ipsum Deus, qui omnia nouit, in mundum veniret, de quo proinde Samaritana dixit, vt refertur Ioan. 4. Messias venit, & docebit nos de omnibus. Sicut nanque omne, quod vocauit Adam (vt habetur Genes. 2.) ipsum est nomen eius, quia nomina rebus conuenientia imposuit; sic similiter secundus Adam Christus Dominus veritatem docens, quod nomen vnicuique rei imposuit, ipsum est eiusdem nomen, nec alio appellari debet, & qui eum imitari intendunt, hoc ipsum efficere conantur. Aliter autem faciunt, qui vel metu perterrentur, vel detenti præmio aliquo & beneficio, quo sunt affecti in taciturnitate perseverant; & sunt veluti canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia vt Esai. 56. dicitur. Sicut enim canis, si os habet repletum latrare non valet, sine eo quod, id quod habet dimittat; sic qui præmio aliquo seu beneficio sunt affecti, & eo veluti repleti tacent ne fortè loquentes veritatem ipsum dimittere cogantur. Nec illud prophetæ Balam quod habetur Num. 24. dicunt, nempe; Si dederit mihi Balach plenam domum suā auri & argenti, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni, vel mali quid proferam ex corde meo, sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar. Loquantur igitur, præsertim qui hoc munus habent, veritatem: nec eius manifestationem aliqua ex causa prætermittant, vt Deum qui ipsam summo opere diligit imitentur, & qui ipsam audiunt, tãquam à Deo dilectam benigne excipiant, ne de illis illud dicatur, nempe. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis

23

Oportuit
Christu in
mundū ve-
nire, vt ve-
ra nomina
rebus impo-
neret.

Ioan. 4.
Genes. 2.

24

Quare mul-
ti homines
veritatem
non loquan-
tur.

Isai 56.
Simile

Num. 24.

Psal. 4.
tis

25
*Quales sunt
 illi, qui dili-
 gunt men-
 dacium.
 Simile.
 Psal. 33.*

tis mendacium. Sunt enim ij, qui ipsum diligunt qua-
 les illi, qui cum somniando ex insonnijs voluptatē
 percipiunt, à somno excitari nollent, licet res ipsas,
 quas somniantur non esse veras optime cognoscant.
 Et hac de causa explicant nō nulli illud Psalmi & ve-
 ritas tua vsque ad nubes, ita vt dicāt, veritatem è cœ-
 lo in terram vltra nubes deorsum non descendisse,
 cum vidisset quam dilectum in eis esset mendacium,
 & quam male ipsa esset in eisdem propter id ipsum re-
 cipiēda. Cum tamen germana huius loci explicatio
 sit, quod veritas tūc manifestāda, & maxime extollē-
 da est quando venerit filius hominis in nubibus cœli
 vltima; scilicet, iudicij die vt refert Diuus Matthæus
 24. & veritatem se semper dilexisse & ab omnibus
 diligendam fuisse ostenderit.

Matth. 2 4

26
*Quod veri-
 tas signifi-
 cat cordis
 simplicitatē
 & animi in-
 tēgritatem,
 & in quo
 hæc consis-
 tant.*

*Psal. 11.
 Eccles. 2.
 Psal. 11.
 Psal. 14.*

Cæterum ex Hebræo aperte colligitur hunc versū
 potius intelligēdum esse de veritate, quæ sit in homi-
 ne. Nam Hebræa habēt; Ecce veritatem dilexisti in
 intimis. Quod significat Deo maxime probari cor-
 dis integritatē, vt nimirum nihil sit fictum, nihil du-
 plex in homine, nec ipse homo sit de ijs, qui vt dici-
 tur Psal. 11. In corde & corde locuti sunt, quasi vnum
 cor haberent, & aliud ostēderēt. Quorū vniciq; di-
 cit Ecclesiasticus cap. 2. Væ duplici corde & labijs ni-
 quis. Sed sit sicut ille, de quo eodem Psal. 11. dicitur;
 Et non est in spiritu eius dolus, & qui loquitur veri-
 tatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua,
 vt etiam Psal. 14. similiter habetur. Itaque vt remissio-
 nem culpæ impetret significat, se non velle dissimu-
 lare peccatum suum, nec dissimulationis causas præ-
 texere, sed ex animo illud confiteri, & detestari cor-
 ram Deo, qui integritatem cordis diligit. Ideoque in
 exage-

exaggerationem sui peccati adijcit: Incerta & occulta sapientie tuæ manifestasti mihi. Quibus verbis, ut ait Euthymius, significat eo grauius se peccasse, quò magis Dei voluntas ipsi fuerat patefacta. Nam qui scit voluntatem Domini & non facit eam, plagis vapulabit multis. Et singularis quidem fuit ingratitude, quod cum excelleret cælestis doctrinæ intelligentia, & prophetici spiritus afflatu esset donatus, tamen instar brutæ pecudis, se ad fœdam libidinē proiecit. Vbi etiam obseruare licet agitationem animi perturbari, seque in diuersas partes versantis, supra explicatam. Qui enim se superiori versu quodammodo à peccato excusabat, pro eodem se vehementissimè in hoc accusat.

Quod primum se circa hanc explicationem considerandum offert, est Deum eam solum virtutem diligere quæ solida, vera & non apparens solum est, sed in animi integritate fundamentum habet, eam vero, quæ talis non est, odio habere. Vnde Psal. 65. dicitur. Holocausta medullata offeram tibi, hoc est, opera, quæ ex deuoti & amâti animi pinguedine ortû habeant. Et Hierem. 4. ad Hierusalem: Laua à malitia cor tuum, idest, non faciem solum exteriorem, aut vestes, sed cor & conscientiam purifica. Erat enim populus, qui in ea ciuitate habitabat, ille, cui merito Christus ea verba Esai. 29. dixit, nempe, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Quapropter Psal. 5. de talibus dicitur: Non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Quasi dicatur, per hyperbaton, quæ figura quædam est, quia cor eorum est vanum, non est in ore eorum veritas. Sicut nanque arundo, ut ait Bernardus

27
Tanto grauius est peccatum, quâ
to ex minori
ri ignorantia procedit
Euthym.
Luc. 12.

28
Sola vera
virtus &
nō apparet
& ficta à
Deo diligitur.
Psal. 65.
Hierem. 4.

Esai. 29.
Psal. 5.
29
Qualis fit
hypocrita è
D. Bernar.
ferm.

ferm. de Benedic. foris pulchra, intus vana lanuginem pro fructu producit: sic hypocrita specie exteriore virtutis foris ornatus, intus autē à vera virtute penitus alienus pro solido gloriæ fructu ramusculos inanes producit vëto vndique agitados. Vnde sancta scriptura ait: Spes impij quasi lanugo. Recte autem dicuntur rami arundinis vento agitari: quia cum vani sint, & inanes, & medullam charitatis non habeât, inde fit, vt quocunq; appetitu commoueantur. Nō sic protectio sanctus ille Ezechias, qui Esaiæ. 38. dicebat, maximam lachrymarum vim profundens: Memento Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfectō. Vbi Diuus Hieronymus, Felix, ait, conscientia, quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur. Humiles spiritu saluabit, inquit Dauid Psal. 33. Non humiles, qui tantum corpore, veste & loco se subiiciunt, sed humiles, qui animo & spiritu hoc faciunt. Qua propter Matt. 11. dicit Christus: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Quia nimirum homines exterioribus suis humilitatem præ se ferunt, cum illam in intimis minime habeant. Vel sic intellige illud, humilis corde: ac si dicatur, humilis voluntate. Quia impij sunt humiles solo intellectu, cognoscunt enim suos defectus, sed defectuosi & imperfecti iudicari, & haberi nolunt. Iusti autem veri Christi imitatores corde & voluntate humiles existunt. Ecclesiastici. 19. dicitur similiter. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Vnde Chrysostomus: Corpus quoque recumbit in loco nouissimo, sed cor sedet in cornu. Quando autem humilitas in corde non reperitur & in exteriori specie ostentatur, capitalior, & perniciosior

*Sap. 5.**Esai. 38.**Hieronym.*

³⁰
*Quibus humiles
 sint saluandi
 & quales
 Psal. 33.
 Matt. 11.*

*Eccles. 19**Chrysost.*

cioſior quacumque aperta iniquitate eſt habenda: quoniam malitia tunc ſub virtutis ſpecie deliteſcit. Nam, vt in magno mari pernicioſiores ſunt ſcopuli, qui breui operti aqua, triſte, cæcum & miſerabile non obſeruantibus exitium inferunt, quàm rupes eminentes, quas nauæ facillime vitare poſſunt: ſic hypocritæ, qui in animi reſeſibus & latebris malitiam retinentes, ſpeciem virtutis foris oſtendunt, tetriciores ſunt, & capitaliores improbis illis, qui ſunt ab omni virtutis ſimulatione alieni. Quoniam horum peſtem facile poteris fugere, illos autem non facile deuitare. Quam ob rem Diuus Auguſt. ſuper Pſal. 63. Simulata, inquit, æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia iniquitas eſt, & ſimulatione. Quem admodum item in Pharmacopolæ officina multo plus nocent vaſa toxicum continentia, ſi literis deſignantibus ſalubre medicamentum, ſunt notata, quam quæ talibus literis carent, licet idem toxicum & venenur. contineant, ſic qui foris ſe virtute præditos ſignificant, cum intus ſint lupi rapaces, & nefarijs ſceleribus imbuti maius nocumentum ſolent proximo inferre & in Deum grauius peccare. Sunt enim ij de quibus dictum eſt Pſal. 61. Mendaces filij hominum in ſtateris. Hoc eſt, in ijs virtutis operibus ſunt fallaces, in quibus omnimoda veritas deberet reperiri. Quam ob cauſam merito de ijsdem etiam dictum eſt illud Pſalmi. 13. Contritio & infelicitas in vijs eorum quia maxima infelicitas eſt operum per nomen, vijs ibi ſignificatorum, quæ ipſi ſepe faciunt, à ficto & vano corde proficiſci & in tali ſubiecto reperiri: Siquidem ſi in alio reperirentur eximia virtutes merito appellari deberent. Vnde de illis habetur Pſal. 77. Tradi-
 di

³¹
Quam pernicioſi ſunt hypocritæ inter cæteros peccatores.
Simile

Auguſt.

Simile.

Pſal. 61.

³²
Quam infelicia ſint opera bona hypocritarum
Pſal. 13.

Pſal. 77.

Psal. 9.

33

*Qualis sit
& quam de
prauata hy
pocrita in-
tentio.*

Prouerb. 2.

Simile.

dit in captiuitatem virtutes eorum, & pulchritudinē eorum in manus inimici: Quia nimirum da mon infestissimus hominum hostis, opera eorum sibi assumit tanquam à vano & ficto corde proueniētia, licet bona exterius appareant. Non est Deus in conspectu eius ait David Psal. 9. Inquinatę sunt vię illius in omni tempore. Quia si homo, cui Prouer. 2. dicit Deus, Fili prębe mihi cor tuū, ipsius intentionem in eundē Deum non dirigat, & iuxta ipsius voluntatem se nō regat, omnia bona opera, ipsorumque valorem amittet, & quotidie in maiorem perditionem ruet. Quo etiam modo se habuit latro ille, qui cum Christo Domino à sinistris crucifixus fuit (per quod eius sinistra in patiendo intentio designatur) siquidem cum Christo esset in passione socius, tamen peior ibidem effectus eidem Christo conuiciabatur, & pessimas blasphemias dicebat, quo se cor maxime ab iplo auertium habere, apertē manifestauit, cum ex abundantia cordis os loquatur. Sicut rapidus miluus, quamuis alta petat, nunquam tamen ad sublimia & ad cęlestia oculos suos dirigit, ac contorquet, vt videat an prędam aliquam arripere possit: sic simulati & ficti homines videntur quidem excelsam contemplationem & sublimē sanctitatem attingere; cum nihilominus in terrenam auram, aut aliquem alium humanum respectum omnino inspiciant, & eo animo omnia faciant, vt rumores populares, vel alium quęcunque honorem, seu dignitatem aucupentur. Quā ob causam virtutis interioris, & eorum, quę Deus, qui intuetur cor, videt, nec minimam curam habet: cum tamen de exterioribus operibus, quibus hominibus placere possunt, mirum in modū sint solliciti: Non

Non aliter ac pictores: qui cum aliquam imaginem varijs coloribus volunt effingere & formare, de interioribus eius nullam curam habent, quo modo, scilicet, formetur cor & pulmo, quo loco sit iecur, & quo ordine cætera interiora disponantur, sed duntaxat qualiter exteriora oculis gratiora & placidiora reddantur, cum tamen interim nihil curent, ut dictum est de intimis, in quibus veritatem Deum requirere asserit David, cum ait: Ecce veritatem dilexisti in intimis, hoc est, animi integritatem & soliditatem & non fictionem & simulationem iniquam.

Quod secundo loco circa prædictam huius ver-
sus explicationem considerandum occurrit, est Da-
uidem Deo veritatem & animi integritatem diligen-
ti, se grauissimè peccasse cõfiteri, seque acriter accu-
sare coram eo, quia non ex ignorantia peccauit, cū
ipse Deus eidem incerta, & occulta sapientiæ suæ
manifestauisset; vbi perspici potest propria iusto-
rum consuetudo. Nam, ut dicitur Prouerb. 18. Iu-
stus prior est accusator sui. Est enim, ut ait Chry-
sostomus Oratione. 5. aduersus Iudeos, iustus accusator
sui. Quod si quis quærat, qua ratione iustus accu-
sator sui dicatur, quia si iustus est, qua ratione ha-
bet quid in se accuset? Etsi habet, quomodo iu-
stus est appellandus? Respondendum est, quod
nomen iusti non amittit, qui quotidie per pæ-
nitentiam resurgit, ut ait D. Hieronymus. Qua
propter dicitur Prouerbior. 24. Septies in die cadit
iustus, quia quemadmodum in ludo pilæ non solum
dicitur bona pila, cū expedite volat, & per aerem al-
tius fertur, sed etiam si attingat pauimentum cadens
in terram, dummodo statim ob terræ reuerbera-

N

tionem

*Simile.**St. Hieron.**De**inuenit*

tionem resiliat ferens se in sublime, & recipocetur sic non solum dicitur iustus, qui nunquam cecidit in terram peccati, sed ille etiam qui etsi aliquando cadat, confestim tamen confurgit. Vnde etiam qui habet in se, aut commisit quid coram Deo accuset, non proinde nomen iusti omnino amittit. Quam ob rem etiam dicitur vbi supra. Septies in die cadit iustus, & Prouerb. 18. Iustus accusator est sui. Vt etiam Chrysof. vbi supra docet. Et vt iustus, vt dictum est, se accusat, sic impius, se semper excusat. Vnde loquens sanctus Iob de diabolo, cuius corpus est congregatio impiorum, dicit cap. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis. Dicit autem illud corpus esse coopertum squamis, quæ sunt quasi scuta in forma & typo fabricata, & sunt excusationes, quæ ortum habuerunt a forma primi hominis, qui à Deo reprehensus Genes. 3. se excusauit dicēs: Mulier quam dedisti mihi, &c. iuxta quod Act. 9. de Diuo Paulo refertur, quod in eiusdem conuersione ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Ad significandū nimirū ipsum suā culpā cognouisse, nec sua peccata inanibus excusationibus esse deinceps defensurū & operturū. Culpā, inquit Quintilianus lib. 9. præsertim deprehensam excusare, altera culpa est & D. Greg. 22. Moral. similiter: peccatum peccato addit, qui in culpa, quā fecit patrocina defensionis adiungit. Sicut pisces vt bene condiantur, pri° oportet vt ab squamis purificētur: sic necesse est vt animæ in virtute pœnitētiæ condiendæ excusationū squamis omnino mundētur. Nā, vt ait Chrysof. super Luc. de Lazar. conc. 4. accusatio peccati, exitialis est peccato. Et hom. 32. super epist. ad Heb. Accuset

Prouer. 18.

36

Semper impij se excusant à peccatis, quod aliter culpa est.

Iob. 41.

Genes. 3.

Act. 9.

Quintilian.

Gregorius.

Simile.

Chrysof.

set

set se quisque & propitiū iudicē habebit, & si se-
 set ex consequēti aliter eueniet. Quā ob causā Da-
 uidi Pfal. 140. inquit cū Deo loquēs: Nō declines cor
 meū in verba malitiæ ad excusandas excusationes in
 peccatis. Quasi dicat: Ne permittas Domine cor meū
 in verba malitiæ, quales sæpe sunt peccatorū excusa-
 tiones, declinare. O quot excusationes inquit pecca-
 tor (vt ponderat D. Bernard.) vt se exaltet. In primis
 enim dicit, non feci: quod si se arguit, & conuictum
 animaduertit, dicit, feci, sed benefeci. Si vero ma-
 fecisse conuincitur, dicit, si male feci, non feci multi-
 malè. Quod si magnū malum fecisse conuincitur,
 cit, si multum male feci, non feci mala intentione.
 tandē rem tā malā cū bona intentione non potuissi
 fieri cōprobat, semper excusationis scuta quærit,
 quibus se defendat, dicens, illè homo hoc mihi per-
 suasit vel diabolus me decepit. Cū nihilominus sæpe
 numero peccent homines sine eo quòd à dæmone
 decipiantur aut tententur. Quod plane confirmat id
 quod diuus Gregorius in dialogis refert de quodam
 religioso, qui eū Quadragesimali tempore duo oua
 haberet, quæ assare omnino in colina non poterat, si-
 ne eo quod ab aliquo monasterij obseruatore depre-
 henderetur (quod ipse propter supplicium inde sub-
 sequendum maxime reformidabat) tandē in cubicu-
 lo suo, lucernæ, seu ligni incensi igne assare decreuit,
 cūque ipsa assaret, & vnū repidū tā abortuisset, à su-
 periore suo cubicula perferente inuentus & simul
 acriter obiurgatus quare illud faceret: se excusās res-
 pōdit. Quia, inquit, diabolus me decepit. Quod ubi
 dixit diabolus etiā ex vicino ibidē loquēs ait: mēti-
 tur quidē quia talē modū assandi oua adhuc ego nes-
 ciebam

Pfal. 140.

*Quot excu-
 sationes qua-
 rat peccator
 vt se excu-
 set.
 Bernar.*

cieb̄. Significans nimirū se nec ipsum de cepisse nec
 tētāss̄, imo nec decipere nec tētare excogitasse. Ser-
 uus autē Dei planē culpā suā agnoscit, & quādo pec-
 cat, se vē & sincere peccati sui accusat, licet alios à
 suis peccatis excuset, eorūdemq; scelera, & flagitia
 extenuetq;. Quodē modo se D. Paulū habuisse colli-
 gere licet, ex eo, quia vnū idēq; peccatū à se & a Pha-
 risæis cōmissū, in se quidē exaggerauit, & accusa-
 uit, n̄ illis verē excusauit, & extenuauit. Ait enim lo-
 quēde se. 1. Tim. Qui primus blasphemus fui, & per-
 secutor, & cōtumeliosus. De Pharisæis autē Rom. 10
 dicit. Offenderūt enim in lapidē offensionis, & adij-
 cpaulo post. Testimoniū enim perhibeo illis quod
 emulationē quidē Dei hibēt, nō secundū scientiā.
 honorātes enim iustitiā Dei, & suā quārētes statuere
 iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Quibus in locis Phari-
 seorū peccatū quodāmodo excusauit, cū illud appel-
 lauerit emulationē, ignorantia, & zelū: Et suū mirū
 in modū exaggerauit appellans illud similiter blas-
 phemiā, persecutionē, & contumeliā, & prætereā om-
 niū earū & similiū principiū & originē, cum tamē ip-
 sius & Pharisæorū peccatum vnū & idē fuerit, Dei
 nimirū & eius ecclesiæ admirabilis cōtradiçtio. Et
 hoc est, quod iusti solēt efficere, & ipse Dauid effecit
 qui sicut cognitionē suę iniquitatis & peccati, quod
 asserit à se esse cognitū à Nathan accepit cū idem pa-
 rabolā de oue supra relatā proposuit. Sic etiā didicit
 eandem iniquitatem exaggerare ab eodem prophe-
 ta, qui. 2. Reg. 12. Ipsi Dauidi dixit. Hæc dicit Domi-
 nus Deus Israel: Ego vnxi te in Regem super Israel,
 & ego erui te de domo Saul, & dedi tibi domum
 Domini tui, & vxores Domini tui insinu tuo, dediq;
 tibi domum Israel, & Iuda, & si parua sunt ista,
 adijciam

38
 Boni quod
 in alijs excu-
 sant, in se ac-
 cusant &
 exaggerant
 1. Tim. 1.

Rom. 10.

1. Reg. 12.

adijciam tibi multo maiora. Quare ergo contemp-
fisti verbū Domini, vt faceres malum in conspectu
meo? Hanc igitur Dauid disciplinā secutus, exagge-
rationi sui peccati supradictæ adijcit (vt grauius ap-
pareat, quia qui scit volūtatem Domini, & non facit
eam, plagis vapulabit multis) se ignorantem ipsum
non commisisse, cum eidem abscondita & occulta
mysteria suæ diuinæ sapientiæ Deus aperuerit, sed
optime cognoscentem eiusdem peccati grauitatē &
turpitudinem se illud impudenter perpetrasse. Qua
etiam ratione aliam peccati circumstantiam notabi-
liter ipsum aggrauantem inducit, nimirum se cum di-
uinæ sapientiæ opibus esset mirabiliter exornatus
instar brutæ pecudis ad foedam turpitudinem se præ-
cipitem proiecisse. Dicit nanque de ipso optimè po-
tuit illud eiusdem in Psal. 48. Homo cum in honore
esset, non intellexit: comparatus est iumentis in sapien-
tibus, & similis factus est illis. Est enim carnalis tur-
pitudine, in quā Dauid se iniecit, brutarū animantium
propria. Is enim (vt ait Ales. lib. 28. quæstionum cap.
2.) pecudum & ferarum animantium numero habe-
tur, qui est hac ferina voluptate occupatus: quod idē
docet. c. 8. & lib. 3. moraliū Nicomachiorum. c. 10. Et
hac potissimū ratione dicitur à quibusdā hic philo-
sophus Alexandrum monuisse, vt ab hac carnali tur-
pitudine abstineret, quia nēpe ludus sit porcorum.
Quæ enim tibi, inquit, gloria erit, si cum porcis com-
municaris? Plato etiam eiusdem Aristotelis præcep-
tor lib. 9. de repub. eos qui carnalibus libidinibus in-
uoluūtur, pecudibus cōparat. Et in Phædro, hominē
veneri deditū pecudi similē dicit, flagitiosū, & impu-
dentē. Quin & Aug. lib. de vera religione refert ipsū

Psal. 48.

39.

*Carnalitur-
pitudine pro-
pria est pe-
cudum & fe-
rarum, ex
Platone,
Aristotele,
& alijs.
Aristotel.*

*Plato.**August.*

Platonem discipulos edocere solitum, vt à veneris voluptatibus abstinerent, persuasissimumque haberent veritatem non corporis oculis, aut sensu aliquo sed sola mentis puritate videri, ad quam percipiendam, nihil magis impedimento esse, quam vitam libidinibus deditam. Ex eo verò quod ità se res habet planè colligitur, esse hoc vitium puræ mentis intelligentiæ maxime oppositum, & manifestum, sapientiæ diuinæ contrarium, ac proinde Dauidis peccatum (per quod factus est ab statu diuinæ sapientiæ & dignitatis particeps ad brutæ animantis & abiectissimæ pecudis participationē & naturam transitus) miserabiliorem & grauiorem ruinam secū ferre. Qua propter ipse, vt illud exaggeraret, & se vehemētius accusaret, sibi incerta & occulta sapientiæ Dei manifesta fuisse inducit: nec tamen ipsum committere erubuit se, nec patrare similiter idem, reformidasse.

EXPLICATIO OCTAVI
versus.

*Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, laua
bis me, & super niuem dealbabor.*

Hoc est. Itaque quoniam me vehementer pollutum agnosco, tu quæso, me inuisibiliter, veluti hyssopo asperge, vt quo modo sacerdotes in expiatione immundorum, hyssopi asperisionem corpori adhibent, ità tu spiritum mundes, idque aquis spiritus tui, ac sanguine filij
tui

tui in consummatam peccatorum meorum
expiationem, quam hyssopi externa aspersio
significat. Id si feceris, verè mundabor, secun-
dum animam peccatis meis pollutam, si tu me
lauare digneris, ipsa item niue albius fiam.

Asperges me, &c. Verba hæc, asperges & lauabis,
quod statim sequitur, licet sint futuri temporis, &
indicatiui modi, sunt tamen accipienda pro verbis,
asperge & laua, præsentis temporis & modi impera-
tiui, vt in præceptis Decalogi sit cum in eisdem po-
natur, non mœchaberis, & non furtum facies, pro,
non mœcheris, & non facias furtum. Quo etiam lo-
co considerandum est, quænam sit causa quare Da-
uid, a quo iam Dominus (vt autor eidem fu erat Na-
than. 1. Reg. 12.) peccatum transtulerat, eique illud
condonauerat, ac proinde diuinæ gratiæ lauacro
ablutus erat toties ab ipso Domino adhuc implorat,
vt ipsum iterum atque iterum mundet & lauet, &
rursus hoc versu, vt ipsum aspergat, mundet, lauet,
& dealbet. Ad quam dubitationem respondendum
est, hoc vere pœnitentium esse maxime proprium.
Nam etiam post criminum remissionem, humilita-
tem mirum in modum colunt & amplectuntur: id
quod Diuus Paulum fecisse, plane constat. Nam cū
peccata sua omnibus conspicienda in omnem æta-
tem exhiberet, eadem describens. 1. ad Timoth. 1. sic
aiebat: Fidelis sermo & omni acceptione dignus,
quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccato-
res saluos facere, quorum primus ego sum. In qui-
bus verbis per illud, primus, idem intelligendum
est, quod maximus, seu quod excellēs, vt D. Augusti

¹
Verba futu-
ri sæpe in
scriptura su-
muntur pro
verbis præ-
sentis modi
imperatiui.
Dubium.

1. Reg. 12.

²
Iusti pro-
prium est
etiam post
quam à pec-
cato exiit,
se sæper pec-
catorem exi-
stimare.
Responsio.
1. Tim. 1.
August.

nus interpretatur. Primus sum, inquit, & nō primus fui, quoniam licet Spiritu sancto plenus fuerit, & in gratia confirmatus, & gentium Apostolus, & ad tertium vsque cælum raptus, vt tamen humilitatem seruet & doceat, sic loquitur. Nec respicit, quod per gratiam est, sed quod per peccatum fuit, & futurus in æternum esset, nisi eadem gratia ipsum reuocasset. Quia verò Deus per remissionem peccati facere non potest, vt illud peccator non fecerit, ideo Paulus se semper peccatorem, & non quemlibet, sed omniū primum considerat, ac propterea nō dicit, quorum peccatorum primus ego fui, sed, quorū primus ego sum; cū tamen peccator iam non existat. Quam sortasse ob causam Seneca in prouerbis ait, etiam obliuisci quis sis interdum expedit, vt, scilicet, vnusquisque ad præteritam vitam respiciens semper pudefiat, & præsentem considerans, non tumefiat. Nec enim se homo talem iudicare debet, qualem se deprehendit noua aliqua occasione oblata, aut cum diuino aliquo afflatu, se adiutum experitur. Non enim fluminum magnitudinem ex aqua, quæ alluione aliqua superueniente exundat, aestimare solemus, quia illud non perpetuum, sed accidentale, & rarum & inductum est. Quod plurimi non considerantes, seque illa noua occasione metientes, sibi plus tribuunt, quàm habent. Vnde Gregorius. 22. Moral. capite. 6. ait: Habet hoc humana infirmitas, vt plus intueri sibi libeat, quod ei in se placet, quàm quod displicet. Vbi etiam habet ipse Gregorius: Quidam dum boni aliquid faciunt, iniquitatum suarum prorsus obliuiscuntur, atque eo se iam sanctos existimant, quo peccatorum

3

Non qualis fit, sed qualis fuerit, cogitet, qui bene de se sentire voluerit.

Seneca.

Simile.

Gregor.



torum suorum memoriam declinant. At si distri-
 ctionem iudicis attenderent, plus de malis metue-
 rent, quam de bonis imperfectis exultarent. Ad
 quod facit illud Apostoli ad Galat. 6. nempe: Si-
 quis existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se se-
 ducit. Adhuc ergo modum David se adhuc pol-
 lutum considerat, & minus sibi tribuit, quam ha-
 bet, cum à Deo postulat, vt ipsum aspergat & à pec-
 cato mundet. Similiter etiam se grauatum & onera-
 tum sensit, cum iam ab onere peccatorum fuisset li-
 beratus. Tunc enim dixit, iniquitates meae supergres-
 sæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae
 sunt super me. Quod tamen antea minime dicebat
 cum in peccato esset, quia eius pondus non cog-
 noscebat. Sicut enim graua, vt dicunt naturales,
 qualia sunt terra, & aqua, in locis naturalibus
 suis non grauant, vt experitur is, qui sub aquis
 maris se submittit: quarum maximum pondus
 quod extra earum locum ferre non posset, in eo
 non sentit. Sic homo peccati grauitatem: quam
 in peccato existens non sentiebat, extra ipsum pecca-
 tum positus optime cognoscit, molestissime fert, &
 acerbissime gemit.

Asperges me Domine hyssopo. Nomen illud
 Domine, nec habent Hebræa, nec Græca, nec Di-
 uus Augustinus, nec etiam nostri codices emen-
 datiores, magisque correpti. Nomine vero hyf-
 sopi intelligit ipse Augustinus libro. 2. de doctri-
 na Christi, humilitatis virtutem designari, nec
 enim hyssopus, aliud ve herbarum genus con-
 tractas in animo maculas, aut sordes abluere
 potest, à quibus, vt mundaretur David à Deo

N 5

efflagi-

Galat. 6.

4
 Non cognos-
 cit onus &
 graua me pe-
 ccati, nisi qui
 ab ipso exi-
 nit.

Psalm. 37.

Simile.

5
 Humilitas
 per hyssopi
 designatur
 & quare.
 August.

Exod. 12.

efflagitabat. Est nanque vt Exod. 12. habet glossa, hyssopus herba humilis, nascens in petris purgans peccatus & pulmonem: seu quod idem est, herbula quaedam exigua ad purgandum peccatus & a pulmone tumorem expellendum, maxime conducibilis: Cuius radices durissimos etiam lapides, in quibus nascitur, penetrant. Quæ omnia humilitati maxime conueniunt.

6

Humilis paruulus est in oculis suis, magnus autem in oculis Dei. Bernard. 2. Reg. 6. August.

In primis enim vere humilis paruulus est in oculis suis, adeo, vt sicut dicit Bernardus non velit apparere humilis, sed vilis. Quam obrem. 2. Reg. 6. Dauid dixit, Humiliabo me, & vilior fiam in conspectu Domini. Procedit enim humilitas secundum Augustinum ex intuitu propriæ conditionis, & sui conditoris. In cuius celsitudinis conspectu, & consideratione ipsa humanæ naturæ vilitas magis apparet. Si cut nobilis qui nunquam Regem, nec regalem eius

7

Ex cognitio e Dei & hominis procedit in ipso homine humilitas. Simile.

curiam & aulam vidit, nullum se esse in toto orbe nobiliorem, opulentiorem ve arbitratur. Si autem in eadem cutia, & aula regia versatus fuerit, & Regem, eiusque famulos, ministros, & amplissimam, illusterrimamque familiam viderit, nec se nobilem, nec diuitem putat, nec se tanti æstimat, imo humiliter de se sentit. Sic qui considerationis oculis Deum Regem Regum; & dominum dominantium intuetur, caelestesque principatus, & potestates, & dominationes, & reliquam beatorum omnium familiam aspicit, se omnino contemnit, despicit, & cum Dauid eadem Deo dicit: Et substantia mea tanquam nihilum ante te, & confitebor tibi Domine, quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Vt habetur Psal. 138. Quæ verba explicas Diuus Chrysostomus Hom. 1. de incom-

Psal. 38.

Psal. 138. Chrysoft.

incomprehen. nat. Dei, ait Dauidē in aduerbio terribiliter alludere ad id, quod euenire solet illis, qui in summitate turriū, vel locorum valde sublimium stant; & inde in ingentem profunditatis abyssum oculos proni deorsū conijciūt: quibus propterea euenit, vt eorundem oculorum lumen in ipsis deficiat, capilli erigantur, caput euanescat, carnes contremiscant, & vehementi timore affecti intra seipos quodammodo se recipiant. Nam quia apud Dauidis cor, & mentis considerationem Deus maxime magnificatus fuerat, se ex ea celsitudine despiciens tam terribiliter tamque vehementer perterritus remāsit, vt suę vilitatis cognitionem consecutus, & eximie humilitatis virtutem perfecte fuerit adeptus. Quo etiam modo se habuit Iob, cum ca. 42. dicebat. Nūc autē oculus meus videt te; idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere. Dauid item Psal. 130. ait. Domine non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei, nec ambulauit in magnis, nec in mirabilibus super me: sicut ab lactatus super matrem suā; ita retributio in anima mea. Pro quo alij transfulerunt. Qualis ab lactatus erga matrem suam, talis in me anima mea. Quibus verbis suam eximiam humilitatē insinuat. Quemadmodū enim infans, qui nec manibus, nec diligentia aliqua industriā ve, sibi remedium quærere potest, sed quoad omnia à matris amore omnino dependet, totam spem in ea constitutam habet, sic etiam Dauid præ singulari humilitate, qua erat præditus, in nulla re huius mundi fidebat, & nitebatur: imò potius omnē fiduciā in Deo humiliter collocabat. Vnde Chysofost. de compunct. inquit: Vere magnum, & mirabile est quia

Iob. 42.

Psal. 130.

Simile.

quia is, qui vere magnus est nihil magnum de se fē-
tit, aut loquitur, sed omnium se vltimum iudicat, &
salutem de sola Dei misericordia sperat. Ex quo pa-
tet vnum quemque vere humilem, paruulum in
ipsiusmet conspectu esse, licet in oculis Dei mag-
nus existat. Quod etiam constat 1. Reg. 15. vbi Sa-
muel ad Saul dixisse perhibetur. Nōne cū paruulus
esses in oculis tuis; caput factus es in tribubus Israel.
Ac proinde similiter manifestum relinquitur accō-
modate per nomen hyssopi (quæ herba paruula est)
humilitatis virtutem significari.

1. Reg. 15.

8
Maximus
animi mor-
busest super-
bia & pluri-
ma mala ex
ipsa nascun-
tur.

Eccles. 10.

Iob. 4.

Num. 15.

Ambros.
August.

Deinde hyssopo humilitas in eo assimilatur. Quod
quemadmodum herba illa inflationes pectoris, &
pulmonis purgat; sic etiam humilitas tumorem su-
perbiæ, quæ maximus est morbus animi, ab eodem
expellit. Quod vero ea sit maximus animi morbus
constat ex multis sacrarum literarum locis. Dicitur
enim Ecclesiast. 10. quod est initium omnis peccati
superbia, quia nimirum est omnium peccatorum
fons & origo. Et Tobia. 4. Superbiam nunquam in
tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In
ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et Nu-
merorū. 15. anima quæ per superbiã aliquid cōmise-
rit, siue ciuis ille sit, siue peregrin^o cōtra Deū rebellis
fuit, peribit de populo. Ex quibus verbis colligitur
soli superbiæ tanquam maximo crimini non fuisse
cōcessam in lege veteri eam expiationem, quæ alijs
peccatis per sacrificia in eadē lege concedebatur.
Quem locum enarrans Ambrosius dixit, quod ma-
ximum peccatum in homine superbia est. Quoniam
quidem inde manauit nostri origo delicti. Hoc pri-
mum telo nos diabolus vulnerauit & perculit. Diuus
August.

August. etiam tomo 4. de salut. document. loquens *August.*
 de superbia ait: Ipsa est omnium peccatorum initiū
 & finis; & causa. Quia non solum peccatum est ipsa
 superbia sed etiam nullum peccatum esse potuit, aut
 potest, aut poterit sine superbia; siquidem nihil
 aliud omne peccatū est, nisi Dei cōtēptus; quo eius
 p̄cepta contemnimus. Quam obrem Psalm. 118. dici
 tur: superbi inique agebāt vsque quaque, seu nimis *Psalm. 118.*
 vt alij trāstulerunt. Per quod ostēditur, quod super
 bia nō solū iniq; sed nimis, & multoties iniq; agit;
 Quia nēpe ad omnia peccata in quibus Dei contēp-
 tus inuoluitur quodāmodo concurrat. Quapropter
 ipsa maximus morbus & nimium contagiosus est
 dicenda, & iudicanda, siquidem non solum Dei
 contemptu, omnia etiam vitia deteriora facit, &
 magis inquinat: verum etiam ipsa opera bona, &
 virtutes inficit. Vnde de ea recte dicit quidā Poeta.
 Inficit egregios adiuncta superbia mores. Et Hu
 go lib. 2. de anima ait: Cætera vitia solas virtutes im
 petunt, quibus ipsa destruuntur, vt Luxuria pudici
 tiam, ira patientiam, &c. Sola vero superbia contra
 cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis
 & pestifer morbus omnes corrumpit. Quapropter si
 militer August. tomo. 2. ad Dioscor. Epistol. 56. ait: *August.*
 Iā nobis de aliquo bono gaudētibus, totū extorquet
 de manu Superbia. Vitia quippe cætera in peccatis,
 superbia etiam in recte factis rimenda est, ne illa,
 quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate
 amittantur. Et Gregor. Homil. 6. qui sine humilitate
 virtutes congregat, quasi in ventū puluerem por- *Gregor.*
 tat. Quo nimirum obeccabitur, & peior efficietur.
 Et Beatus Isidorus, superbia, sicut est origo omnium
 criminum *Isidorus.*

*Superbia nō
 solum cæte-
 ra vitia pe-
 iora reddit,
 sed virtutes
 etiam inqui-
 nat.
 Hugo.*

criminum ita & ruina cunctarum virtutum.

August.
10
Tale vitium
est superbia
vt ad eius
curationem
virtutes in
terdū amit
tere necessē
fit.
Gregor.
Simile.

Denique tantus ac tam contagiosus morbus est superbia, vt Augustinus sermone. 57. super Matth. hæc de ea dicat. Audeo, inquit dicere, expedit superbis continentibus cadere, vt in eo ipso, in quo se extollunt, humilientur. Quid enim prodest cui est cōtinentia, si dominatur eum superbia. Quia, vt etiam inquit Greg. 21. Moral. c. 2. nihil valet apud Deū aut superba castitas, aut humilitas inquinata. Et quemadmodum periculosissimum est brachij vulnus, propter quod ipsum brachium, ne totum corpus inficiatur ab eximio chirurgo abscinditur, & quemadmodum perniciosissimus est humor, propter cuius expulsionē, illi etiā, qui ad salutem maxime conducūt simulcum ipso à prudenti etiam medico euacuantur; sic quoque periculosissimus est habendus superbiæ tumor infaltio & morbus, propter cuius curationem Deus permittit sæpe numero, vt castitas aliæq; virtutes eximie amittantur. Quam obcausam Christus Dominus discipulos suos in ambitionem, & contentionem cadere permisit, vt scilicet, a periculo fiori superbiæ morbo eosdem præseruaret, & ab eorum animis ipsum procul amoueret, quod Dauid Psal. 118. sibi contigisse significauit, dicens, prius quā humiliarer ego deliqui. Et rursus: Bonum mihi, quia humiliasti me; Hunc ergo perniciosum superbiæ morbum & tumorem depellit, & purgat sola humilitatis virtus. Sicut enim, vt ait Plutarchus, si aliquid boni in vtres velis infundere, ventum atque aerem emoueas oportet; sic fastum & tumorem eximas oportet ab animo eius, quem docere velis. Et rursus: sicut vasa cum liquore replentur, aerem expellunt; sic

Psal. 118.

Plutarchus
Simile.

Simile.

ſic, qui humilitatis virtutem recipiunt, & amplectuntur vanitatem dei ieiunt, & omnem ſuperbiæ ſpeciem execrantur. Contra vero, ſicut vaſa cum euacuantur liquore, aere implentur, nec etiam liquore eodẽ impleri valent, niſi prius aer ab eiſdem expellatur: ſic expulſa ab animo humilitate, ipſe vanitate impletur, in quem etiam ſapientia & vera ſui cognitio ingredi non poteſt, niſi vanitas ab eodẽ dei ieiatur, & ipſe ab ea purgetur. Vnde Philoſophus quidam præclare Alexandro dixit cum eum cognoſceret ſuperbum, Deus præſto eſt largiri ſapientiam, ſed tu non habes ubi eam recipias. Quia, ſcilicet, tumentiſ ſuperbiæ flatu inſolenter erat elatus. Quam ob cauſam diuus Auguſt. in mediationibus cap. 1. Deo dicebat: Redemptor meus, expelle à me ſpiritũ ſuperbiæ, & concede propitiuſ theſaurum humilitatis tuæ. Intelligens, nimirum, quod animus à tumore & inflatione ſuperbiæ per humilitatem purgatur. Quia propter in eo humilitas hyſſopo, quæ herba pulmonis & peſtoris eſt purgatiua ſimilis exiſtit.

Eidem denique herbæ hyſſopo humilitas aſſimilatur. Quia quemadmodum ipſa petræ adnaſcitur, & eiufdem radices ipſius petræ duritiem penetrant, & quodam modo infringunt: ſic humilitas petræ, de qua dicitur 1. Corinth. 10. Petra autem erat Chriſtus adnaſcitur, & adhæret. Et ſicut herba ex terra, in qua naſcitur, vigorem & vires accipit, quibus in altum creſcit: ſic etiam humilitas a Chriſto Domino, tamquam ab eiufdem fonte, & origine procedit, tum ipſius imitatione, tum vel maxime diuini eiuf ſpiritus communicatione incrementum recipit. Quod quidem optime cognoſcet, qui Chriſtum Dominum ſolum

Philoſoph.

D. Aug.

1. Cor. 10.

11
Quis ſit vere humilis. & quod ſolus Chriſtus talis dicatur

solū esse vere humilē intellexerit. Solus enim ille vere humiliari dicitur, qui à proprio loco, propria ve dignitate, vel autoritate descendit, & sibi aliquid, quod habet, aufert. Verbi causa. Si Rex à regali solio in quo sedet, in alium inferiorem locum descenderet, vt in eo sederet, verè humiliari diceretur, non tamen ille, qui tam abiectę & infimę esset conditionis vt inferior esse, & in inferiori loco sedere nō posset. Quapropter, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens est, vt dicitur Psalm. 16. Et præterea, quia est ex nihilo à Deo productus, & per peccatum etiam ad nihilum redactus est, vt de se asserbat Dauid: ideo licet se homo pro nihilo reputet, non se verè humiliabit, nec se multum submittet, quia à proprio loco deorsum non descendet: imo in proprio remanebit. Si verò aliquid in se esse existimat, ac proinde de eo se posse gloriari putat, videat, quid ei dicat Apostolus. Quid habes, quod non acceperis? Etsi accepisti, quid gloriaris? Nemo ergo de eo, quod habet gloriari potest. Nec similiter vere, humilis est appellandus, siquidem si se pro nihilo reputat, nihil sibi de proprio loco, dignitate & autoritate detrahit: nec in ea opinione de se cōcepta fallitur, nec deniq; in ea reputatione aliquid quod haberet, amittit. Cæterum Christus Dominus multo aliter se habuit, & habere potuit. Vt enim inquit D. Paul. ad Philipp. 2. cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. Habuit enim se, vt in proposita similitudine perseueremus: sicut Rex qui relicto suo subli
mi

Psal. 16.

Philipp. 2.

mi folio, multo inferiorem locum, in quo eſſet, ſibi elegit. Quam ob rem ipſe ſolus vere & propriiſſime ſe humiliavit, & in genere humilitatis eſt principium & fons, à quo humilitas naſcitur, & in alios deriuatur. Quod idem Apoſtolus innuit immediate ante ipſa prædicta verba, inquiens: Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Vbi humiliare ſe vocat ſenſum, & ſpiritum Chriſti per imitationem habere. Ad quod idem ipſe Chriſtus Matth. 11. diſcipulos mouet dicens: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Licet verò hoc facientes adhuc veram humilitatem propter aſſignatas rationes non conſequantur: Deus tamen, quæ ſua eſt bonitas, noſtram humilitatem tanquam veram acceptat, quando viliſſimum & abiectiſſimum locum, nobis debitum eſſe cognoſcimus, nec nos alio nobiliori, imo (ſi poſſibilis ſit) infimiori dignos eſſe iudicamus. Patet igitur ex dictis, quod maximam præfert hyſſopi petræ adnaſcentis ſimilitudinem humilitas, quæ Chriſto Domino, qui petra dicitur ab Apoſtolo, adnaſcitur, & ex eo per ſui diuini ſpiritus communicationem originem ducit, & per imitationem mirum in modum creſcit & augetur.

Dicitur etiam humilitas perinde ac hyſſopus lapidis durtiem, Dei iram emollire, & quodammodo infringere. Quia ſicut fulmen dura, & ſibi obſiſtencia diruit, blanda verò, & ſponte cecidentia non lædit: ſic Deus ſuperbis reſiſtit, vt ait Diuus Iacobus capite. 4 humilibus autem dat gratiam, ac proinde ipſius iræ impetus quodammo-

Matth. 11.

12
Humilitas
iram Dei mi-
rabiliter mi-
tigat, ſuper-
bia vero cõ-
trarium fa-
cit.
Simile.
do Iacobi. 4.

O

do

Simile.

do humilitate infringuntur. Quemadmodum præterea in expugnatione urbium solent qui obsidione tenentur saccis molli lana oppletis muros iam iam ruituros protegere & eisdem multo melius, quam duris alijs rebus iaculorum ictus celando sustinent, ita similiter humiles sponte Dei irati ictibus cedentes, eosdem detinent, & quodammodo infringunt, ne ab ipsis penitus interimantur. Tali ergo hyssopo aspergi desiderat Dauid, vt à debitis sibi supplicijs liberetur, & ab immunditia sua mundus reddatur, & vt ab eo pestifer superbiæ tumor

Leuit. 11.

expellatur. Leuitic. 11. scriptum est, Camæleonem, qui aere sustentari solet, vt naturales affirmant animal immundum fuisse in lege veteri reputatum.

Simile.

Superbus similiter per Camæleonem accommodate designatus, quia vanitate, veluti aere sustentatur, in oculis Dei immundus existit.

¹³
*Humilitas
 omne vitium
 enervat.
 Greg. 8.
 Moral. 6. 30*

Taliquæ hyssopo, nimirum humilitate maxime indiget homo, vt mundus vndique efficiatur. Et, vt ait Gregor. libro. 8. Moral. capite. 30. ita hæc humilitatis virtus omne vitium enervat, sicut arrogantia omne vitium roborat. Vnde videns Antonius eximius ille eremita vniuersum plenum laqueis exclamauit dicens: Quis effugiet hæc Domine Deus? Cui Dominus respondit: Sola humilitas, Antoni. Nihil profecto publicanus ille, quem refert Lucas. 18. aliud habuit, quam humilitatem, propter quam nec audebat oculos ad cælum leuare. Quæ etiam in causa ipsi fuit, vt ab omni criminis contagione mundatus

Luc. 18.

datus & iustificatus à templo exierit : Quod ta-
 men minime euenit Phariseo , qui se de multis
 virtutibus iactabat , quas fortasse haberet . Sola
 itaque humilitas , quæ in charitate fundamentum
 habet huiusmodi iustificationem potest causare. Il-
 la enim vna plus cum peccatis valet , quam reliquæ
 omnes virtutes sine ipsa profint ; imo sine ea ani-
 mam occidunt , quam ipsa etiam cum peccatis exi-
 stens ad veniam , & gratiam impetrandam præparat .
 Sunt aliqua in Hispania & alijs multis regnis oppida
 quæ licet nihil fere aliud præter triticum in suis ter-
 minis colligant , cæteris tamen opibus , & reliquis
 rebus ad vitam necessarijs non carent , & ita solum
 triticum eis præstat diuitiarum copiam . Ex eo
 enim vinum , oleum , linum , & cætera ad vi-
 ctum , & vestitum necessaria depromunt . Ad
 quem modum ex humilitate sola sæpe depro-
 mit peccator id , quod ad spiritualem animæ vi-
 tam necessarium est , quodque omne vitium e-
 neruat & ab omni scelere emundat . Quamobrem
 sanctus propheta Dauid ait , Asperges me Domine
 hyssopo & mundabor lauabis me , & super niuem
 de albabor .

Possunt etiam hæc eadem verba in alio al-
 tiori sensu intelligi , & profundiori explicatio-
 ne declarari . Quod vt fiat , est in memoriam re-
 uocandum id , quod Leuitic . decimo quarto,
 ad leprosi emundationem Deus faciendum esse
 præcipiebat . Est enim ibi sacris literis proditum,
 quod offerebat leprosus duas aues cum ligno ce-
 drino , hyssopo , & cocco . Et alter passer immo-

O 2

labatur

¹⁴
 Plus potest
 humilitas
 cum pecca-
 tis quam su-
 perbia cum
 virtutibus .
 Simile.

¹⁵
 Quomodo
 fiebat olim
 leprosi emun-
 datio &
 quid ipsa sig-
 nificabat.
 Leuit. 14

labatur super vase fictili, & aquis viventibus: alter vero sanguine immolati tinctus liber dimittebatur: Leprosus autem sanguine passeris septies tingebatur. Quod multiplicem septem sacramentorum usum ad peccatorum emundationem frequentatum praefigurabat. Christus & homo, duo sunt passeres. De Christo enim dicitur Psalmo. 101. Sicut passer solitarius in tecto, &c. De homine similiter Psalm. 83. Etenim passer inuenit sibi domum, &c. Christus immolatur Deo super vase fictili, hoc est, in carne mortali. Eius sanguine intingitur, & aspergitur homo, qui est alter passer, qui quidem, vt dimittatur liber, ligatur cedrus, hyssopus, & coecus, ex quibus asperforium, quo ipse aspergitur, conficitur. Hyssopus petrae adnascens, & mala pectoris purgans, fidem significat, quae Christo innixa cor ab erroribus purgat, atque purificat. Cedrus arbor fortis, & in altum se extollens, quae suo odore serpentes fugat, spem inducit, quae est de celestibus, & altissimis, quaeque tam fortis est, vt omnem aduersitatem tolerare faciat, & tam potens, vt suo odore tentationes diaboli procul fuget. Coccus, seu vermiculus igneum colorem habens, secundum magistrum Hebr. 9. significat charitatem, quae igneo illo colore feruorem Spiritus sancti insinuat.

Vel lignum cedri crucem designat, qua peccata delentur, hyssopus Christum Dominum in ea positum, Coccus vero, qui Iosue secundo, datur Raab in signum libertatis, sanguinem

Psal. 101.

Psal. 83.

Magister.

Heb. 9.

16

Hyssopus

Christum,

cedrus cru-

cem & coc-

cus sangui-

nem signifi-

cabat.

Iosue. 2.

guinem eiusdem Christi significat, qui nos in libertatem vindicauit. Et de hoc aspersorio & sanguine dictum est Exod. 12. fasciculum hyssopi sanguine tingite, & aspergite ex eo. De quo etiam Paul. Hebr. 9. ait. Si enim sanguis vitulorum & hircorum aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem, &c. Quanto magis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti? Et ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Et infra capite. 5. viri diligite vxores vestras: sicut Christus dilexit Ecclesiam suam, & se ipsum tradidit pro ea ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta, & immaculata. Quod vero sanguis Christi in cruce tanquam hyssopi in cedro positi hominem solus mundet, & mundare possit, colligitur ex eo loco Iob. 14. ubi ipse dicit. Quis potest facere mundum de immundo conceptum femine, nisi tu qui solus es. Siue, ut in Hebræo habetur, nisi tu cum solus es. In cruce autem positus Christus Dominus magis solus extitit, quam vnquam extiterit. Licet enim in præsepio extra urbem Bethlehem natus esset, tamen virgine beatissima eius matre, & sancto Iosepho erat comitatus. Licet solus in deserto ieiunaret, tamen ibidem Angeli ei ministrasse dicuntur. Licet in horto discipuli relicto eo omnes fugerint,

Exod. 12.

Hebr. 9.

Ephes. 1.

Cap. 5.

Iob. 14.

17
Solutus Christus suo sanguine in cruce effuso nos mundare potuit.

nihilominus tamen nec ibi, nec alibi à patre fuit derelictus. Et ita vbique posset dicere illud Davidis: Si fuero in medio umbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es. Solum autem in cruce adeo solus fuit, vt in eadē positus ad patrē dixerit. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quando igitur tempore passionis maiorem sanguinis vim, & copiā ad mundationem omnium nostrum effudit, tunc magis solus extitit. Qua propter Iob ea verba dixit: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu cum solus es? Hoc ergo asperforio ex ligno crucis & ipso Christo domino confecto, & in eiusdem sanguine tincto, vt aspergeretur postulabat dicens prædicta verba.

18
Christus la-
uat nos san-
guine suo &
candidos fa-
cit.

Apoc. 1.
Apocal. 7.

Simile.
Cant. 4.

August.

Lauabis me, & super niuem dealbabor.
Eadem fere sententia, quæ in verbis iam explicatis reperitur, in his etiam explicandis continetur. Nam Christus Dominus, vt habetur Apocal. 1. dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et Apoc. 7. de Beatis dicitur: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni. In quibus verbis iam inducitur, quod eo sanguine Beati dealbati exiunt. Licet enim sanguis sit rubeus: charitatis tamen calore albus efficitur: sicut lac quod sanguis decoratus à physicis esse asseritur, ac proinde dealbare posse non est dubitandum. Item Cantic. 4. videt Spiritus sanctus fideles sponsæ filios tanquam greges tosarum, quæ ascenderunt de lauacro: exuerunt enim veterem hominem cum actibus suis, & induerunt nouum in lauacro sacramenti per verbum vitæ, quo ad elementum accedente fit sacramentum, vt ait Augustinus.

ſtinus. Et ipſi cãdidioreſ niue facti in montem Sion hoc eſt, in Eccleſiam conſcendunt. Ad quem cando rem inuitat Deus per Iſaiam cap. 1. peccatores, poſtquam eorum manus plenas eſſe ſanguine ſignificat dum eiſdem dicit. Lauamini & mundi eſtote &c. Et paulo poſt. Venite & arguite me. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Vbi aduertendum eſt quod cum per ſanguinem in ſacris literis, peccata ſignificentur, iuxta illud Oſeã. 4. Et ſanguis ſanguinem tetigit: Et illud Pſalmi. Viri ſanguinum, & doſoſi non dimidiabunt dies ſuos, per coccinum & vermiculum, quã ſanguineum colorem præ cãteris rebus rubris exprimunt, maxima peccata deſignari, ac proinde eadem per diuinum lauacrum eſſe penitus delenda nec aliquam ex ipſis maculam in anima poſt ipſum lauacrum eſſe relinquendam: imo eandem animã veluti candidam niuem, & albam lanam eſſe permanſuram. Dauid autem hic ſe ſuper niuem dealbandum fore affirmat, ſi à Deo per diuinã gratiã lauacrũ purificetur.

Vt autẽ gratiã purificãtis præſtantia intelligatur ponderandum eſt ex propoſita trãſlatione quantum albedo inter alios colores excellat. Nã in tranſfiguratione Chriſti dicitur Matth. 17. Marci. 7. & Luc. 9. Quod veſtimenta eiſ facta ſunt alba ſicut nix. Et Matth. vltimo de eiſdem Chriſti reſurrectione, quod apparuit in veſtimentis albis, vt nix. Et Ioan, vltimo quod Maria vidit duos Angelos in albis ſedentes in monumento. Et Actorum. 10. quod Angelus ſtetit ante Petrum in veſte candida. Et Apocal. 7. quod vidit Ioannes ſtantes ante thronum in conſpectu

Oſeã. 4.

Pſal. 54.

19

Sãguis peccatum ſignificat.

20

Præſtantia gratiã per albedinem deſignata.

Mat. 17.

Mat. & Luc

ca. 9.

Mat. vlt.

Apoc. 7.

pectu Agni amicti stolis albis. Et Denique Actorū.
 1. quod duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus al-
 bis. Quæ omnia sacrarum literarum loca peculia-
 rem albedinis excellentiam inter cæteros colores in-
 sinuant: siquidem & Christus, & Angeli induti vesti-
 bus albis in solennissimis & lætissimis resurrectio-
 nis & ascensionis diebus apparuisse dicuntur. Et qui-
 dem albedinem inter cæteros alios colores tantam
 habere præstantiam docet Aristot. libro de sensu &
 sensibili, vt ipsi colores ex eo magis, vel minus nobi-
 les dicantur: quia magis vel minus eidem albedini
 appropinquant, & ab albedine recedūt: vnde nigredo
 qui color omnium infimus est, & albedini omnino
 contrarius, interdum pro malo accipi solet. Vnde
 Persius ait.

Aris.

21
*Nigredo est
 color mali
 significati-
 uus.*

Persius.

Quæcūque sequēda forēt, & quæ vitanda vicissim.
 Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.

Cassianus. Quod ideo dicit, quia, vt refert Cassianus in suo
 Catalogo gloriæ mundi, solebant prisca quod bo-
 num, & laudabile erat creta vel alba linea notare: è
 contra vero quod turpe fuisset, nigro signabant. Iu-
Iuuenalis. uenalis etiam similiter dicit.

Nigrum in candida vertunt.

Quod quidem haud dubie fit in illis, quos Deus
 à peccatis abluit, quia super niuem dealbantur.

Habet denique albedo seu candor aliam non
 contemnendam, imo eximiam excellentiam, ni-
 mirum esse (vt vbi supra docet philosophus) ori-
 ginem

ginem & fontem aliorum omnium colorum, omnesque eos ab eo dependere, eisdemque in se posse recipere: quod reliquis coloribus esse impossibile; est proculdubio asserendum. Quæ omnia humilitati, de qua sub nomine hyssopi significata hunc verum præcipue agere exposuimus, conuenire nemo inficiabitur. Est enim humilitas, vt ait Bernardus libro. 5. de consider. virtutum stabile fundamentum. Quæ si omittitur, ipsa virtutum congregatio, non nisi ruina est. Ex quo patet, & cæterarum virtutum fundamentum, & veluti originem esse, & easdem in tali fundamento, & subiecto accommodate recipi, denique ab eodem sic dependere, vt sine ipsa potius obsint, quam proficiant.

Animaduersione etiam digna est, tanta verborum purificationem significantium multiplicatio, quanta Dauid vtitur in hoc Pfalm. Ait enim in primis: Dele iniquitatem meam. Deinde: Amplius laua me. deinde etiam: A peccato meo munda me. Et postea: Asperges me Domine hyssopo. Et rursus: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quæ omnia verba quia peculiarem significationem habent, peculiarem etiam immunditiam, peculiaremque purificandi modum insinuât. Nam verbum, dele, innuit peccatum esse scriptum, siue in libro conscientiæ (de cuius libri similibus dicitur Apocal. 20. & Daniel. 7. libri aperti sunt &c. Vbi D. Hieron. D. Antel. & venerabilis Beda, per libros intelligunt conscientiæ hominû in quibus cōscientijs, eorû peccata sunt cōtra ipsos scripta,) siue in libro vitæ cuiuscuiusq; qui in eodem Apocal. capite, dicitur

Q 5 esse

22
Sicut albedo cæterorum colorum, sic humilitas cæterarum virtutum fundamentum est.
Bernard.

23
Quid verba lauo, mûdo, aspergo, & dealbo peculiariter significent.

Apoc. 20.
Dani. 7.
Hieron.
Ansel.
Beda.

*D. Aug.**Iob. 13.**Colof. 2.**Simile*

esse aperiendus vltima iudicij die: & in quo vt dicit D. August. 20. de Ciuit. Dei. capit. 14. continetur quid quid vnusquisque fecit, vel non fecit. Et de hac scriptura intellegi potest illud Iob. 13. Scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolefcentiæ meæ. Et quia ex ipsis sic scriptis effectum est chirographum decreti contrarium vnicuique nostrum, ideo de Domino dixit Paul. Colof. 2. quod fuit delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Ait ergo Dauid: Dele iniquitatem meam & rursus: omnes iniquitates meas dele. Hoc est ne cōtra me amplius sint scriptę effice vt obliteretur Lauare similiter præsupponit maculam & mundare, immunditiam, quas incurrere vnumquemque peccantē, supra explicuimus. Aspergere vero, lauare & dealbare (quæ verba in hoc versu adhibentur) inquant, etiam maximas esse maculas & fēdisimas sordes, quas Dauid se contraxisse cognoscebat. Sicut igitur aliquando euenit, vt in pariete dealbato, aliquod verbum turpe in alicuius opprobrium scriptū sit. Et qui vidit dicit cuipiam alteri, dele & oblitera illud. Et postquam dele tum est quia macula ibi remanet, eidem iterum dicit: laua illud. Et postquam illud lauit, ipsi rursus dicit, munda, seu absterge quia adhuc post lotionē aliqua immūditia in eo reliqua est post quā mūdatū est tadē ait quia immūditia ipsa omnino ablata nō fuit, asperge & laua amplius, & id adhibe, quo in pristinū cādorē reuocetur. Ad eū prorsū modum ait Dauid, dele & oblitera quod scriptū est, laua quod maculatum est. Munda quod immundum est. Asperge, & laua quod aliquid immunditia adhuc retinet. Et denique adhibe id, nempe, tuam diuina m

uinam gratiam, quo super niuem dealbetur.

EXPLICATIO NONI

versus.

Auditui meo dabis gaudium, & letitiam & exultabunt ossa humiliata.

Hoc est, fac me, quæso, in conscientia audire vocem gaudij, & letitiæ plenam peccatorum remissionem tuique fauoris restitutionem mihi in Spiritu significando. Id ubi feceris, omnes vires animæ, & corporis nimio penitentia dolore atque iræ tuæ timore afflictæ, atque cōfractæ, exultabunt gaudio omnia corporis membra peruadēt, atque ad laudandum te, & seruiendum tibi prōpte exilient.

Significat his verbis David se maxima tristitia a suo peccato promananti intrinsecus esse affectū seque ab ea liberari ardentissime exoptari. Quod quidem minimè mirum est: si quidem eo ipso, quo aliquis in peccato existit, vehemēti etiam animi perturbatione & maxima tristitia afficitur. Qua propter de similibus merito dicitur illud Psalm. i18. nempe. Maledicti, qui declināt à mandatis tuis. Cū enim peccator legem Dei transgreditur, quam plurimas statim maledictionis incurrit, quarum ubi primum peccat illico animi perturbationem metum, trepidationem & tristitiam in se incipit experiri. Quod de

se significauit Cain Genes. 4. quando dixit, Ero profugus,

^r
Magna tristitia & perturbatione, metuque afficitur, qui in peccato existit.

Psalm. 118.

Genes. 4.

fugus, & vagus super terram, & omnis, qui inuenerit me, interficiet me. Quæ verba præterquam quod significant perturbationem, & inquietudinem cordis malitiæ, & peccato esse con nexam; significant etiam peccatorē in nulla re voluptatem penitus reperire nec aliquid esse quod eidem atrocissimus carnifex nō existat. Quod etiam insinuat id, quod ibidem cōtinetur; nimirum: Nonne si bene egeris recipies, si autē male statim in foribus peccatū tuū aderit. Id est si male egeris statim peccatum tuum ad ostium pulsabit, & conabitur ad te ingredi, vt te contorqueat.

2

*Quale sit
cor impij dñi
in peccato
existit.*

Deuter. 28.

Esai. 48.

Simile.

Rom. 6.

Simile.

Quin & Moyles Deuter. 28. cuiusque peccatori dixit, Dabit tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficiēs oculos, & animam consumptā mœrore; & erit vita tua quasi pēdēs ante te. Timebis nocte & die & nō credes vitæ tuæ. Mane dices, quis mihi det vespērū, & vespere, quis mihi det mane? Non est pax impijs habet Esai. 48. & cor impij quasi mare feruens quod nullo modo quiescere potest. Quemadmodū enim cum tyrānus in regno princeps existit, & qui naturalis Rex est, est regno spoliatus, in eodem regno pax esse non potest, semper nanque proprius Rex conatur in eius possessionem reuocari & restitui: sic etiā dum appetitus seu peccatum regnat in mortali hominis corpore (id quod Diuus Paulus maxime vni cuique prohibet) ratio, quæ natura superior est, in suū locum, & dominationem redire procurans, ipsū hominē discruciat, quæ discruciatio morsus cōsciētix s. let appellari. Et rursus. Quemadmodū dū ossa corporis luxata sūt ipsū quiescere nō valet quousque in proprium locum reuertantur: sic dum ratio superiorem locū nō obtinet, & appetitus inferiorē

nec

nec quies nec pax in homine esse possant. Et ideo Angelus Tobiae. 12. dixit: Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Quod quidem verissimum est: siquidem peccatores plus tristitiæ, & doloris sibi peccando inferunt, quam quicumque hostes eisdem inferre possunt. Sunt namque similes Aegyptijs qui dum manducabāt à cini-
 phibus pungebantur, vt Exod. 8. habetur. Et quidem quibusdam similiter peccatoribus dixit Deus per Hierem. 16. non consolaberis eos, quia abstuli pacem meam à populo isto. Imò prudens Abigail hanc animi perturbationem, inquietudinem & tristitiam in memoriam reuocauit Dauidi ipsi. 1. Reg. 25. vt à sumenda vindicta de ingrato Nabal eundem auerteret. Malitia Domine, aiebat non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Cumque fecerit tibi Dominus Dominò meo omnia bona, quæ locutus est de te, & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis, quod sanguinem innoxium effuderis, aut ipse te ultus fueris. Quæ verba adeo placarunt Dauidem, vt non solum à sumenda vindicta destiterit, verum etiam ingentes eidem gratias egerit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlcerer me manu mea.

Eccles. 33. quoque habetur, præcordia fatui quasi rota carri. Quia sicut rota carri non vncta, semper stridet, sic viscera peccatoris propter intrinsecum conscientia morsum, semper strident, & inquieta existunt

Tob. 12.

Exod. 8.
Hierem. 163
Metus scrupuli hominem à peccato semouere debet.
1. Reg. 25.4
Quid in peccatore faciāt cōscientia morsus.

*Iob. 30.
Pouer. 25.*

Chrysof.

*Greg.
Matth. 5.*

*5
Magna pec-
cati pœna
est peccasse,
quia cōsciē-
tia magnā
vim ad pœ-
niendum ha-
bet.*

*D. Aug.
S. Isidor.*

existunt, quia, nempe, oleo lætitæ, & Sancti spiritus
vnctiōne penitus carēt. Et Iob. c. 30. Qui me come-
dūt nō dormiūt. Et Prou. 25. Sicut tineā vestimēto, &
vermis ligno, sic tristitia viri nocet cordi. Quod in-
telligēdū est de ea, quæ ex peccato proficiscitur. Vnde
ait Chrysol. Ex vnaquaq; re oritur exterminiuū eius.
Ex vestimēto oritur tineā, quæ illud dirumpit: ex lig-
no teredo ipsū cōsumēs: sic ex peccato, quod in cor-
de perficitur, oritur vermis conscientię, qui ipsū in
fatigabiliter corrodit, nec satiatur in æternum ipsū
affligere. De quo conscientię verme intelligit D.
Greg. illud Matth. 5. nempe: esto consentiēs aduersā-
rio tuo, dū es in via cum eo, ne forte aduersarius tra-
dat te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carce-
rē mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec
reddas nouissimum quadrantē, hoc est dum in præ-
senti vita te accusat conscientia propria (quæ sub no-
mine aduersarij inte lligitur, quia recta ratio homi-
nis semper iniquitati aduersatur.) Dum inquam tua
propria conscientia nūc in hac vita te accusat, assen-
tire eidē, & declina à malo, & fac bonum. Alioquin
ipsamet cōsciētia tradet te iudici, hoc est, condēna-
bit te apud Deū omnium iudicem: qui tradet te tor-
tori diabolo, qui te conijciēt in inferni carcerē, vnde
non liberaberis, quousque minimū etiam debitum
omnino persoluas: & cum nunquam persolvere pos-
sis ex eodem nunquam erueris.

Iussisti Domine, ait August. de eadem re loquens
lib. 2. cōfess. & vere sic est, vt pœna sibi ipsi sit omnis
inordinatus animus, & in Psalmū. 48. Sicut vva acer-
ba dētibus, & fumus oculis vexatio est, ita iniquitas
vtētibus ea. Et S. Isidorus in symbolo: Omnia fugere
poterit

poterit homo præter cor suum, nõ enim poterit à se quisquam recedere: quocumq; enim abierit, reatus sui cõscientia illum non derelinquet. Cum Socrates *Socrates* interrogaretur, quinã sine perturbatione viuerët, qui (inquirebat) nihil sibi consciunt mali. Magna, aiebat Tullius pro Milone, est vis conscientia in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil cõmiserunt & pænã semper ante oculos versari putent qui peccauerunt. Quam ob causã dicebat etiam Seneca *Seneca.* primã & maximã pænã peccãtium esse peccasse, nec vllum scelus addebat ipse, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est, quoniã sceleris in scelere supplicium est. Cui consonat illud Epicuri; nimirum, mala facienda conscientia flagellari. Et alibi, posse noceti contingere vt lateat, latendi fiduciam non posse. Quam sententiam exponit ipse Seneca dicens: Ideo non *Seneca.* prodest latere peccãtibus, quia latendi etiã si faculte habeãt, fiduciã nõ habent. Argumentũ est autem maximum, quod natura ipsa à peccato nos abhorre- re iubet, nullum, scilicet peccatorem esse, qui etiam inter tuta timorem non habeat, & fortunã neminem à metu liberare, licet ab alijs pænis nonnunquam liberet. Id quod Ouidius in se testatur, dum *Ouidius.* inquit.

Multa miser timeo, quia feci, multa proterue:

Exemplique metu torqueor ipse mei.

Et similiter Plautus dum ait:

Plautus.

At

*At hoc me facinus miserum macerat,
Meumque cor, corpusque cruciat.*

Inuenalis. Sed copiosius & elegantius Iuuenalis satyra. 13. in hunc modum.

*Exemplo quodcum que malo committitur, ipsi
Displicet auctori. Prima est hæc Ultio, quod se
Iudice nemo nocens absolvitur.*

Et paulo post:

*Cur tamen hos tu
Evasisse putas, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & summo verbere cadit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pæna autem vehemens, ac multo seruior illis,
Quas, & Cediti⁹ grauis inuenit, aut Radamãthi,
Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.*

Marc. Tul.

D. Tom.

6

*Quales sint
ij, qui in pec-
cato existen-
tes, nec tri-
stiriam, nec
animi per-
turbatione
sentiunt.*

Vnde etiam extat vſurpatiffimum illud Prouer-
bium, nempe; Conscientia mille testes. Quamobrè
Marcus Tullius eas furias, quas poetæ fictis fabulis
tradiderunt, esse scelerum vltrices, arbitratur, non
esse alias, quam acerbiffimos malæ conscientia mor-
sus, angoremque, tristitiam, & animi perturbatio-
nem ab eisdem naturaliter promanantes. Nam vt do-
cet D. Thomas. 2. 2. quæstione. 109. artic. 2. cum pec-
care sit deficere à bono, quod secundum humanam
naturam nobis competit, inde fit, vt naturaliter ex
peccato tristitia consequatur. Quod si aliqui in vitio
rum pelago innatantes, non tristitiam, sed lætiam

præ

præ se ferre videntur, hi vel sunt sicut somniantes maximum aliquod periculum, quo intrinsecus nimis vexantur & perturbantur, cum interim extrinsecus quietissimo, & placidissimo somno consopiti videantur. Vel si re vera perturbationem, & tristitiam non habent, sunt veluti milites ebrij, qui quo tempore præ instrumentorum bellicorum strepitu, & iactibus, totus mundus corruere videtur, & maxima pericula eisdem impendent, ipsimet ridet, lætantur, ac sic quieti sunt, quasi omnia quieta, & in pace sint constituta. Sunt enim vitia huius mundi interdum vinum inebrians homines, quibus si nimium indulgeant, ipsi tanquam ebrij, irrationales, & insensati remanent. In quos inuehitur Esaias dicens capite. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Illud etiam talibus peccatoribus cum peccato contingit, quod canis cum osse, à quo nihil solidi sibi sugere, aut extrahere potest, & tamen os corrodit, ac mordet, putatque in eo aliquid esse cibi, & dulcedinis, cum tamen non sit, sed sanguis ab ore canis fluit, & illum se ex osse putat colligere, eoque pascitur, & delectatur. Nam peccatum os est omni virtute & substantia carens. Quomodo igitur ille totam noctem insomnem ludendo ducit, hic vero mulierem tot laboribus, & opprobrijs interuenientibus insequitur? Cupiditas plane praua vtriusque, & inordinata affectio dulce apparere facit, quod re vera amarum, & tristitiæ effectiuum est.

Ab angore igitur, perturbatione, tristitia, & cæteris malis ex peccatis prouenientibus, vt per peccati expulsionem, & lætitiæ elargitionem liberetur Da-

P

uid

*Simile.**Simile.**Esai. 5.**Simile.*

uid à Deo efflagitat cum dicit; Auditui meo dabis gaudium & lætiam, hoc est, fac, precor Domine, vt gaudij, & lætitiæ in conscientia mea vocem audiam; quod quidem fiet, si mihi in spiritu meo plenam peccatorum remissionem tuique fauoris restitutionem

⁷
Vbi primū
peccatū est
per peniten
tiam deletū
gaudium &
lætitiæ in
anima sta
tim resultāt
Socrates.

Esaï. 3.

Prou. 12.

Psal. 144.

⁸
Tanta sua
uitas & dul
redo in scō
municatur
in hac vita
vt iam in
ea beati pos
sint dici.
Matthæi. 5.

Apoc. 12.

Ezech. 4.

significes. Vbi primum namque peccatum ab anima est per penitentiam depulsum, in ea similiter gaudium, & lætitiæ resultant. Interrogatus Socrates, qui sine perturbatione viuerent? respondit, quod supra dictum est, nempe, qui nihil sibi consciunt mali, Dicite iusto, inquit Esaï. 3. quoniam bene; quoniam fructū adinventionum suarum comedet. Prouerb. 12. etiā habetur. Secura mēs, quasi iuge cōuiuū. Et Psal. 144. de iustis dicitur: memoriā abūdantię suauitatis tuę eructabūt, & iustitia tua exultabūt. In quibus verbis, illud eructabunt, diligenter est perpendēdū. Innuit enim tantam esse gloriam iustorum, vt corda eorum, totam ipsam gloriam capere non possint. Cum gratia namque tanta charitas, tanta pax, tanta conscientię securitas atque tanta Spiritus sancti suauitas hominibus iustis cōmunicatur, vt quemadmodum iam in hac vita dicuntur male dicti, qui declinant à mādatis Domini sicut ex Psalm. 118. supra dictum est, sic etiam sæpe. Matth. 5. Beati etiā in hac eadem vita dicātur à Christo Domino, qui auaritiā immunditiam, superbiā, & alia vitia deserūt, & contemnūt, & simul virtutes eisdem vitijs contrarias & ceteras similiter sectantur, & amplectūtur. Quod qui dē mysteriū innuitur Apocal. 12. vbi dicitur. Angelus ostēdit mihi ciuitatē sanctam Hierusalē descendētē de cælo. Et Ezech. 4. vbi dictum fuit ipsi Ezechiel, vt delinearet Hierusalē in latere. Vbi per ipsū

ex

ex humo nēpe cōfectum homo, & per ciuitatē Hieruſalem beatitudo cæleſtis ſignificatur, quæ in eodē homine, ſi ſine peccato eſt, quodāmodo reperitur, & ad eundē deſcēdit, & venit cum pacem, gaudiū, animi tranquillitatem ſecuritātēque conſequitur. Quā ob cauſam nos docuit Chriſtus Dominus à cæleſti patre eſſagitare, vt adueniat ad nos regnum eius per hāc eiudem participationē cū dixit: *Adueniat regnum tuū*. Quando enim regnū Dei iuſtis in hac vita aduenit, pax Dei quæ exuperat omnē ſēlum, vt ait Paul. Philip. 4. eorū corda cuſtodit, eſt enim pax multa diligentibus Deum. Quod etiā de vno quoq; viro bono, ſic ſignificat Horatius.

Philip. 4.

*Integer Vita, ſclerisq; purus
Non eget Mauris iaculis neque arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce, pharetra.
Sive per Syrtes iter aſtuofas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.*

Quæ etiam carmina in idem propoſitū affert Lactantius Firmianus. Cū ergo in hominibus ex peccati expulſione & gratiæ infuſione maxima ſequatur cæleſtis beatitudinis participatio, nō eſt mirū, quod Dauid gaudium & lætitiā animi, & oſium exultationem ſic à Deo expoſtulet.

Dicuntur autem fore per peccati expulſionem exultatura oſſa humiliata, quia ad ea vſque ipſius malum penetrat, ſicut malum pænæ ſolum carnem

Lactant:

9
Cætera mala vſque ad carnem, peccatum vero vſque ad oſſa dicitur penetrare.

Psal. 37. affligere innuitur *Psal.* 37. dum dicitur in eo, Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quam ossium pacem, hoc est animi tràquillitatem, & quietem, desiderat David cum petit, vt eiusdem ossa per peccatum humiliata per gratiam exultent. Vbi etiã cernere est quantum malum pænæ per iram Dei significatum, malum peccati, seu culpæ excedat: siquidem hoc ossa penetrare dicitur, cum illud solam carnem morbidam, vulneratam & afflictam reddere significetur.

10

In mensura laboris & tristitiæ dabitur iusto cõsolationis quantitas.
D. Greg.
Psal. 93.
2. Corinth. 1.

Est autem hoc loco simul considerandum, quod sicut docet *D. Greg.* li. 35. *Moral.* c. 8. secundum metam afflictionis disponitur à Deo mensura cõsolationis. Vnde *Psal.* 93. scriptum est: Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo. cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. In ea enim mensura cõsolatum se fuisse iudicauit, in qua fuerat afflictus qui lætificatum se secundum multitudinem dolorum clamat. *2. Corinth.* 1. similiter dicit Paul: Sicut abundant passiones in nobis, ita, & per Christum abundat cõsolatio nostra? Et *Tobia.* c. 3. Deus post tempestatem tranquillum facit. Et post lachrymationem, & fletum, exultationem infundit. Quapropter de eodem dicitur *Psal.* 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Quia secundum mensuram laboris, & tristitiæ, gaudium, & lætitiã elargitur. Tristitia vestra, aiebat ipse cum discipulis loquẽs *Ioan.* 16. cõuertetur in gaudiũ, imo & ipsa tristitię materia, materia etiã gaudij iustis fuit, & sub vtroq; eorũ, tristitiæ, scilicet, & gaudij, tâquã materia in generatione naturali sub vtroq; eiusdẽ generationis termino,

Tobi. 3.*Psal.* 118.*Ioan.* 16.

11
Ipsa materia tristitiæ erit etiam materia gloriæ.

abundat cõsolatio nostra? Et *Tobia.* c. 3. Deus post tempestatem tranquillum facit. Et post lachrymationem, & fletum, exultationem infundit. Quapropter de eodem dicitur *Psal.* 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Quia secundum mensuram laboris, & tristitiæ, gaudium, & lætitiã elargitur. Tristitia vestra, aiebat ipse cum discipulis loquẽs *Ioan.* 16. cõuertetur in gaudiũ, imo & ipsa tristitię materia, materia etiã gaudij iustis fuit, & sub vtroq; eorũ, tristitiæ, scilicet, & gaudij, tâquã materia in generatione naturali sub vtroq; eiusdẽ generationis termino, sæpif-

sapissime eisdem iustis extitit. Quod significatum est Psalm. 127. vbi dicitur: Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Nam quia labores vniuscuiusque iusti in lætitiã conuertentur, ideo ipse dicitur fore eosdem labores manducaturus. Sicut enim nummos, quos filij patriarchæ iacob in Aegypto Regi pro frumento tribuerunt, postea cum reuerterentur, vt Genes. 44. sacra historia refert, simul cum ipso frumento in sacculis inuenerunt: sic etiam labores, quos iusti pro gloria Deo obtulerunt, simul cum ipsa gloria postea ita inuenerunt, vt fuerint eis peculiaris gaudij incitamenta. Sicut cicatrices vulnerum in bello pro patriæ salute infictorum peculiaris gloriæ, licet deformitatem inducant, causa esse consueuerunt. Quamobrem Theologi in. 4. distinctione. 44. dicunt iustos fore resurrecturos cum cicatibus illorum vulnerum, quæ pro Christo pertulerunt, per quas cicatrices vulnerum quasi per vestium scissuras mirus splendor veluti ex aureo thorace exhibit. Quia igitur vnusquisque iustorum poterit Deo merito dicere: Conuertisti planctum meum in gaudio & circumdedisti me lætitiã, quando ab ipso Deo ex abiecto, & misero peccati statu educitur, ideo Dauid dicit fore eius ossa antea per peccatum, & deinde per penitentiam humiliata, postea per gratiam, & cœlestium donorum communicationem exultatura.

(?)

P 3

EXPLI-

Psal. 127.

Simile.

Genes. 44.

12

Martyrum cicatrices erunt ipsis in cœlo maxime gloriose & peculiaris gaudij incitamenta.

Simile.

Theologi.

Psal. 29.

EXPLICATIO DECIMI

versus.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Hoc est, auerte faciem tuam à peccatis meis, vt eorum amplius non recorderis ad vindicandū, & omnes iniquitates meas dele è confpectu tuo, vt eas vltterius mihi nō imputes in pānam.

Pro horum verborum expositione est aduertendum verbum, auerto, duplex habere significatū. Significat enim in primis idem, quod remoueo, vt Psalmo. 84. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, hoc est, remoue oculos meos à vanitate. Et preterea significat auerto idem quod tergum verto; in quo sensu dicitur Psal. 38. Eripuisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Et cum is, qui tergum alicui rei vertit illam nō videat, secundum vtrumque significatum videtur penitens à Deo postulare, vt in eiusdem peccata amplius oculos non conijciat. Dum inquit, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, ita per veniam, vt ipsas amplius non aspicias. Qui autem dicit, Auerte faciem tuam à peccatis meis, nō dicit, Auerte faciem tuam à me. Imo paulo inferius ait. Ne proiecias me à facie tua, quia vt ait Aug. explicās hæc verba in explanatione Psalmi. 31. Peccata tua nō videat Deus, vt te videat, & quia Deum, de quo dictum est, Nihil odisti eorū quæ

^I
Quibus modis
verbum
auerto, in
scriptura
sa
era accipitur.

Psal. 84.

Psal. 38.

D. Aug.

quæ fecisti, & rursus, odisti omnes operantes iniquitatem, iniquitas ipsa ad odium & vindictam fumentam prouocat, ideo de quibusdã dicebat idem propheta Psalmo. 108. In memoriam redeat iniquitas patrum eius, in conspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur.

Diuus autem August. sic in horum verborum expositione scribit, Auertit faciem Deus, & sic delet. Auertendo faciem, peccata delet, aduertendo scribit. Audisti auertendo delentem audi aduertendo, quid facientem. Vultus autem Domini (vt habetur Psal. 33.) super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum, non delendo peccata eorum. Hic autem quid rogat? Auerte faciem tuam à peccatis meis. Bene rogat, ipse enim non auertit faciem à peccatis suis, dicens. Quoniam peccatũ meum ego cognosco. Merito rogas, & bene rogas, vt Deus auertat faciem suam à peccato tuo, si tu inde non auertis faciem: si vero tu peccatum tuum in dorso ponis, Deus ibi faciẽ ponit. Tu peccatũ tuũ ante faciẽ tuã conuerte, si vis vt inde Deus faciem suam auertat, & sic securus rogas, & exaudit. Hæc Aug.

Quod igitur hoc loco Dauid à Deo precatur, est, ne, scilicet ea maledictio, quæ Psal. 108. continetur, nempe, In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur, sibi contingat, quia cum vultus Domini sit super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum, si Deus in eiusdem peccata oculos conijceret, & in memoriam numerum eorundem turpitudinem & grauitatem reuocaret, nec ea penitus per veniam deleteret, ipsorum peccatorum odio pro-

*Diuus Augustini
expositio.*

*D. Aug.
Psal. 33.*

Psal. 108.



iuocatus, horribilem de ipsis vindictam sumeret. Vbi est considerandum, quam odiosum, & quam infestum, & quam abominabile sit Deo peccatum, & quas operationes in ipso propterea efficere dicatur.

3
 Quam odio-
 sum & exe-
 crabile Deo
 sit peccatū.
 Esai. 1.

Et in primis, quod peccatū sit Deo maxime odio-
 sum, & execrabile, ex plurimis sacrae paginae locis
 facillime deduci potest. Nam Esai. 1. dicitur peccato-
 ribus: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogi-
 tationum vestrarum ab oculis meis. Quibus verbis
 quantum peccatum sit Deo odiosum plane signifi-
 catur. Nam tunc me aliquam rem infestissimo odio
 prosequi ostēdo, quādo dico, tollite illam ē medi-
 one eam mei oculi aspiciant. Cumque tam odiosum
 esse eisdem verbis ostendatur malum cogitationum
 tantum modo quod ad hoc in externum opus non
 prodijt, sed in flore solum est nec in fructum erupit,
 quam odibile erit Deo illud malum, quod non modo
 cogitationum, sed operum etiam ipsorum malum
 existit. Et rursus ibidem dicitur. Si volueritis me, &
 audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolue-
 ritis, & me ad iracundiam prouocaueritis gla-
 dius deuorabit vos. Vbi est aduertendum, quod non
 dixit Dominus (id quod sententia postulare vide-
 batur) si me non audieritis, sed, si me ad iracundiam
 prouocaueritis: ut scilicet naturam peccati declara-
 ret, quae est, peccatorem odiosum Deo reddere, eū-
 que ad iracundiam concitare. Hierem. 15. etiam di-
 cit Dominus de quibusdā peccatoribus: A facie mea
 egrediatur. Quod si dixerint ad te, quo egrediemur?
 Dices ad eos, qui ad gladium, ad gladium, qui ad fa-
 mem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuita-
 tem. Et visitabo super eos quatuor species: gladium ad
 occisio-

occifionē, & canes ad lacerandū, & volatilia cæli,
 & beſtias terræ ad deuorandū & diſſipandū, & dabo
 eos in feruorē, hoc eſt, in diuexationē vniuerſis reg-
 nis terræ, vt alius interpres vertit. Et Deut. 32. Ignis
Deut. 32. accēſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni
 nouiſſima, deuorabitq; terrā cū germine ſuo, & mō-
 tiū fundamēta cōburet. Congregabo ſuper eos ma-
 la, & ſagittas meas cōplebo in eis. Foris vaſtabit eos
 gladius, & intus pauor: iuuenē ſimul, ac virginē, la-
 ctētem cū homine ſene. Et dixi, vbinā ſunt ceſſare
 faciā ex hominibus memoriā corū. Quæ verba, cum
 vnūquodque corū ſit veluti quoddā horrendum ful-
 men, quantū ſit odiū, quo Deus peccatū proſequi-
 tur, plane oſtendunt. Quod idē faciunt ea *Oſeæ. 14.*
Oſeæ. 14. nēpe, Pereat ſamaria, quoniā ad amaritudinem con-
 citauit Deū ſuum, ſeu, vt eſt in cōtextu Hebræo, quo
 niam amaricauit os Domini. Et *Pſal. 77.* Quoties exa-
Pſal. 77. cerbauerūt eum in deſerto. Et *Pſal. 9.* Exacerbauit
Pſal. 9. Dominū peccator: & ſecūdū multitudinē iræ ſuæ
Eſai. 63. non quæret. Et *Eſai. 63.* Ipi autē ad iracūdiā prouo-
 cauerūt eū, & afflixerūt Spiritū ſanctū eius, & cōur-
 ſus eſt eis in inimicum; Et *Ephēſ. 4.* Nolite contriſta-
Ephēſ. 4. re Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis.

Quibus in locis vbi de peccato mētio ſit, verba pe-
 regrina vſurpantur, quæ Deum conturbatum, ira ex-
 candelcentē, & contriſtatum ſonant; vt, nempe, ſig-
 nificet effectus, quos peccatū in Deo produceret ſi
 ipſe Deus eorumdē eſſet capax. Vbi notandum eſt,
 quod Deus cuius infinite dulcedinis vna ſola gutta
 quemcunq; licet acerbiffimum laborem dulcē em-
 reddit, vt patet in cruce Beati Andreæ, & in craticu-
 la B. Laurentij. Quæ proinde gutta, ſi in infernum
 veniret

⁴
 Quanta ſit
 amaritudo
 & acerbitas
 ex peccato
 proveniens.

Luc. 15. veniret, innuitur *Luc. 15.* illud dulce fore redditura. Notandum est, inquam, quod Deus infinitum pelagus dulcedinis dicitur à peccato amaricari, & exacerbari, quia si ipse esset amaritudinis, & tristitiæ capax, amaritudine, & tristitia à peccato afficeretur.

Cum Deus fuit tristitiæ capax, magna pro peccato affectus fuit, magnoque odio ipsum persecutus. Matth. 26. Simile. Quapropter cum potuit, in natura assumpta contristari, contristatus est de peccato vsque ad mortem, vt Euangelica enarratio plane testatur. Atque ideo, vt illud destrueret, & crucifigeret, se cruci affigi passus est: quod fecit, vt etiam vetus homo noster cum ipso crucifigeretur. Maximo, & pene incredibili odio exardecerem in eum inimicum, ad quem occidendum cum necessaria esset mea occisio, neque aliter occidi posset (quia à meo tergo erat) quam si ensime prius transfigeret & transfoderet, si his malis libèter me opponerem & traderem, vt ipse meus inimicus occideretur. Ad quem modum Christus Deus noster, in quo posuit Deus iniquitatem omnium nostrum, sicut habetur *Esai. 53.* vt ipsa iniquitas, quam infestissimo odio prosequèbatur, interficeretur, & inimicitias nostras in se ipso interficeret, se interfici passus est. Quemadmodum igitur Sãsonis odiũ in Philistæos summũ fuisse ex eo colligitur, quia, vt eos interficeret, se ipsũ interfecit, sic etiã maximũ esse Christi odiũ in peccatũ asserẽdũ est, siquidẽ, vt ipsũ occideret, & interimeret, se ipsum occidi & interimi passus fuit. Quia ergo, vt dicitur *Eccles. 12.* Altissimũ odio habet peccatores, quod ex locis supra adductis manifestum est: ideo efflagitat David à Deo vt à peccatis suis faciem auertat, ne ipsorum visio illum ad odium contra ipsum habendum moueat, & ad vindiãtam de ipsomet sumendam impellat.

Samson. Iudic. 16.

Eccles. 12.

Quin

Quin etiam dicit Dauid : Auerte faciem tuam à peccatis meis . Quasi dicat: Versus aliam partem Domine oculos conuerte , ne pessimum peccatorum meorum odorem percipias , ne ve scelera mea tibi horrorem incutiant . Quod idem Christo Domino Diuus Petrus significauit, quando eidem dixit Luc. 5. Exi à me Domine: quia homo peccator sum . Et quidem de Lazaro peccatorem significante dixit Martha eidem Christo domino Ioan. 11 . Domine iam fætet. Et vbi nos legimus Psal. 13 . Omnes declinauerunt simul, inutiles facti sunt , alia trāslatio habet, omnes fætuere. Eo enim ipso, quo aliquis peccat, fætet, tanquam aliquid maxime corruptū. Quanta verò sit in peccatore corruptio , ex eo colligitur, quod secundum Aristotelis doctrinam , tanto illa maior ac proinde peior esse solet, quanto nobilioris corporis est corruptio : vt patet in corruptione bruti quæ peior est, quam ligni, & pomi, & in corruptione hominis, quæ peior est, quam cuiuscunque alterius animalis . Cum vero anima, quæ per peccatum moritur, sit multo nobilior corpore : inde fit vt eius corruptio sit pessima, ac proinde maxime abominabilis iudicanda. Quantumuis elegantis, & pulchri aspectus sit iuuenis decore insignis, adueniente tamen morte, pulchritudine, & elegancia omnino priuatur, & ipsum aspicientibus maximum horrorem incutit. Qui nihilominus horror, & pulchritudinis priuatio ex eo prouenit, quia anima, quæ corpori pulchritudinem cōmunicabat, ab eo separata est. Quod si quando vna creatura alteri deest, illa cui deficit, in tantam corruptionem deuenit, quando Deus creaturarum Dominus, & animæ Creator ab ea ab-

fuerit

6
*Quantus sit
 peccati hor
 ror, fætor &
 corruptio.
 Luc. 5.
 Ioan. 11.
 Psal. 13.*

Aristotel.

fuerit, quæ nam erit illius miseria? quæ deformitas, quæue corruptio. Quam obrem si quis pro maximo pretio corpus mortuū, & corruptum secum non ferret, nec deportaret, quomodo homo peccator secum animam mortuam, & corruptam defert, eamque patitur? Quod vero ipsa sit mortua, & qui eam sic habet, mortuus etiam dicatur, significat illud. Apocal. 3. Nomen habes, quod viuas, & mortuus es, Et illud Abacuc etiam. 3. Coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in lacum. Vnde patet quanta sit peccati fæditas & corruptio, quantumque propter eam altissimus peccatores odio habeat, vt Eccles. 12. c. iam cōmemorato significatur. Odio est enim Deo impius, & impietas eius. *Simile.* Siquis vas aliquod haberet ex auro cōfectum, & pessimo, fætidissimoque liquore plenum, non ideo vas foras eijceret, sed potius ipsu in lauari & seruari iuberet. Sed Deus adeo peccatum odit, vt quamuis anima quæ spiritualis est, sit preciosissima, cum tamen peccatum in se continet, ipsam quoque odio habet, & simul cum peccato in infernum deijcit, quapropter peccatores ipsos odio habere asseritur. Imo & ipse Dauid Psalm. 118. dicit, hæc cognoscens. *Psal. 118.* Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Et rursus: Iniquos odio habui. Et denique omnē viam iniquam odio habui. Quoniam ergo peccatum tam abominabile est, atque ideo Deo odiosum, propterea Dauid postulat ab eodem, vt faciem à peccatis suis auertat, & ea per veniam, & remissionem eorūdem deleat. Vbi etiam aduertendum est, quod cum peccatum vt dictum est, sit sic Deo odiosum, & abominabile, elaborare debet vnusquisque ne ipsius aliquid

quid in anima remaneat, sed vt ex ea penitus deleatur. Quod Threno. 2. accommodatè significatur dum dicitur: Effunde cor tuum, sicut aquam in conspectu Domini. Quibus verbis Sanctus Propheta Hieremias docet, quam exacte vnusquisque per confessionem & pænitentiam peccatum a se expellere debet. Nam aqua inter ceteros liquores nullum penitus sui vestigium relinquit in vase, quando ab eo effunditur. Quod in melle, oleo, lacte, butyro, & reliquis liquoribus non contingit: siquidem in vase, in quo continebantur, semper aliqua eorum participatio remanet, postquam ab eo effusa sunt. Debet igitur vnusquisque peccatū suum ex anima, sicut aquam effundere: ac sic integram confessionem & exactam pænitentiam de ipso facere: vt illud per remissionem, & veniam omnino deletū remaneat. Quin etiam ideo efflagitabat à Deo David, vt à peccatis suis faciem auerteret, quia eadem peccata cognoscebat. Qua propter supra dixerat: Iniquitatem meam ego cognosco. Quod si illud idem à Deo similiter non efflagitamus, & eadem peccata per pænitentiam delere non procuramus, illud ex eo prouenit quia ipsa, peccata non cognoscimus, nec intelligimus.

7
*Quam exacte
 facienda
 sit peccati
 confessio.
 Tren. 2.*

Simile.

EXPLICATIO VNDECIMI versus.

*Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in
 noua in visceribus meis*

Hoc est, mentem puram crea in me Deus,
 qui id solus potes. Et cum spiritus meus prae
 obliqua-

obliquatus sit, & peccati vetustatem contraxerit, tu rursus in noua in interioribus meis spiritum rectum, sic, ut animam meam facias, non nisi, quæ recta sunt, cupere: spiritumque illum tuum ab omni prauitatis obliquatione alienum, & quidquid rectum ac bonum est, docentem rursus immittas in intimis animæ meæ viribus.

Hierem. 17.
Matth. 15.

Petit his verbis Dauid à Deo, ut ab eodem iustificetur. Et quia ut habetur Hierem. 17. Præuuum est cor hominis: & ut dicitur Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias, & hæc sunt, quæ coinquant hominem, ideo ait: Cor mundum crea in me Deus: quoniam cor meum immundum est. Vocat autem hanc iustificationem, quam à Deo postulat creationem, dum dicit: crea in me, &c. (quod etiam facit Paulus Ephes. 2. dicens. Ipsius enim factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulamus.) Ut, nempe, significet, quod sicut creatio est productio ex nihilo, sic tam exiguum est quod homo in sua iustificatione operatur, præsertim si cum eo quod Deus in ea facit, comparatur, ut merito pro nihilo reputetur: ac proinde iustificatio accommodate creatio dicatur. Quod etiam innuit Paulus dum dicit. 2. Corinthio. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis. Et. 1. Corinth. 4. Quid habes, quod non accepisti. Et Roman. 11. Quis prior dedit illi, & retribue-

I
Iustificatio
quare creatio
dicatur.
Ephes. 2.

2. Cor. 3.

1. Cor. 4.
Rom. 11.

tribuetur ei. Et Colof. 1. & Ephes. 1. vocat eos, qui iustificantur forte vocatos: vt significet quod sicut in fortibus nihil valet industria humana, ita in iustificatione industria humana, sine Dei gratia se habet. Vnde etiam recte iustificatio creatio dicitur: quia sicut illa ex nihilo fit, sic hæc non ex meritis procedit. Quæ omnia adnotauerim, vt ex illis facile iã deduci possit, quã parũ homo de sua iustificatione, quæ creatio quædã est, imo & de suis operibus bonis in quibus dicitur esse creatus, gloriari debeat: & quã toti Deo honor & gloria sit referenda: siquidem in nobis operatur velle & perficere, & alia multa eadẽque maxima quæ inter vtrũque eorũ reperiuntur. Qualis humana prouidentia sit, declarat Sapiens dũ dicit: Cogitationes mortaliũ timidæ, & incertæ omnes prouidentia nostræ. Et qualis sit humana vis & potentia significat Isai. 1. cum ait: Erit fortitudo vestra quasi fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla & succendetur vtrumque. Et qualis sit humanus conatus similiter declarat idem propheta cum inquit: Concipietis ardorem & parietis stipulam. Quam ob causam. c. 10. dicit: Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur ferra contra eũ, à quo trahitur? Qua eximia metaphora homo securi & ferræ comparatur: quibus instrumentis artifex sua opera perficit. Vt nimirum ipse homo intelligat se esse instrumentum quod Deus eiusdem hominis opera exequitur, eiusdemque arbitrii cum Deo concurrere & sic operari, voluntatemq; ipsius Deum excitare, trahere, ac adiuuare, sicut solet artifex securim & ferram commouere: atque propterea opera quæ ipse facit, potius Dei, quam ipsius homi-

Colof. 1.
Ephes. 1.

²
Gloria nostræ iustificationis, imo & nostrorũ bonorum operum Deo est referenda Sapien. 9.

Isai. 1.

Isai. 33.

Cap. 10.

³
Siqua bona opera facimus, illa potius Dei quã nostra dicenda sunt

hominis esse opera iudicanda, appellâdaque. Quod
Cant. 4. innuit sponsa *Cant. 4.* dum inquit: Veniat dilectus
 meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum
 suorum: vbi cum hortus animam significet, &
 fructus pomorû suorum opera eiusdem animæ, plane
 ostenditur, opera animæ iustæ opera Dei nuncu-
 pari. Quam obrem de illis dicit *D. August.* quod sua
 dona in nobis coronat Dominus. Delumens fortasse
 illud ex *Isai. 26.* vbi dicitur: Omnia opera nostra
 operatus es in nobis Domine. Quæ tamen si nostra
 dicuntur iuxta illud *Apocal. 14.* Opera enim illorum
 sequuntur illos, Dei tamen tanquam præcipui eorumdem
 autoris esse dicuntur. Ait enim *Ioan. 15.* sine
 me nihil potestis facere. Quod adeo verum est,
 vt sine illo cogitare aliquid non possimus quasi ex
 nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit. Vnde quæ-
 admodum laus & gloria alicuius operis instrumen-
 to, quo perficitur non est, attribuenda, sed præcipuo
 eiusdem operis auctori: sic similiter Deo & non homi-
 ni gloria boni operis est danda.

⁴
*Idem magis
 ostenditur .
 Isai. 26.
 Hieronym.*

*Genes. 16.
 17. 24.*

A facie tua Domine, inquit *Isai. cap. 26.* concepimus, & quasi parturiuimus spiritum. Quod Septuaginta interpretes transtulerunt, vt etiam legit *D. Hieronymus:* A facie tua, Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecimus in terra. Per quem spiritum salutis intelligenda sunt opera bona, quæ iusti tanquam à Dei virtute & fauore concepta, & producta eidem attribuunt. Modus loquendi in diuinis literis vsurpatus est, mulieres filios suos parere viris suis, vt patet *Genes. 16. 17. 24.* & alibi sæpe: & sic dicitur Sara filium Abrahæ peperisse. Quapropter filij non matris, sed patris nomen accipiunt

cipiunt. Cuius rei ea est ratio: quia nimirum, licet mater filium concipiat, ac pariat, vir tamen eius precipuus est agens: & ideo ei filius nasci eiusdemque genus & nomen induere dicitur. Ad quem modum opera bona, & inter ea precipue iustificatio Deum habent tanquam patrem, & animam tanquam matrem, quæ eadem opera tanquam filios cum dolore parit: qui filij ipsimet Deo nascuntur. Cui de his operibus gloriam esse referendam docuit ipse Dauid Psal. 113. dicens: Non nobis Domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam. Cum Ioab dux exercitus eiusdem Dauid, ut refertur. 2. Reg. 12. obsidione teneret quandam urbem, ad ipsum Regem in hunc modum scripsit: Dimicavi aduersus Rabbath, & capienda est urbs aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, obside ciuitatem, & cape eam, ne cum a me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria. Vbi consideranda est eximia ducis præstantissimi fidelitas. Nam ubi primum vidit urbem expensis, copijs, & signis militaribus Regis ita oppressam, ut nullo modo euadere posset, quin se traderet, petijt ab eodem Rege, ut adueniret, & primus eandem intraret, ut gloria, & laus victoriæ eidem ad scriberetur. Ad quem etiam modum, ut de Ethnicis aliquid interijciamus, se habuisse quendam Atheniensem ducem, qui Sitho dicebatur, refert Plutarchus. Cum enim Athenienses eum laudarent, quod Cothim Regem interemisset, & alia præclare gessisset, respondit: Dijs habenda est hæc gratia, quibus autoribus hoc præclare gestum est, nam ipse nihil aliud quam manum, & operam condonauit. Quæto ergo maiori cū

Psal. 113.

2. Reg. 12.

*5
Procurare
debet vnus
quisque vt
suorum ope
rum gloria
soli Deo at
tribuat*

Plutarch.

Q ratione

ratione miles Christianus, cum in bello, quod cum dæmone gerit, aliqua præclare edidit, cum proprias passiones proffigauit, & cum pænitentiam egit, conari & velle debet, vt de his operibus gloria soli Deo attribuatur, quæ eodem præcipuo autore perfecta sunt? Quia enim ipse Deus præcipuos sumptus eorundem operum facit, dixit Paulus. 1. Corint. 15. de illis, quæ fecerat: Non ego, sed gratia Dei mecum. *Rom. 3.* Cui maxime conforme est, quod etiam *Rom. 3.* ait, Omnes peccauerunt & egent gloria Dei: iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Ex quibus verbis facile colligi potest iustificationem gratis, hoc est, non ex meritis, quasi creationem ex nihilo factam potius in gloriâ & laudem Dei, quam in nostram redundare. Hanc enim ob causam dixit Deus *Esai. 43.* cuiusque peccatori. Narra quod habes, vt iustificeris. Quasi dicat, instar nihili est, quod tu in tua iustificatione operaris in ea enim fides, spes, & fiducia in diuina misericordia, quas homo ex sua parte adhibet, absque dubio sunt dona Dei.

6 Itemque licet libere cū Deo concurrat homo (qua propter meritū reperitur in eius opere,) quod tamē concurrat, & velit, illud est opus Dei ipsum mouētis iuxta illud *Rom. 9.* Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei. Et ita habet se Deus, vt ait Chrysostomus, veluti medicus, qui pauperem in aegritudine inuisens plura medicamenta recensuit, quibus cū curari necesse est, sed quia ille respōdit se præ nimia inopia nec ea habere, imo nec habere posse, ab eodē rursus quæsiuit, an vnum aut duo ex illis medicamentis haberet. Cui cum ipse iterum responderet, se duo illa

Quomodo homo mereatur cum iustificatio sit quædam creatio & ipse in bonis operibus creatur.
Rom. 9.
Chrysost.

illa habere, eidem dixit: Hæc tu applica: nam cætera omnia ad salutem necessaria ego tibi largiar. Ad quem modum se erga nos habet Deus. Nam plurima impertitur in nostra iustificatione, & tamẽ simul vult nos etiam ab ipso adiutos aliquid adhibere, peccati nimirum cognitionem, manifestationem, dolorẽ, & propositum amplius non reincidenti in illud: quæ etiam munera Dei sunt. Ac proinde licet homo qua ratione meretur vitã æternam aliquid faciat, illud tam exiguum & paruum est, si comparetur, vel cum minimo quoque gradu gratiæ, vel cū eo, quod Deo in iustificatione operatur, vt merito quasi nihil possit appellari, atque ideo emundatio cordis, seu quod idẽ est, impij iustificatio merito quasi creatio dicatur, cū dicitur: Cor mundum crea in me Deus.

Quam etiam ob causam maximum scelus est, vnũ quemque ex opere iustificationis & alijs operibus bonis sibi gloriam & laudem vindicare, & assumere. Nam hoc ipsum scelus esse, significat Iob cap. 31. cū ait: Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra Deum altissimum. Quem locum enarrans D. Bernard. serm. 4. in Cant: si in te & non magis in Domino gloriaris, propriam profecto, & non Domini manum osculari conuince ris: quod iuxta Iob sententiam iniquitas est maxima, & negatio contra Deum. Quem etiam locum explicans D. Greg. 22. Moral cap. 6. ait, per solis splendorem bona opera significari, quæ alijs lucent. De quibus Christus Dominus Matt. 5. inquit: Sic luceat lux vestra corã hominibus, &c. per Lunam incedentem

7
Quanta iniquitas sit sibi vnũquẽque suorum bonorum operum gloriam adscribere.

Iob. 31.
D. Bernard.

D. Greg.

tem clare bonam famam: quia sicut Luna accepto lumine à sole splendet, ita ex bonis operibus lux bonæ famæ ortum habet. Quoniam igitur sanctus Iob multa præclara opera sua narrauerat eo capite, adijeit non se aspexisse Solem & Lunam, nec in his gloriatum fuisse, aut manum suam osculatam. Exod. 17. enarratur, quod pugnabat populus Israel contra Amalechitas. Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis, cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel. Cumque suis orationibus, & bona qua usus est diligenter, victoriam à Deo consecutus esset, edificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, hoc est, meus honor & gloria est Deus, cuius virtute vicimus. In quibus verbis videre possumus, quod vir sanctus nec propriæ virtuti, & industriæ, nec populi fortitudini, & viribus, sed soli Deo victoriam eiusque laudem ascribere solebat. Quo etiam modo quando vnusquisque vel peccatum, vel damonem superat, eius operis laudem, & gloriam Deo potius, quam sibi attribuat, & potius Deum, quam se ipsum benedicat. Cum enim patriarcha Noe Gen. 9. filio Sè benedicere voluit, propter eximiam ipsius obedientiam, non dixit: Benedictus filius meus Sè, sed, benedictus Dominus Deus Sè: tum quia omnis benedictio à Deo est: tum etiam, quia obedientia illa, & virtus, propter quam Sè erat à Deo benedictus, Deo potius, quam ipsi Sè, referri debebat, atque proinde laus, & gloria eidem Deo, & non alteri erat attribuenda. Quamobrem de ipso Deo dicebant Angeli: Apocal. 7. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Et rursus. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, &c. Sic enim in omnium bonorum

Exod. 17.

Gen. 9.

Apoc. 7.

bonorum operum productione se habet, quasi illa creet. Quam ob causam ipsi Deo dicit David. Cor mundum crea in me Deus.

Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Postquam petiuit à Deo cordis munditiam, postulat consequenter ab eodem spiritus rectitudinem. Quia licet vtraque simul detur (simul enim sunt culpæ remissio, & gratiæ iustificantis infusio) tamen secundum nostrum intelligendi modum, prius intelligimus cor mundum, quam in eo infusam gratiam, quæ rectitudinem operatur. Quia propter prius ait. Cor mundum crea in me Deus: & statim adiicit, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Rectus autem spiritus, ut hoc loco inquit autor incognitus, est qui recte tendit in Deum, & ad terrena non curatur. Viscera autem accipiuntur hic pro interioribus viribus quales sunt intellectus, voluntas, & memoria: in quibus fit interior renouatio, & transmutatio realis à prauitate ad rectitudinem, quæ in hoc consistit, quod nimirum ipsæ animæ potentiæ sint inter se & cum Deo recte ordinatæ, ut docet D. Thomas. 1. 2. q. 8. ar. 2. Quam etiam rectitudinem in operibus ab ipsis potentijs procedentibus se vehementer desiderare significabat David Psal. 118. cum dicebat: Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Vbi Cassiodorus per vias intelligit operationes humanas, quæ post peccatum tortuosæ remanserunt. Quapropter obliquam imitantur semitam serpentis, qui nunquã recto tramite progreditur. Et Psal. 31. similiter dicebat: Gloriamini omnes recti corde. Quia nimirum ex spiritu, & corde recto eæ operationes procedunt, quæ ad gloriam sunt viæ vel semitæ.

8
Quid sit spiritus
rectus
& qua sit
animi recti-
tudo & à
quo efficiatur.

Autor incog.

Psal. 118.

Cassiodor.

Psal. 31.

Ioan. 1.

9

*Quæ via,
quæ ve ho-
minis opera
tio directa
dicatur.**Luc. 3.**1. Reg. 6.**Psal. 18.*

10

*Charitas de-
bet esse regu-
la nostrarū
operationū.*

Quamobrem vox illa clamantis in deserto, nimirū Ioannes Baptista, vt Ioannes Euangelista enarrat, capit. 1. illud prædicabat, nempe. Dirigite viam Domini, & vt ait Lucas capit. 3. rectas facite semitas eius. Erit autem via directa, si fuerit qualis illa, quam tenebant vaccæ, quæ vt habetur. 1. Reg. 6. portantes arcam testamenti ibant, licet mugientes, in directum per viam, quæ ducit ad Betfames, & itinerē vno gradiebantur, & non declinabant, nec ad dextram nec ad sinistram. Rectam enim viam tenebunt ij, qui ad ciuitatem Solis, nimirum Dei gloriam, significatam per Betfames portantes obseruationem legis significatam etiam per arcam, licet gementes præ labore obseruationis eiusdem, nihil à recta ratione obliquum & tortuosum commiserint: sed omnes suas operationes per regulam præceptorum (de quibus habetur Psal. 18. Iustitiæ Domini rectæ) dixerint. Et quia totius legis finis est dilectio, quæ à charitate procedit, regula nostrarum operationum dirigendarum debet esse, ipsa charitas. Rectum est, vt perspectiua doceat, cuius medium non exit ab extremis. Medium namque ab extremis subsiliens obliquitatem & gibbositatem efficit in rebus, vt sensibilis experientia comprobat. Medium igitur in vijs hominis, hoc est, in operationibus humanis, est charitas: extrema autem, Deus, & proximus, qui ex charitate sunt diligendi, ex quibus eleuatissimum extremum est Deus: & maxime dimissum & depressum in eiusdem Dei comparatione est proximus. Ea igitur proportio, & medietas amoris inter vtrūq; seruanda est, vt nec Deus minus debito diligatur, nec proximus plus æquo ametur. Si enim vel min⁹ debito Deus vel plus

plus æquo proximus diligatur, iam medium nimirū
 charitas exit ab extremis, & obliquitatem gibbosa
 temque efficit: ac proinde ea via recta non est. Est e-
 tiā charitas, sicut centrum, quod emittit ex se lineas
 ad extrema, secundum eorum distantiam, ad illud
 quod longius distat, longiorem, ad illud vero quod
 propinquius, breuiorem, & minorem. Et quia Deus
 est extremum in infinitum à nobis eleuatum, altissi-
 mam lineam postulat, hoc est, infinite intensum amo-
 ris actum, & dilectionem excellentiori modo nobis
 possibilem, à nobis metipsis requirit. Proximus ve-
 ro, quia nobis propinquior est, minorem lineam po-
 stulat: hoc est, minorem amorem à nobis exigit. Un-
 de fit, vt, sicut dicit Bernardus, modus charitatis er-
 ga Deum sit eum diligere sine modo: quia cum sit
 bonum infinitum à nobis infinite eleuatum, de quo
 Ecclesiastici. 43. dictum est. Exaltate eum quantum
 potestis, & superualebit adhuc, licet eundem sicut
 Christus Dominus Luc. 10. præcepit, diligamus ex
 toto corde, ex tota mente, & ex omnibus viribus:
 tamen merito vnusquisque cum nostro David dicit
 illud Psal. 72. Defecit cor meum Deus cordis mei. Et
 cum sponsa Cant. 1. Nunciate dilecto meo, quia amo-
 re languo. Quod dicebat ipsa, quia lāguide & remis-
 se arbitrabatur se diligere suum creatorem, quem
 infinito amore dignissimum esse iudicabat. Ex quo
 etiam fit amorem proximi, quem vnusquisque de-
 bet amare, sicut se ipsum non carere modo, imo cer-
 tos limites habere: quos si quis aliquando transgre-
 diatur, rectum amandi modum minime habebit.
 Nec mirum illud est. Nam, vt docet Aristoteles, ap-
 petitus finis est infinitus: appetitus vero mediorum,

Simile.

II
*Modus dili-
 gendi Deū
 est ipsum di-
 ligere sine
 modo.*

*D. Bern.
 Luc. 10.*

Psal. 72.

Arist.

Simile.

non est infinitus, sed ad mensuram. Nec enim aliquis desiderat sanitatem in certo termino mesura, gradu verita, vt de illa non amplius velit, imo desiderat omnem possibilem cum tamen de medicamentibus, quæ media sunt ad eandem sanitatem consequendam non quærat nec accipiat, nisi in certa mensura terminoque finito, & determinato. Non enim vult omne Reubarbium, quod ex India deportatur, in potione sumere. Sed id solum quod ad purgandum nociuum humorem satis sit. Deus igitur omnium rerû finis est, à quo etiam tanquam à principio effluerunt. Quapropter ipse sese dixit Apocal. 1. Ego sum alpha, & omega, principium, scilicet, & finis. Cætera omnia sunt media, & eorum nullum est finis simpliciter vltimus. Quamobrem non sunt sine modo diligenda, sicuti Deus diligendus est, vt ipsa forma præcepti insinuat, nempe; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum. Præterea, quemadmodum qui via accliuu eques iterfacit, equo quantum fieri potest, habenas laxat, & remittit: qui vero decliuu, easdem ipsi equo maxime constringit & deprimat, ne idem equus præceps cadat, & eidem simul equiti nocumentum afferat: sic etiam appetitui & voluntati nostræ, quæ in dilectione Dei, quem non videt tanquam per viam accliuem in hac vita progreditur, omnes amoris habenæ laxandæ, & remittendæ sunt: quas tamen eidem voluntati constringere debemus, quia cæco impetu in amorem rerum, quas videt suapte natura præceps fertur.

Simile.

Erit

Erit ergo tūc directā charitas, cum Deum sine modo, proximum vero cum modo, & mensura dilexerimus, & per talem charitatem nostras vias dirigere, nostrasque operationes regulare debemus. Zachariæ. i. habetur. Extendetur super Hierusalem perpendiculum, quæ verba licet in sensu literalī intelligatur de reedificatione Hierusalē, quam propheta uit Zach. ut legitur. i. Esdræ. 5. Quia tamen perpendiculū dicitur funiculus ille, cui est plūbum appētum, quo proiecto mensurari solent lapides, an in æquali proportione in edificio sint collocatę, an ve alij alijs plus æquo subsilientes appareant, ideo charitas, quæ mediū est inter Deū & proximū, & in medietate cōsistit perpendiculum erit spiritualis edificiij, tā ecclesiæ, quā actionū uniuscuiusq;. Actiones enim nostrę lapides sunt, quibus hoc spirituale ædificium fabricamus. Ut igitur ipsa recte se habeant pulchrūque, & non tortuosum, nec deforme ædificium efficiāt, mēsurandæ sunt charitate, veluti perpendiculo, & regula. Venit alicui in mentem (ut hoc exemplo aliquo exponamus) solitariam vitam agere, & ad id omnem hominum societatem declinare, solumque se ipsum saluare velle: atque ideo soli Deo, & salutī animæ suę vacare sibi oportere: cæteri vero sibi ipsis cōsulāt atque prospiciāt. Extēdat hic perpendiculū charitatis, & si ipsa, quia ille homo probus est, & sapiens, & qui cæteris prodesse potest, nec inueniuntur qui id tam bene præstare possint, postulet, ut exeat, & ut non abscondatur, exire debet, ut recte se habeat, & tortuosum ædificium non efficiat. Quod considerans Beatus Martinus dicebat: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, nō recuso laborem, fiat volūtas

¹²
Quando di
lectio dire-
cta esse dica-
tur.

Zach. 1.
1. Esdræ. 5.

Simile.

Phil. 1.

tua. Hoc est, si charitas exigit, vt ego fratribus meis inferuam, non recuso laborem. Et Paul. ad Philip. 1. coarctor nimis è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne magis, necessariũ propter vos. Quasi diceret: Illud quidem mihi vtilius abscondi, scilicet, à conuictu hominum cum Christo, in quo abscondita est vita mea, abscondi inquam in gloria. Sed quoniam aliud exigit charitas, scilicet, vt sim inter vos & doceam, hoc sperans me facturum, scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum aduentum iterum ad vos. Item si quis habet familiam, nempe, filios & filias famulosque & eis vult prouidere, vt pater, & propterea conatur thesaurum coaceruare; sumptibus parcere, nec multum elargiri. Extendat perpendicularum charitatis, & videat quid ipsa postulet. Nam si tunc instat grauis necessitas, & egeni, pauperesque fame laborant, & pereunt, exigit charitas, vt eisdem subueniat, & eleemosynam elargiatur, nec tunc thesaurizare permittet. Cumque pauperes stent ad ostium, & pullent, exeat pecunia ad eos, & ipse ad ianuam, nec se abscondat, vt eisdem auxilium non præstet: alias tortuosum & nõ rectum ædificium efficiet.

13
Deus præ
oculis in om
nibus operi
bus habendus
est.
Ezech. 9.

Solet etiam qui habet spiritum rectum quem Dauid hoc loco à Deo exposcit, se suaque omnia in Deum referre, & vniuersa sua bona in eundem, vt in vltimum finem dirigere, cunctaque sua opera, recta etiam intentione operari. Dicuntur Ezech. 9. iusti qui ab Angelo non sunt percussi, signum Tau in fronti-

frontibus habuisse. Ipsumque signum habuisse eosdem iustos in frontibus expressum testatur Ioannes cap. 7. Apocal. vbi dicit se vidisse Angelum clamantem, & dicentem, Nolite nocere terræ, & mari, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum centum quadraginta millia, &c. Tau est vltima Hebraici Alphabeti litera, sicut in Græco omega talis existit, per quam literam propterea Græci finem significare solent, vt patet Apocal. 1. vbi Deus dicit se esse Alpha & omega, vt se principium & finem rerum omnium esse ostendat. Ad quem etiam modum se habet Tau apud Hebræos. Quæ litera præterquam quod sit vltima, apud eosdem finem significat, sicut cæteræ literæ propria significata habent: quia, vt ait D. Hieron. li. de nominibus Hebraicis, omnes illæ proprias habent significationes. Esse igitur iustos signo Tau in signitos in frontibus, significat eosdem in omnibus suis operibus Deum tanquam vltimum finem præ oculis habuisse, eiusque ob amorem omnia cum re-
cta, & sancta intentione fuisse operatos. Quod primum Cant. 4. sponsus in dilecta sua sponsa commentat, est ipsam habere oculos columbarum. Ait enim: Oculi tui columbarum. Non dixit autem oculos spōsæ esse oculos ardearum, qui pulchriores sunt columbarum oculis, vt nos ibi quæramus mysterium. Quādo enim aliquid in sacris literis ponitur tanquam perfectum, quod nullam cum re, de qua agunt, convenientiam habere videtur, quod ibi latet mysterium, est diligenter perscrutandum. Cum igitur per oculum intentio designetur in sacra scriptura iuxta illud Luc. 11. Si oculus tuus simplex fuerit, &c. Per oculos

Apoc. 7.

Apoc. 1.

D. Hieron.

14.
Quæ sit in
operando re
ctæ intentio.
Cant. 4.

Luc. 11.

1. Cor. 10.

3. Reg. 6.

Apoc. 3.

D. Bern.

Job. 1.

oculos columbarum eam intentionem significat spō
 sus, quæ pura, & syncera est, & sine vlllo felle amaritu
 dinis existens: Et hanc in dilecta sponsa semper re-
 quirat. Siue comeditis, vt inquit Paul. 1. Corint. 10.
 siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam
 Dei facite. Sicut enim omnia, quæ in templo erāt, vt
 habetur. 3. Reg. 6. vel aurum, vel ab ipso auro deaura
 ta erant: sic quidquid fuerit in anima (quæ templum
 Dei est viuum) debet esse charitas, vel ab eadem im
 peratum, & quōdammodo deauratum, ad quod Ioā
 nes Apoc. 3. vnicuique dicit: Suadeo tibi emere à
 mē aurum ignitū, vt locuples fias: intelligens per au
 rum ipsam charitatem: à qua cum perfecta est, pura,
 & syncera intētio semper procedit: perfecta nanque
 charitas, vt ait Bernardus, foras mittit timorem: &
 qui eam habet, nō tam propter gehēne metum, nec
 tam propter laboris retributionem, quam propter ip
 sum Dei amorem bona opera agere solet. Nec prop
 terea eadem retributione caret. Quia quanquam, vt
 addit Bernardus, ipsa charitas mercenaria non est,
 sine mercede tamen maxima non est. Et quod ad
 hanc charitatem non peruenisset sanctissimus Iob,
 vt in eius lib. cap. 1. legitur, conabatur ostendere da
 mon. Cum enim eidem Dominus diceret: Nun
 quid considerasti seruum meum Iob, quod nō sit ei
 similis in terra, vir simplex & rectus? ipse eidem res
 pondit: Nunquid Iob frustra timet Deum? Nonne
 tu vallasti domum eius per circuitum? Quasi diceret,
 non pura & syncera intentione ductus hoc facit, sed
 mercedis spe commotus tibi obsequitur, & propriū
 potius commodum, quam tuam gloriam quærit,
 quando id facit. Ipse tamen, qui simplex, & rectus
 erat

erat, rectum spiritum, rectamq; intentionem in suis bonis operibus habebat : & ideo potius Dei honorem & gloriam, quam filiorum suorum bonum, quando pro eisdem sacrificabat, ne forte peccarent contra Deum, intendebat & procurabat.

Et hanc bonam in bonis operibus intentionem magni aestimat ipse Deus. Nam. 3. Reg. 21. enarratur quod cum rex Achab tam flagitiosus esset, ut de illo sacra scriptura dicat. Igitur non fuit alter talis, sicut Achab, qui venudatus est, ut faceret malum in conspectu Domini; Deo tamen per Eliam prophetam eisdem cominante, ipse scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunavitque & dormiuit in sacco, & ambulavit demisso capite : Et factus est sermo Domini ad Eliam: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me. Quia igitur humiliatus est coram me, mei causa, non inducam malum eius. In quibus verbis maxime ponderandum est illud, scilicet, mei causa. In quo insinuatur quatenus Deus faciat quod propter ipsum sincera, & pura intentione, & non propter aliud fit. Quod adeo verum est, ut licet opus de se sit bonum, si non bona, & pura intentione fiat, Deo non sit gratum nec acceptum, imo ab eodem reprobatum etiam in operibus ad penitentiam pertinentibus. Non enim, ut inquit August. super Ioannem, solum bonus est, qui bonum facit, sed qui propter bonum facit. Magnus quidem peccator fuit Saul & magnus etiam David, & vterque eorum de suis sceleribus penituit eaque publice confessus est. Saul enim, ut habetur. 1. Reg. 15. dixit. Peccaui, quia prauaricatus sum sermonem Domini. David autem, ut etiam scriptum est 2. Reg. 12. dixit. Peccaui Domino. Et huius quidem penitentiam, quia pura & sincera inten

15
Quantum va
leat bona
vel mala in
tentio inope
ribus.

3. Reg. 21.

August.

1. Reg. 15.

2. Reg. 12

intentione facta fuit, admisit: illius autem quia à mala intentione procedebat, contempsit, & spreuit. Ad quem modum Iudas ille infelix, & beatus Petrus cum in eodem collegio commilitones essent, in quo Christum magistrum, & prælatum habuerunt, ambo tamen eidem proditores extiterunt, siquidem alter eorum semel illum vendidit, alter vero eundem ter negauit. Cumque uterque diceret: Peccaui, Iudas quia bona intentione, & nulla fiducia plena hoc dicens caruit, reprobatus est. Diuus autem Petrus, quia bonam intentionem habuit, hoc idem dicens, admissus est à Deo, qui eidem grauissimum illud negationis peccatum benigne condonauit. Quã obrem in quibuscunque operibus bonis maxime perpendenda est intentionis directio: siquidem ex ea prouenit, quod Deo accepta, vel non accepta redantur. Ad quam rem facit quod Cæsarius refert de quodam Ducis Brabantix villico, nimirum ipsum postquam mortuus fuit, uxori suæ maximo strepitu diuina dispensatione apparuisse, eique dixisse, se æternis suppliciorum cruciatibus esse damnatum. Cui cum illa dixisset: Ita ne agitur, postquam ianua nostræ pauperibus, & peregrinis nunquam claustræ fuerunt, & postquam tot, tantaque bona opera in hac vita exercuisti, tandem nunc damnaris? Ita profecto, inquit ille, quoniam ea non charitate commotus, sed caduca, & inani gloria incitatus, ac mala ductus intentione, operatus sum. Quinimo & hoc vnũ tibi affirmo, omnia cunctarum arborum folia, licet in linguas verterentur, non posse magnum tormentorum genus, quod patior aliquo modo explicare. Quibus dictis hoc etiam adiecit: Hic amplius commorari

Cæsarius.

Exemplũ.

morari non poſſum: quoniam Cacodæmones me foras manent. Atque ita horribili quodam ululatu, qui per totam urbem ſonuit ab eius oculis euauit. Quæ quidem hiſtoria bona etiam opera, quæ non à charitate proficiſcuntur, nec per eam diriguntur, potius officere, quam proficere, plane teſtatur.

Innoua in Viſceribus meis.

Propterea poſtquam dixit: Cor mundum crea in me Deus, addit: Spiritum rectum innoua in viſceribus meis: quia non poteſt dari perfecta cordis emundatio, quin eiudem fiat ſimul perfecta renouatio. Vnde feſtum in memoriam emundationis templi inſtitutum, Encæniam Ioan. 11. appellatur; quod vocabulum renouationem ſonat. Simul enim. 1. Mac. 4. vbi hoc feſtum inſtitutum fuit, fuit templum mundatū, & nouum altare extructum: quo ſignificatum eſt in peccatore cor mundum, & nouum creari oportere. Porro tunc vnusquisque ſpiritum ſuum innouabit, quando veterē hominem exuerit cū actibus ſuis, & nouum induerit, vt Paul. ad Ephes. 4. docet. Quod quidem non ſine maximo labore & anxietate fieri oſtendit Aug. li. 8. confeſ. c. 10. & 11. vbi ait: Feruebā moleſtiſſima cogitatione, irem nē in pactum tecū, quod oſſa mea clamitabant. Nam in iſta renouatione ex vna parte amor Dei vel timor inferni, hominē trahit, ex alia vero vitia & inueterata in iſtis conſuetudo, eundem tenent: fitque in eo aliquid ſimil eilli crudelitati, quam aliquando tyranni in martyres exercuerunt. Alligabant enim martyrem duabus arboribus inclinatis, & inflexis, quæ cum à ſe inuicem

Ioan. 11.
Mach. 4.

16
Quam neceſſaria ſit homini interdū renouatio ipſius, & quanto cum labore eiudem fiat. Ephes. 4. D. Aug.

Iob. 39.

17

Quomodo faci-
cienda sit a-
nimi reno-
uatio.

Simile.

18
Alius mo-
dus quo faci-
cienda est
animi reno-
uatio.
Psal. 102.

cem diuiderentur, horride homines discerpebant. Hoc quodammodo homini contingit, quando veterem hominem exuit, & nouum induit. Nunquid, ait Iob. 39. de renouatione agens, per sapientiam tuam plumescet accipiter, expandens alas iuas ad austrum. Quod ideo dicit, vt ab eo renouationem discamus. Iuxta id, quod ipse dicit cap. 12. nimirum: Interrogauiméta, & docebūt te. Nā de hac aue tradūt naturales scriptores, quod quādo vult veteres penas dimittere, & nouas induere respiciēs ad solē versus meridie alas explicat, & excutit: & postquam calore pori in ipsa aperiuntur alarū excussione & austri flatu eadem pennas ex se emittit, & eijcit, per quarum locum nouæ, quibus renouatur, & induitur erumpunt, & nascuntur. Ad quem modum homo, qui indutus est vitiorū pennis, quas ex vetere Adamo hæreditauit, vt eas à se eijciat ad meridianum iustitiæ solē, nēpe, Deū mentis oculos conuertat, vt eiusdem bonitatem contemplan, & sua peccata cognoscens amore eiusdem Dei, qui ipsum non puniuit sicut eadem peccata postulabant, inflāmetur, & sic se habeat vt spiritus sancti flamine superueniente, & eiusdem hominis feruore & operatione intercedente veteres scelerum pennas, inueteratamque peccādi consuetudinem deponat nouumque viuendi modum teneat & in moribus bonis omnino renouetur.

Quin etiam Psal. 102. docemur, quomodo nos renouare debeamus. Dicitur enim in illo de eo qui renouatione indiget. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Nam aquilæ rostrū secundum superiorem eiusdem rostri partem, aliquādo tantum crescit, tamque curuū in ea ipsum rostrum redditur, vt eadem ipso met

met rostro, quia curuum, & nimis obliquum est, & oblongum, fumere non possit cibos, quibus alatur, & sustentetur, ac proinde debilis imbecilla, & ægra quotidie magis redditur. Nimietatē igitur, curuitatem, & superfluitatem rostri mediante petra, in qua illud cōfringit, deponit, & secundum idem rostrum renouata, sana, & pinguis postea euadit. Homo ergo cuius lingua nimium in malitia creuit, detrectando, periurando, & mentiendo, ac propterea in spiritu obliquitatem, & deformitatem contraxit si à talibus vitijs linguam compescat, proposito sibi ante oculos exemplo illius petrae, de qua Paulus ait: Petra autem erat Christus: Qui cum à Pilato iniuriosis verbis maxime vexaretur, nec respondit ei verbum, vt Euangelicæ literæ testantur: innouabitur quidem in eo spiritus rectus, & obliquitas, deformitasque quam contraxerat, ab eodem penitus abijcietur.

Simile.

1. Cor. 10.

EXPLICATIO DVODECIMI

versus.

Ne proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Hoc est ne, precor, offensus peccatis meis, me solito tuo fauore, cura & custodia destituas, & Spiritum illum sanctum, quo solo nos possumus esse sancti, ne auferas, & alienes à me, vt ipse me sanctificet.

R

Est

¹
*Quæ in com-
 moda homi-
 ni proue-
 niunt ex eo
 quod Deus
 ipsum à fa-
 cie sua pro-
 iiciat.
 Psal. 29.*

*Autor in
 107.*

D. Aug.

²
*Perseueran-
 tia est Dei
 donum à
 Deo maxi-
 me postulan-
 dum.
 Psal. 15.
 Psal. 118.
 Caietan.*

Est autem hoc loco aduertendum, quod cum pau-
 lo ante dixerit: Auerte faciem tuam à peccatis meis,
 dicit modo; Ne projicias me à facie tua. Quasi dicat
 id quod Ps. 29. etiã ait. Ego dixi in excessu meo (hoc
 est, in prosperitate cõstitutus) non mouebor in æter-
 num. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum con-
 turbatus. Domine in voluntate tua præstitisti deco-
 ri meo virtutem. Ad te Domine clamabo, &c. Clam-
 mat igitur ad Deum, ne ipsum à facie sua projiciat,
 nec ab eodem faciem illam auertat, quam ab ipsius
 met peccatis, vt auerteret postulauerat: ne ipsorum
 intuitus ad iracundiam illum prouocaret, & ad vin-
 dictam sumendam impelleret. Ait ergo: Ne projic-
 cias me à facie tua: & rursus: Spiritum sanctum
 tuum ne auferas à me: quia, vt inquit hoc loco Do-
 ctor incognitus, qui pœnitet, iam habet donum, &
 gratiam Spiritus sancti, quia non potest esse vera
 pœnitentia, & peccati punitio in homine ex se ip-
 so, vt ait glossa. Cum enim quis irascitur sibi ipsi,
 & displicet, sine dono Spiritus sancti non est.
 Cum itaque perseuerantia in virtute sit Dei do-
 num, vt docet August. libro de bono & perseue-
 rantia in principio, vbi ait: Afferimus ergo donum
 Dei esse perseuerantiam, qua vsque in finem perse-
 ueratur in Christo, &c. propterea Dauid eandem
 ab ipso Deo hic postulat. Quod etiam facit Psalm.
 15. Vbi dicit. Conserua me Domine quoniam spera-
 ui in te, &c. & Psal. 118. vbi etiam dicit: Fiat manus
 tua, vt saluet me. Intellegens, scilicet, vt inquit Cai-
 etanus gratiam non sufficere ad salutem, nisi semper
 adsit præsens diuinum auxilium perseuerantiæ gra-
 tuitum, ob cuius subtractionem Petrus negauit
 Demi-

Dominum . Quod similiter faciunt quicumque ex
 charitate in peccatum mortale prolabuntur . Qua-
 propter Diuus Paulus Ephes. 3. dicebat : Flecto ge-
 nua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi; ex
 quo omnis paternitas in cælis, & terra nominatur
 vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem
 corroborari per Spiritum eius in interiori homi-
 ne . Ij nanque, quibus hanc virtutis corrobo-
 rationem Deus dederit, ibunt de virtute in vir-
 tutem, vt habetur Psalmo . 83 . & videtur
 Deus Deorum in Sion . Quod etiam sancta Ec-
 clesia à Deo in quadam collecta postulat, di-
 cens: Da nobis, quæsumus domine perseverantem
 in tua voluntate famulatum . Imo Diuus Cypria-
 nus, & Diuus August. lib. de bono & perseveran-
 tia, dicunt, nos in vna quaque orationis domini-
 cæ petitione perseverantiam à Deo postulare, vt
 orationem ipsam perpendenti facile patebit . Cum
 enim dicimus. Sanctificetur nomen tuū; ab ipso pe-
 titus vt eum continuo sanctificemus . Cum dici-
 mus. Adueniat regnum tuum: ab ipso efflagitamus
 vt indefinenter regni cælestis dona ad nos descen-
 dāt. Cum denique dicimus: fiat voluntas tua ab ipso
 etiam postulamus, vt semper ad diuinæ eiusdem vo-
 luntatis nutū nos accommodemus, eidemque ob-
 temperemus.

Porro quam necessaria vnicuique sit ad sa-
 lutem ipsa perseverantia in virtute, explicat
 Diuus Bernardus enarrans illa verba Matthæi .
 24 . nimirum: Qui perseverauerit vsque in fi-
 nem, hic saluus erit, dum ait: Perseuerantia
 sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus

*Ephes. 3.**Psal. 83.**Cyprian.
Aug.*

³
*Quam neces-
 saria sit vni-
 cuique per-
 seuerantia.
 Matth. 24.*

prorsus absque perseverantia, nec qui pugnat, victoria, nec palmam consequitur victor. Vigor virium, virtutum consummatio est. Nutrix ad meritum, mediatrix ad primum: soror est patientiae: constantiae filia amica pacis: amicitiarum nodus: unanimi-
 vinculum: propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet: nec beneficium gratiam: nec laudem fortitudo. Denique non qui incepit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit. Saul, cum esset parvulus in oculis suis super Israel Rex constitutus est. Non perseverans in humilitate, & regnum amisit, & vitam. Si cautela Sansonis: si Salomonis devotio perseverantiam retinissent, nec iste sapientia nec ille viribus privaretur. *Genes. 37.* habetur, patriarcham Iacob tunicam polycoloratam tallarem fecisse Ioseph filio suo, quem plusquam ceteros omnes diligebat. Quod ideo eo loco Spiritus sanctus enarrat, ut significet eos, qui Deo sunt dilecti eiusdem voluntati obediens debere habere vestem diuersarum lanarum, & colorum, seu quod idem est, polycoloratam. Qualis est charitas: quae ut ait Paul. 1. Corinth. 13. benigna est, patiens est, omnia suffert, omnia sperat, omnia credit. Talis vero vestis debet esse tallaris, ad terram nimirum, hoc est, ad sepulturam usque perueniens & attingens, quia non sufficit bene incipere, nisi in bono etiam perseveretur. Quod plane verissimum esse confirmat id quod quidam ordinis Praedicatorum pater magnae autoritatis vir, memoriae prodidit. Nimirum, quod cum quidam latro inimicorum ipsum maxime insequentium manus effugere penitus non posset, maxi-
 mo

Genes. 37.

Exemplum

mo peccatorum suorum dolore & contritione affectus brachia in modum crucis protendit, & ad eosdē se conuertit dicēs: Mortem, qua me interimere conamini meritis sum, siquidem creatorem redemptorē que meum toties grauissime offendi. Ecce membrā, quibus Iesum Christum in suis membris sum persecutus, meis à me illatas iniurias vlciscimini. Quæ cū diceret, interfectus est. Non procul ab eo loco cui dā eremitæ vitam degenti reuelatum fuit ab Angelis eius latronis animam in calū fuisse deductam. At ipse cum de proximi sui bono gaudere deberet, indignatus est inquitens: Quid hic ago infelix? Cur me carnis voluptatibus non trado. Cum mori edum fuerit, tūc dabitur (sicut huic latroni) pænitiæ locus. Cumque eam vitam, quam per plurimorum annorū spaciū agebat, deserere decreuisset, cūque ut in urbē rediret egressus esset, & per angustissimum pontem in itinere transiret, in amnē infelix miserabili ruina decidit: & inde à diabolis ad gehēnæ flammās arreptus, pænas suæ incōstantiæ dedit acerbissimas.

Imitandus est ergo in perseuerantia sanctus Iob, qui, ut habetur cap. 27. in eiusdem libro, dicebat, in medio suorum laborum pelago, veluti submersus: Donec deficiam, nunquam recedam ab innocentia mea. Et ob hanc causam Christus Dominus Luc. 22. dicebat discipulis. Vos estis qui permanistis mecū in tentationibus meis. Et adiicit statim: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum meum, ut edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo, & sedeat is super thronos iudicātes duodecim tribus Israel, vbi non dicit, vos qui omnia reliquistis propter me, sed qui mecum per mansistis, ut propter perse-

Iob. 27.

4

Non solum
in virtute
permanere
debemus sed
semper per
eius viā
ultra pro-
gredi in me-
lius.

Luc. 22.

Ioan. 15.

Philip. 3.

Ephes. 6.

1. Cor. 7.

Heb. 12.

5
 Quam pernicio-
 sum sit ve-
 trorsum con-
 uerti præfer-
 rim homini-
 bus religio-
 sis.

Luc. 17.

Gen. 19.

Simile.

uerantiam eisdem talia præmia esse consecuturos significet, & Ioan. 15. eiusdem discipulis etiam dixit. Ego vos elegi, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quasi diceret, posui vos ut eatis, hoc est ut semper à bonis ad ea, quæ meliora sunt procedatis, nec vnquã retro gradiamini; id quod exacte faciebat Paulus ut ipse Philip. 3. testatur: vbi dicit. Quæquidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsū. Quasi dicat, omnium bonorum, quæ feci obliuiscor & post tergum relinquo ea parui æstimans, oculos vero in ea quæ perfectiora sunt conijcio, & in eadē toto pectore, totaque animi cogitatione incumbo. Et ad quid simile incitabat Ephesios in ipsorum Epistola cap. 6. cum dicebat, induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Et infra, accipite armaturam Dei, ut possitis stare in die malo & in omnibus perfecti stare, & similiter primæ Corinth. 7. ait, vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Ad quod etiam mouet discipulos Christus dominus, quem idem Apostolus Hebræ. 12. vocat fidei autorem, & consummatorem, inquit, aspicientes infidei autorem, & cōsummatorem Iesū, quia scilicet, nō solū cæpit, sed cōsummauit id quod nos in omnibus operibus debemus efficere, cū ipsismet discipulis Luc. 17. dicebat: memores esto te vxoris Loth, quæ ut habetur Genes. 19. eo quod respexit post se retrorsum, fuit in salis statuam, & nō marmoream, nec in quamuis aliam conuersa, ut sicut sal est ciborum insulforum cōdimentum, sic etiã ea salis statua nobis semper ante oculos obuersans, sit ad labores, qui spirituales cibi sunt, māducandos peculia

peculiare condimentum, vt propter eorum amaritudinem & acerbiratem, ab incepto bono non deſiſtamus, imo vltcrius progrediamur. Quæ ſententia in religioſis hominibus peculiariter locum habet, qui cum in mundū, vbi ſicut vxor Loth in Sodomis, res mundanas reliquerunt, oculos iterum conijciunt, quaſi dolētes, quod eaſdem in illo reliquerint in ſtatuam ſalis, hōc eſt, in figuram tantummodo, effigiem que religioſi per ſalem ſignificati cōuertuntur, nec verum religionis eſſe, quod habere cæperunt, amplius retinent, ac proinde non conſequuntur ſalutem, quæ vt ait Iſidorus libr. de ſummo bono, ſolis perfeuerantibus datur. Non enim beatus erit qui bonum facit, ſed qui perfeueranter facit. Quod ſignificatum eſt. 2. Reg. 27. vbi & ſi dicatur Dauid prius ſaxo Goliath præcipitaſſe, & gladio caput eiufdem poſtea abſcidiſſe, non tamen dicitur ſaxum, ſed ſolus gladius in templo fuiſſe ſeruatus, quia nimirum per ſaxum caput victoria, & per gladium tanquam per vltimum eius inſtrumentum fuit conſummata, & ad exitum perducta, & Deus non tanti æſtimat bonorū operum initia (quamquam dimidium facti, qui bene cæpit habet, vt eſt in Prouerbio) quanti æſtimat eorundem operum ſælicem exitum, & ob hanc cauſam primitias, & decimas frugum ſibi dandas eſſe præcepit, vt, ſcilicet, ſignificaret initia bonorum operum, & ſinem ſe ab omnibus hominibus omnino velle, accommodate autem primitiæ principia ſignificant, & decimæ ſinem, quia denarius numerus eſt cōpletus & reliquorum numerorum ſinis, vt Arithmetici oſtendunt.

Est autem homo tam miſer, vt ſicut Iob. 13. habetur

R 4

tur

S. Iſidor.

6

Parum vtile eſt bonum opus incipere, niſi illud ſimul perficiatur.

2. Reg. 27.

7

Tanta eſt hominis miſeria vt ſæpe bene incipiat & ſæpe male perficiat opera.

Iob. 13.

Dan. 2.

tur nunquam in eodem statu permaneat, vnde fit, vt saepe bene incipiat, & sepe etiam male perficiat id quod significatum est Daniel. 2. in ea statua, quam Nabuchodonosor in somnis vidit, habebat enim caput aureum, pectora argentea, ventrem aeneum, tibias ferreas, & pedes fictiles, & ita incipiebat in auro, & terminabatur in luto. Et insinuabat, significabat que talem esse hominū incōstantium vitam, vt qui ardentis in Dei amore sunt in principio, saepe paulatim deteriores fiant, quousque in vitiorum lutum tandem deueniant. Aurum, quod inter omnia metalla, est prāstantissimum

Apoc. 3.

charitatem significat Apocal. 3. vbi de eo dicitur, suadeo tibi emere aurum optimum, vt locuples fias, quā charitatis virtus cāteras omnes virtutes excellit, & hoc preciosissimum aurum iusti suis lachrymis suspirijs, & ieiunijs emunt. Argentum autem bona verba designat Psal. 11. vbi dicitur. Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Descendit vero homo à capite aureo ad pectora vsque argentea, quādo amissa charitate bonis adhuc verbis, & bona intentione dictis adhuc vititur. Efficitur deinde ipsum

Psal. 11.

argentum, aēs paulatim, quādo verba, quā bona intētionē dicebat iam solum dicit vanitate commotus vt nempe se esse virtute prāditum persuadeat. Ex quo consequēter fit vt ferreus postea reddatur, quia omnis superb^o, & vanus, dur^o, & crudelis erga alios existit, in lutum tandem conuertitur quando turpissimas abominationes committit. Quod de habitatoribus ciuitatis Hierusalē Sāctus Hieremias Threno.

Threno. 4.

4. similiter innuit dicēs, Fili Siō inelyti, & amici auro purissimo, quomodo computati sunt in vasa testea

ſtea op^o manuū ſiguli? Filij Ephraim, habetur etiā Pſ.
77. incēdētes, & mittētes arcū cōuerſi ſunt in die bel-
li. Nō cuſtodierūt teſtamentū Dei, & in lege eius no-
luerunt ambulare, & obliſi ſunt benefactorum eius,
ideſt abundantes (id enim ſignificat filij Ephraim) li-
cet per viā Dei ambulare incipiant, in ea tamen non
perſeuerant, ſed in die belli ſeu tētationis conuertū-
tur retrorſum, & in lege Domini nolunt ambulare,
& ſunt de quibus dicitur Pſal. 1. poſtquam in eo iuſti
perſeuerantia deſcribitur, non ſic impij, non ſic, ſed
tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.
Quo puluere nihil inconstantius reperiri poteſt.

In prædicto Pſalmo cernitur, quod peccatoribus
inconstantia datur in ſuarum impietatum pēnas, &
ſupplicium, ſicut etiā cernitur Threno. 1. vbi habetur
peccatum peccauit Hieruſalē, propterea inſtabilis fa-
cta eſt. Et ſimiliter conceditur à Deo iuſtis perſeuerā-
tia vt conſpicitur. 1. Reg. 12. vbi Samuel propheta di-
cit Hebræis, ſi timueritis Dominū, & ſeruiueritis ei,
& audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os
Domini, eritis vos, & rex qui imperat vobis ſequē-
tes Dñm Deū veſtrum. Vbi in præmiū timoris, ob-
ſequij, & obedientiæ Dei, virtus perſeuerantiæ Iſrae-
litis à Deo promittitur: vnde etiā deducitur eam eſ-
ſe Dei donum, vt dictum eſt. Et ſine ipſo in virtute
perſeuerare ſe poſſe qui arbitrantur, plarumque mi-
ſerabili ruina prolabantur. Vnde Diuus Cyprianus
epiſt. 104. de duplici martyrio ad Fortunatū ait, no-
ui quosdā, qui cum iā iam immortales martyrij coro-
nas recepturi eſſent, deſecerunt tamen, quia ſcilicet,
ſuis viribus cruciatus illos, & tormēta metiebantur,
non proijciētes ſe totos in diuinam opē atque ſubſi-

Pſal. 77.

Pſal. 1.

8
Incoſtātia
eſt pēna pec-
cati, vniu-
tis autē pra-
miū eſt cō-
ſtātia in
virtute.
Threno. 1.
1. Reg. 12.

9
Qui ſine
Dei dono in
virtute per-
ſeuerare ſe
poſſe arbi-
trabitur, ſæ-
pe miſerabi-
li ruina pro-
labitur.
D. Cypria.

diuum, quo fiebat vt terramentis illis tyrannorum ignominiose succūberent. Quapropter debet vnusquisque suis viribus diffidere, atque spem omnem perseuerandi in virtute in diuinum auxilium referre, illudque ad hoc ipsum à Deo instanter postulare, sicut hic fecit Dauid, dicens. Ne proijcias me à facie tua, &c. Quod ab ipso Deo obtinuit atque ideo talis postea euasit, vt de eo scriptum sit. 2. Reg. 3. quod semper ibat proficiens, & crescens, & erat se ipso robustior. Et cap. 24. eiusdem libri de eodem mulier quædam merito dixerit. Sic est Dominus meus, sicut Angelus Domini, qui nec benedictione, nec maledictione mutatur, hoc est, nec prosperis nec aduersis commouetur, vt virtutem cui immobiliter per modum Angeli adhæsit, aliquando dimittat.

2. Reg. 3.

2. Reg. 24.

10
Quid cogitare & facere debet homo vt in virtute perseueret.

Simile.

Licet autem perseuerantia sit Dei donum ac propterea ab eo postulandum ad illud tamen obtinendum, opus est vt non pauca ex parte nostra adhibeantur. Et plurima etiam à nobis considerentur, ex quibus illud est potissimum, nimirū quod si à bono incepto desistimus, omnia simul merita amittimus, quæ longo temporis spatio comparauimus. Siquis magno vitæ suæ discrimine mare trāsēgisset, & magnum annorum interuallum in acquirendis diuitijs apud Indorum regionē cōsumpsisset, & è naui descendens, vnica ludi manu omnes illas diuitias iactasset, nonne insanus, & mente orbatus esset merito iudicāndus? Maiori ergo cum ratione ille erit talis reputandus, qui quam plurima merita coram Deo vigilijs ieiunijs, verberibus, orationibus, elemosynis, & alijs pijs operibus sibi comparans, ea postea, quia in virtute retrocessit omnia simul amisit. Iustus ait

Ezech.

Ezech. 18. si auerterit se à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur. Imo sæpe eueniet vt peior quam ante iustitiam, & virtutem ipsam, iam remaneat. Nam fient nouissima hominis illius peiora prioribus. vt Luc. 11 dicit Christus Dñs. Melius enim esset ei, viam veritatis non cognouisse, vt ait Petrus. 2. cap. 2. quã post cognitam retrorsum conuerti. Nam vitium ingratiudinis illius cognitionis, & nonnulla alia, quæ antea non habebat, iam in ipso retrocedente, & non perseuerante reperiuntur. Quemadmodum enim vapores à calore solis ex terra eleuati si ascendendo vltra mediam aeris regionem non transcendunt, in aquam conuersi descendunt frigidiores, quam ascēderunt, si vero vltius progredientes ad supremam aeris regionem perueniunt, igne incēduntur vt philosophi affirmant, & experientia in fulminibus testatur. Ad eundem etiam modum si homo diuino calore solis iustitiæ ex terrenis rebus ad cælestium desiderium, & infecutionem eleuatus ascēdēdo de virtute in virtutem non perseuerat, frigidior, & peior factus, quam ante ascensum erat, retrocedendo descendit, cum tamen proculdubio si in virtute versus cælum perseueraret, esset diuini amoris igne fæliciter inflammandus.

o Imo non perseuerantem, dæmon in ipsius manus relapsum maiori custodia obseruat. Si namque aliquis delinquens è carcere fugit, quia ipsius custos eisdem permittebat absque catenis per illum ambulare arbitrans eum promissa esse adimpleturum, & postea propter aliud delictum captus, iterum in carcerem est inclusus, solet idem custos maiori cura, & diligentia

Ezech. 18.

11

Qui non perseuerat in virtute peior remanet quam ante virtutem erat.

Luc. 11.

2. Petri, 2.

Simile.

12

Non perseuerans è re lapsus in peccatum, ab eo difficilior exit, & liberatur, quam antea.

Simile.

līgētia ipsū custodire, catenisque, & compedibus
 strictius eundem ligare: ne rursus vt antea ē carcere
 aufugiat. Ita adhūc fere modum dæmon se habet er
 ga peccatorem, qui per veram pæniten tiam ab ipsis
 vinculis aufugiens, in culpæ carcerem, quia nō per
 seueravit, iterum includitur, & strictioribus eiusdē
 culpæ catenis, quibus peior efficitur magis circumli
 gatur.

Illud præterea vt in virtute vnusquisque perseue
 ret, perpendere debet, quod nempe sicut lepus ani
 mat timidissimū, quando fugit interdum præ timore
 caput in tergum ver tit quod sæpe causa esse solet vt
 vitam amittat, quia ea conuersione locum canibus
 venaticis dat vt ipsum apprehendāt, & interficiāt: sic
 similiter homo qui per virtutem, quam insequitur à
 dæmone aufugere incipit, si præ timore amitten
 di honorem, & autoritatem, & incidendi in infamiā,
 paupertatem vel morbum, retrorsum se cōuer
 tit, & retrōcedit, in horridos eiusdem dæmonis den
 tes incidit, & ab eisdem miserabiliter dilaceratur.

Simile.

Et quidem qui ab incepto bono opere desistit, occa
 sionem præbet vt ludibrio habeatur. Quemadmodū
 Christus Dominus sub parabola illius, qui turr im
 ædificare cæpit & cam minime perfecit demonstrare
 videtur Luc. 14. dicens, hic homo cæpit ædificare, &
 non potuit consummare. Si namque eos deridere so
 lemus, qui corporalia ædificia inchoata non perfici
 ciūt, in quibus tamē iustissima impedimēta possunt
 occurrere; quis nō eos deridebit qui felicia abrum
 pūt cæpta & studiosa, in quibus nulla possunt occur
 rere impedimenta quæ nostram desidiā valeant
 omnino excusare. Simarchus Puluillus cum fanū
 quod

Luc. 14.

14
 Ex profa
 nis auctori
 bus ostendi
 tur perseue
 rare oportere.

quoddam extrueret Ioui, Iunoni atque Mineruæ vt refert Diuus Aug. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 18. nonnulli inuidentes honori & famæ eius, quam ex tali opere futuram esse perpetuam arbitrabantur, falso nunciarunt ei, filium è vita decessisse, vt statim opere relicto eius funus procuraret. At vero ethnicus ille retulit, se non valde de filij obitu sollicitari, sed malle in opere capto perseuerare, ex quo maiorem, vberiorremque laudem esset relaturus. Multo igitur magis vnusquisque in studioso proposito perdurare debet, siquidem eidem præmia parata sunt sempiterna. Qui deficit, inquiebat Plutarchus, neque perseuerat in rebus studiosis atque præclaris propter nonnulla obstacula occurrentia, persimilis est infanti, qui multos manu flores continens, si vnus auferatur omnes statim flores à se iratus abijcit eosdemque pede proterit, vnde fit vt omnibus priuatus maneat. Talis est ille qui propterea regreditur à laudibus inceptis, quod impedimenta nonnulla contra quæ potius viriliter pugnare debuisset, occurrant, ratus sæpe se non nihil amisisse idcirco suorum progressuum: sunt autem impedimenta multa facillime occurrentia in rebus arduis atque præclaris, quibus nisi viriliter resistamus, plane quam sapissime occursum ipso virtutis retardabimur. Quæ enim virtus est, quæ suam statim non patitur repugnantiam? Vnde præclare Prudentius dixit, virtutes ipsas sine constantia viduas quidem esse & orbatas.

Quod si negotiatores ipsi & mercatores non propterea omnem illico negotiationem abijciunt, quod in quibusdam mercibus iacturam fecerint nec agricola statim cessat à serendo agro, quod aliqui-

*D. Aug.**Plutarch.**Simile.**Prudentius*

15

Licet difficultates & impedimenta occurrant bene operantibus tamen perseuerare debent.

aliquibus annis minus fructum attulerit, naucler-
 rus item à nauegatione nō cessat, quāuis minus se-
 cundo vtatur vento: miles arma non abiicit quod ha-
 bet aduersantes. Cur homo Christianus ab itinere
 virtutis retrocedet maiori cum damno, ac dedecore
 licet difficultates ingentissimæ eidem oboriantur.
 De eo enim qui ita non fecerit dictum est illud Iob.
 15. nimirum non ditabitur nec perseuerabit substan-
 tia eius: neque mittet in terram radicem suam, non
 recedet de tenebris, ramos eius arefaciet flamma, &
 auferetur spiritus oris sui antequā dies eius implea-
 tur peribit, & manus eius arefcet. Lædetur quasi vi-
 nea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proj-
 iciens florem suum. Quorum malorum consideratio
 vnum quemque ita terrere poterit, vt viribus om-
 nibus in virtute perseuerare procuret, & cum à dæ-
 mone fuerit tentatus ipsius perseuerantiæ donum
 tamdiu à Domino imploret vt diuum Hieronymū
 imitetur, qui in epistola ad Eustochium de se di-
 cebat, memini me clamantem diem crebro iunxisse
 cum nocte nec prius à pectore cessasse verberibus,
 quam rediret Domino imperante tāquillitas, quā
 ipse Dominus vt simul cū alijs bonis daret Ephraim
 in eodem desiderabat cum Olex. 6. eidem dicebat,
 Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciā tibi Iuda? Mi-
 sericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros
 mane pertransiens. Quasi diceret. Quid boni a me re-
 cipere potes, qui continuo in bono deficiis, cum tibi
 multa bona daturus essem si perseuerares? Perseue-
 randum est igitur in bono, & hoc perseuerantiæ do-
 num à Deo maxime efflagitandum. *imp ni dūp*
 Quia etiam Dauid sciebat Deum propter peccata
 sua. *supis* Saulis

16
 Commina-
 tioe intra in-
 constantes
 & non per-
 euerantes.
 Iob. 25.

Hieron.

Osee. 6.

17
 Magnū sep-
 plicium est
 prouincere
 Deum, illi
 qui peccator
 est, à facie
 sua.

Saulis ipsū proieciſſe ne regnaret super Israel (quod constat. 1. Reg. 16. vbi dicit ipse Deus ad Samuelem, vique quo tu luges Saul cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel) timens ne sibi propter suum peccatū, simile aliquid contingeret, dicebat, ne proiecias me à facie tua. Adquem modū ipse David. 2. Reg. 14. puniuit propter fratricidum Abſalonem, de quo ibidem dicitur. Et non vidit faciem regis, &c. Idem ergo hoc loco facit David, quod etiam fecisse videtur Psal. 142. vbi dicit ne auertas faciē tuā à me, & similis ero descendētib; in lacum. Quasi dicat vt Iansenius interpretatur, ne cesses fauorē tuū mihi declarare alioquin similis sū ijs qui descēdunt in lacum mortis, vbi scilicet ex eisdem effectus. Ex eo autē quod David hic ait, ne proiecias me à facie tua. Et Psal. 142. ne auertas faciem tuam a me plane colligitur homines ab æterno à facie Dei nō esse proiectos. Si enim ita esset frustra postea suo tēpore diceret David, ne proiecias me, &c. Id quod patet Matt. 25. vbi dicitur de supremo iudice Christo Dño. Tunc separabit oves ab hædis, & paulo inferius illis qui à sinistris erunt, discedite à me in ignem æternū. Vbi ponderandum est illud aduerbium tunc, quod indicat Deum non ab æterno, sed tunc temporis homines peccatores à se & à facie sua esse proiecturū. Ac proinde ipsos dum viuunt posse Dei ope adiutos ne ab ipsius facie proieciantur efficere. Licet enim Deus mutari non possit iuxta illud Malach. 3. Ego Deus & non mutor, tamen propterea vos filij Iacob non estis consumpti, vt statim ibidem adijcitur. Cum immutabilitate, namque Dei æterna stat quod ipse videat Iudam esse condemnandum, & Petrum saluandum

1. Reg. 16.

2. Reg. 14.

Psal. 142.

Iansen.

18

Nemo ab æterno proiectus est à facie Dei, sed propter peccata ab ea proieci-tur.

Psal. 142.

Matth. 25.

Malac. 3.

19

Quomodo Deus qui immutabilis est, mutari interdum dicatur, & à quo proueniat ista mutabilitas.

dum, & quod sic possit cōdemnari, ille vero saluari. Illa enim mutatio non ex parte Dei, sed ex parte ipsorum prouenit. Quia quemadmodum immobilis columna à dextra in sinistram partem absque vlla sui mutatione potest transire, vt patet quando homo iuxta ipsam existens versus aliam partem, post tergum se conuertit. Sic etiam projicit Deus hominem à facie sua ipsamque ab eo auertit quando ipse homo se à Deo auertit, & ad bonū commutabile cōuertitur cū tamē omnis ex parte hominis, & nulla ex parte Dei mutatio reperiatur. Quapropter ipse Deus ait per quēdā prophetā, Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos. Vnde facile intelligi possunt verba supra posita, nempe ego Deus, & nō mutor, & vos filij Iacob non estis consumpti. Nam eorum sensus est, licet mea scientia, quæ est idem mecum, immutabilis sit, sicut ego immutabilis sum, non tamen propterea vos homines debetis de vestra salute desperare, & vestram conuersionem impossibilem iudicare. Nec enim mea scientiæ immutabilitas vobis nocentum affert. Reuertimini ad me vos, qui mutabiles estis, & ego reuertar ad vos sine vlla mei mutatione, quoniam non estis propter meam immutabilitatem ita consumpti, vt non viuatis, & non retineatis liberum mutabileque arbitrium, quo vos possitis ad me cōvertere. Eritis autem cōsumpti, quando lucerna vitæ vestræ fuerit penitus extincta, & tempore acceptabili, & diebus salutis omnino post mortem careatis. Quod vero sine vlla Dei mutatione homo possit ab ipsius facie projici, ipsumque faciem ab eodem homine auertere, & rursus ipsammet faciem per dilectionem conuerrere ad ipsum hac similitudine

Malach. 3.

Simile.

ne accommodate poterit explicari. Quemadmodū lineæ cuiuscūque globi, ſi ipſe orbiculariter mouea-
tur ex parte circumferentiæ etiam mouentur, cum tamen quatenus in centro coniunguntur, immobili-
les remaneāt, vt mathematici docent & experientia teſtatur, cuius ratio eſt, quia lineæ illæ in centro non
ſunt contrariæ, imo vna, & eadem res, in circumferē-
tia vero oppoſitionem, contrarietatem, & mutatio-
nem habent, ſic etiam in Deo, qui de ſe dicit: Ego
Deus, & non mutor: tanquam in centro immobili
& inuiſibili, à quo quaſi lineæ plurimi deriuantur ad
creaturas actus amoris & odij, reprobationis & ele-
ctionis, & ipſi indiuiſibiliter vniuntur, & vnum quid
cum eo ſunt, cum tamen ex parte creaturarū variabi-
les contrarij & mutabiles dicantur. Quapropter tota
illa varietas, & mutabilitas, & contrarietas ex parte
iſarum creaturarum, & nullatenus ex parte Dei
prouenit.

Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Per Spiritum ſanctum intelligūt nonnulli Docto-
res hoc loco diuiniffimā illam indiuiduæ Trinitatis
perſonā, quam Spiritum ſanctū ſacræ literæ appellāt,
quæ cū Deus ſit, ac propterea vbiq; præſens exiſtat,
iuxta illud Hierem. 23. cælum & terras ego impleo,
in viris tamen iuſtis (qualis iam tunc erat Dauid)
per quendam peculiarem illapſum eſſe dicitur. Quo
etiam modo anima, quæ cum ſit vna, & indiuiſibi-
lis, & tota in toto, totaque in qualibet parte corpo-
ris, nihilominus in vno membro magis operatur,
quā in alio: in brachio enim operatur vitā, & motū,
& non viſionem, nec intellectiōē, in capite vero vi-

Simile.

20
*Quomodo
Spiritus ſan-
ctus in viris
iuſtis pecu-
liariter eſſe
dicatur.
Hierem. 23*

S tam

vitam, motum, & omnes sensus, intellectusque operationes. Ad quæ etiam modum, qui in omnibus rebus inest & est eas sustentans & gubernans in viris iustis peculiariter inesse dicitur, eos scilicet illuminans clarificans, & exornans suis cælestibus donis spiritus, scilicet sapientiæ, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, & timoris Domini, quem David ab eo postulat, ut à se non auferat, sed mediante eo in virtute ipsemet perseverare valeat.

EXPLICATIO DECIMITER
tij versus.

Redde mihi lætitiã salutaris tui & spiritu principali confirma me.

Hoc est, Per hunc spiritum mihi restitutum redde mihi gaudium, quo de salute mihi per te præstanda concepi: Restitue lætitiã, quam de saluatore Melsia ex me nascituro, deque salute per eum exhibenda humano generi, habueram: & ne vnquam amplius à gratia tua excidam, tu me in omnibus bonis stabilem fac, spiritu tuo munifico, regioque, ac potenti, qui regia liberalitate dona tua petentibus largitur, qui ut est omnium Dominus, & princeps facile hominum mentes in bono constabili ire potest, quique hominem sui iuris facit, ac cupiditatum noxiarum Dominum, liberum, & alacrem ad omne bonum perficiendum.

DVo tantummodo huius Psalmi versus lætitiã præ se ferunt inter reliquos, qui omnes, aliquid tristitiæ in se inuoluunt & inuunt, & hi duo sunt, ille nempe Auditui meo dabis gaudium, & lætitiã, & exultabunt ossa humiliata, & hic, Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me, qui versus significant duplicẽ lætitiã, quã penitentes recipere solent, quia pænitiã ad quam in hoc Psalmo erudiuntur egerunt. Vnã quidẽ, quam recipiunt inter ipsa pænitiæ opera, in quibus multi sæpe spiritualibus consolationibus abundant, aliam vero, quam in alia vita, quando prospexerint in illum, in quem desiderant Angeli prospicere, sunt simul cū ipsis recepturi. Quam duplicẽ lætitiã videtur Diuus Paulus inuenisse, quando dixit Philip. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Vbi sciendũ est, non esse omnino acerbã & amarã præsentem, pænitiã & iustorum vitã, vt peccatores fortasse arbitrantur, imo sæpe esse plurimis consolationibus suauissimis abundantem. Gloriamur, inquit Paulus in tribulationibus, quia in eisdẽ participationẽ quãdam gloriæ cælestis habemus, ratione cuius omnes qui labores, & persecutiones patiuntur, dicuntur beati Matt. 5. vbi ait Christus, beati qui lugent, quasi in ipsis lachrymis à lugentibus participetur. Sicut enim pisces maris inter insulas, & amaras eiusdẽ maris aquas suauitatẽ quandam percipiunt ratione cuius in ipsis aquis gaudent. Sic actorũ. 10. dicitur, quod ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniã digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Itaq; in ipsa contumeliarũ amaritudine dulcedinẽ quãdam sentiebant propter quã eisdẽ contumelijs lætabantur.

Philip. 4.

Vita iustorum pænitiã agentium nõ est omnino acerbã, imo multis consolationibus simul abundans.

Matth. 5.
Simile.
Act. 10.

S 2

Quemad-



Simile.

Quemadmodū crocodillus impēdente mari tempestate, imo & iā oborta in ipso coreas ducit, salit, & alia multa facit, quæ lætitiā præferunt, sic etiam iusti in ipsis laborū tempestatibus gestiūt, & gaudio afficiuntur, & hanc ob causam D. Paulus qui dicebat flete, cū

*Rom. 12.**2. Cor. 7.*

fientibus, & gaudete cū gaudentibus, Rom. 12. dicit alibi, superabūde gaudio in omni tribulatione vestra, quia nimirum gaudebat cū illis, qui in ipsis tribulationibus, & laboribus maximis gaudijs afficiebantur, ac proinde se cū gaudentibus gaudere verissime affirmabat. Quis enim dicit Beatæ Magdalenæ lachrymas, quando pedes Dñi ipsis rigabat, & capillis tergebat, ipsius cor intrinseco refrigerio, & cōsolatione nō affecisse. In ea quidē, & similibus alijs pæ-

PROV. 14. 1

nitentibus locū habet illud Prou. 14. scilicet, risus dolore miscebitur. Et licet gaudiū & tristitia in illis de victoria certent, gaudium tamē ipsam cōsequitur, & propter hanc lætitiā, quā in medijs pænitiæ doloribus David habebat, dicebat. Psal. 93. secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo, consolationes tuę lætificauerūt animā meā. Et alibi, conuertisti pñctum meū in gaudium, & circūdedisti me lætitia, ea scilicet, qua iam propter gratiæ infusionē, & peccati demissionem, potiebatur, & ea qua postea in cælo se in faciē Christi salutaris nostri simul cū Angelis proficientē esse fruiturū sperabat. Quod similiter intel-

2. Cor. 4.

ligens D. Paulus. 2. Corin. 4. aiebat, quod in præsentī est momentaneū, & leue tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternum operatur in nobis gloriæ pondus. In quibus verbis illa alia lætitia significatur, qua pænitentes in cælo patientur.

*Per peccatū
amisit Da-
uid lætitiā,
quā ante ip-
sū habuerat*

Redde. Hoc verbo insinuat David lætitiā, quā possulat

stulat, iam ante suum peccatum habuisse, nam fuerat in gratia Dei, qui de ipso dicebat, inueni virum secū dum cor meum vt primi libri regum narrat historia *1. Reg. 13.* & assumpserat eum ex caulis ad curiam, & ex pastore in regem potentissimum. Ad quam lætitiā significandam inter alia nōnulla oleo lætitiā significāte reges vngebantur, vnde Psal. 44. habetur. Propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, & cum Saul à Samuele oleo lenticulæ, quæ vasculum quoddam est, vnctus fuerit, vt. *1. Reg. 10.* Sacræ literæ testantur, dicitur enim ibi, Tulit lenticulam olei, & effudit super caput eius, tamen, vt Dauid ab eodem Samuele magis & abundantius vngeretur, imperatum est cum capit. *19.* sequenti dictum sit eidem Samueli, Imple cornu tuū oleo, &c. Vt, scilicet, significaretur ipse Dauid maiori lætitiā esse perfundendus. Quia ergo eam prius habuit, & postea per peccatū ipsam amisit, ideo de eodem peccato pænitens ait, redde mihi lætitiā, &c.

Quin etiā ait, redde mihi lætitiā salutaris tui. Quali ipsa gloriæ cælestis lætitiā eidem de iustitiā deberetur, ad eum modum quo Matth. 18. dicitur. Redde quod debes. Quod quidem verum est quia quam, vt ait Paul. Rom. 8. non sunt condignæ pæssiones huius temporis ad futuram gloriā, si ipsæ pæssiones, & opera nostra perse cōsiderentur tamen si per fidem, & charitatem cum meritis Christi salutaris nostri vniantur, iam sunt ad futuram gloriā condigna. Sicut enim, flumina aquarum dulcium, vbi primum cum mari coniunguntur, ipsius maris saporem, qualitatem, naturam, & magnitudinem assument & participant ita opera nostra cum immenso

3
Hominis operibus cū meritis Christi per fidem & charitatem vnitis, debetur de iustitiā æquitatis cælestis beatitudo.
Matt. 18.
Rom. 8.
Simile.

merito Christi, quasi quodam mari coniuncta, iam passionis eiusdem, amaritudinem valorem & immensitatē ita participant vt sicut Deus Christo Domino debet gloriæ lætitiā sic (vno iustitiæ rigore excepto) eam debeat nobis in gratia propter ipsum operantibus. Moschus quando seorsum emitur, venditur pondere & pretio quo emi consuevit cum vero ambaro admiscetur iam pondere & pretio, quo ambarū vēdi solet emitur & estimatur. Et similiter opera nostra seorsum, & per se considerata, tanquam nostra, & à nostris viribus procedentia, humana quidem sunt nec maiorem valorem, quam humana habent, nec sic cōsiderata ad beatitudinis meritum attingere possunt, si vero ambaro sanguinis Christi admisceantur iam valor & pondus illius eiusdem communicatur. Quod est dicere, quod opera nostra studiosa quæ fiunt in fide & charitate Christi, quoniam meritis eiusdem iunguntur vitam æternam promerentur, quam meruerunt nobis opera Christi. Quam obrem ait Paul. Rom. 11. Tu autem cū oleaster esses insertus es oliuæ, & socius radicis, & pinguedinis factus es. Opera quidem hominis ex suo actu, & natura amara sunt, vt oleaster, hoc est, vel peccata vel saltem nullius valoris apud Deum, quippe quæ ad meritum vitæ æternæ non pertingunt. At tamen si per fidem, & charitatem huic oliuæ hoc est Christo fueris insertus particeps pinguedinis, hoc est sanguinis, ac meritorum eius efficiaris, quippe cum vnieris illi, qui radix omnium meritorum est. Contingit aliquando illi, qui aurum in bilanci ponderat, vt aureum scutum, vel dragma à ponderis veritate deficiat, & mittit granum auri
in

Simile.

Rom. 11.

Simile.

in pondere illo ubi est scutum deficiens; vt ponderi vero adæquetur. Pondus nostrum deficiens erat per peccatum, & ex ipsa in se deficiente natura. De nobis enim dicitur illud Daniel. 5. Appēsus es in statera, & inuentus es minus habens. At tamen pater qui omnium rerum est ponderator, granum aureum hoc est Christum filium suum, qui granum frumenti cadens e cælo dicitur, misit in stateram nostram, & iam quod deficiebat nostris operibus suppletum est, vt æquum & iustum pondus constituat cum Deo, & satisfactoria, & meritoria de condigno sic effecta sunt opera nostra, vt Paulus. 2. Timoth. 4. eorum præmium coronam iustitiæ appellet dicens. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Quod etiam voluit ostendere Iob cap. 6. cum dixit: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret, Vbi D. Gregorius lib. 7. Moral cap. 2. dicit, illa verba dicta fuisse in persona Christi. Stateram autem facit crucem, de qua in hymno canit Ecclesia: statera facta corporis, in qua à Deo abundans, & copiosa satisfactio facta est à Christo pro nostris criminibus, vt satisfactio præponderet culpis, quasi maris arena folijs. Vnde Psalm. 129. dicitur. Et copiosa apud eum redemptio. Et Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & donum.

Et quia de hac Christi plenitudine omnes accepimus, ideo opera nostra, licet de se minima sint, tantæ tamen satisfactioni innixa vitam æternam promerentur. Id quod exemplo magis patet

S 4

reficit

Dan. 5.

2. Timo. 4.

4
Quod Christi
cruce dicitur
statera,
& quare.
Iob. 6.
D. Greg.

Psal. 129.
Rom. 5.

5
Quod patitur
& quæ vtile
Deus cū
homine, bene
operante
ineat.

Simile.

tesiet. Si aliquis hoc pacto tecum conueniret, fac inquiring, tu annulos ex argento, & vniuscuiusque eorum precium vnum denarium non excedat. Ego enim cuiuslibet ipsorum apponam adamantem, vel carbunculum, quorum pretium opulentissimæ etiâ ciuitatis valorem, & diuitias excedat, & perfectus quicumque annulus vendatur, præciû vero inter nos æqualiter diuidatur. Nonne hoc pactum & commercium vtile tibi videtur? Sed aliud adhuc multo vtilius audi. Vendantur hi annuli, & omne pretium tibi detur, & eius nihil sit meum. Huiusmodi profecto cõmerciû inter vnû, & alium hominem nusquam: inter Deum autem, & hominem semper reperitur. Si tamen ipse homo in gratia diuina existat, & cum eodem Deo societatem ineat, cum enim vasculum aquæ frigidæ, cuius precium dipondium est, pauperi propinauerit, Deus ita sua gratiâ, & meritis illud opus exornabit, & ditabit, vt ipse Deus, qui merces est magna nimis, operis eiusdem sit æqua merces, eademque vniuersa sit ipsius hominis. Et propter hoc admirabile cõmerciû, & immensam Dei in homines largitatem de iustis ait Paulus. 1. Corint. 1. In omnibus diuites facti estis in Christo. Quod etiam Dauid optime cognoscens Psal. 70. inquit: Dñe memorabor iustitiæ tuæ folius: quia nempe ex solo Christo salutari nostro habent nostra opera iustitiam, propter quam ipse Dauid petebat à Deo lætitiâ cęlestis gloriæ, tanquam sibi de iustitia debitam, dicēs: Redde mihi lætitiâ salutaris tui, &c.

8
 Dubiû circa meritum nostrum, & eius solutio.

Cæterum, vt hæc omnia melius intelligantur, dubium quoddam non contemnendum hic discutiedum erit, scilicet, quonam modo tanta merces, quã

ta est Deus sic deberi possit minimis hominis operibus, ut nulla alia sit res præter ipsum Deum, quæ æquale, & dignum eisdem præmium reddatur. Tanta est enim inæqualitas, & improportio inter nos, & Deum, & inter opera nostra & Dei beatitudinem, ut ad eam meritum nullum sit in eisdem operibus, si iude & in se ipsis considerentur, ut dictum est. Ad hanc autem difficultatē respondendum est, ex duplici præfertim radice prouenire, ut in hominis operibus tantum meritum reperiatur, ut merito atque aptimo iure digna sint præmio cælestis beatitudinis sempiterno. Et quidem, si de iustitia conuenientiæ agendum sit, ad ipsam absque dubio sufficit Deum cum hominibus sub nomine operariorum significatis conuenisse dedenario diurno, beatitudinem æternam significante: cum eos ad laborandum in suam vineam misit Matth. 20. Vbi eisdem dixit. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. In quibus verbis continetur Dei promissio, quam iuramento postea confirmauit, ut ipsi homines certi omnino redderentur. Ait enim Paulus Hebræ. 6. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habemus. Ex quo patet quod homines promissionibus Dei innixi, cælestem lætitiā diuinæ gloriæ de iustitia conuenientiæ, possunt à Deo postulare. Si vero de iustitia æquitatis hominis ad Deum, loquendum sit, prima ipsius radix est diuinā gratia, quæ salit in vitam æternam: in quam humana opera

*Dubium.**Responsio.*

7

De iustitia conuenientiæ beatitudo cælestis debetur homini bene operanti, quia eidem Deus illam promisit. Math. 20. Hebr. 6.

8

Magis explicatur quo modo hominis operibus in gratia factis debeatur de iustitiæ æquitatis cælestis beatitudo.

*Ioan. 4.
Simile.*

Simile.

Isai. 26.

eleuat, vt colligi potest ex illo Ioan. 4. nempe fiet in eo fons vitæ salientis in vitam æternâ. Desponsat enim gratia Deo animam, quæ tali sponso copulata filios parit regni cælestis hæredes, quia eorum pater Deus est eiusdem regni cælestis Dominus. Id quod hac similitudine planum fiet. Si potentissimus Hispaniarum Rex vilem, & abiectam feminâ in matrimonium duceret, & ex ea filios procrearet non dubium est, quin ipsi in maximo honore haberentur, & iure hæreditario siue paterno quam plurima, eademque amplissima regna obtinerent. Quod si aliquis peteret, qua ratione tam abiectæ matris filij tanti æstimarentur, & tanta & tot regna hæreditatis via sibi compararent, posset facillimo negotio ei responderi, & satis fieri, si eidem diceretur illud ita factum esse, quia ipsi filij sibi patrem habent Hispaniarum Regem, licet ex parte matris, ipsis vel nulla, vel saltem pauca, & exigua bona obuenant. Qua similiter ratione ratiocinandum est de operibus bonis à iustis, & pijs hominibus factis. Est nanque mater eorum voluntas seu anima. Creatura quidem inter spirituales in infimiori loco constituta, quæ propterea, abiecta dici potest, pater autem illorum est Deus, de quo ait Isaias .26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Et licet vt ab anima procedunt exigua, & parui meriti sint, vt tamen Dei opera sunt ab spiritu Diuino inspirata, & procreata, & à gratia, per quam ipse Spiritus sanctus animæ desponsatur, procedentia infiniti pretij sunt, & quasi filij altissimi Dei, eiusdem regnum promerentur, hæreditarioque iure illud sibi comparant.

Alia

Alia vero radix iuſtitia æquitatis, ſecundum quam gloria cæleſtis lætitia iuſtis hominibus propter eorum bona opera debetur, eſt infinitum, & immenſum Chriſti meritum, quod participant, & ſibi per bona opera applicant. Cum enim eiſdem iuſtis Deus præmia elargitur, non tantum ad eorum opera respicit, ſed præcipue ad opera Chriſti, quæ illi tanquam viua ipſius membra participant. Et vt homines talia membra fiant, dicitur illis Rom. 13. Indui mini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quem admodum enim Iacob indutus veſte primogeniti, vt Genef. 27. habetur, eiſdem percepit benedictionem à patre: ita homo Chriſtum induens eiſdem meritum participat, & æternam ſibi benedictionem acquirit. Id quod hoc exemplo illuſtrari poteſt. Vir nobiliſſimus rei bellicæ peritiſſimus, & fortiſſimus accerſitur, & vocatur à potentiſſimo Rege Hiſpaniarum, qui eum in generaliſſimum ſuæ militiæ ducem, elegit eique iubet, vt Turcarum imperatores, & duces proſiget, Mauros expugnet, & plurimas alias nationes ſuo imperio rebelles in ſuam iuriſdictionem redigat, & totum terrarum orbem ſub ſuâ poteſtatem reducat. Sicut Nabuchodonosor aliquando, vt Iudicum. 1. refertur Holoferni imperavit. Et diſcedens dux iſte à Rege, ſic eius iuſſa maximis ſuis laboribus, & vitæ periculis exequitur, vt omnia illa eidem Regi ex voto ſuccedant, nec aliquid infæliciter contingat. Non dubium eſt, quin tanto, ac tam inuicſto duci maxima præmia, ſumma merces, & infinita propemodum beneficia debeantur. Quo tamen tempore Rex illa omnia vult ei elargiri, morte ipſe dux præoccupatus eadem

9
*Infinitum }
 Chriſti me-
 ritum cauſat
 in hominis o-
 peribus quod
 de iuſtitia
 æquitatis ei
 debetur bea-
 titudo. .
 Rom. 13.
 ſimile.
 Genef. 27.*

Simile. 1.

Indis. 1.

eam recipere non potest, sed in hunc modum ad
 Regem Epistolam iam iam moriturus scribit; Non
 possum morte præventus Rex augustissime magni-
 ficentiã tuã experiri, nec dona meis meritis debita
 a te recipere. Non tamen mihi de sunt filij bonorum
 meorum successores, quos etiam meritorum meorũ
 hæredes instituo. In illis obsecro beneficia mihi de-
 bita colloca, ego enim, & ipsi vnum sumus, & te mi-
 hi fecisse puta quod vni ex illis minimis fecisti. Qui
 bus literis filij post patris obitum in regalem curiam
 se conferunt, & ibi à Rege maximam mercedem cõ-
 sequuntur, cum eidem parua obsequia exhibue-
 rint: quia nimirum Rex non ad sua tantum obsequia
 respicit, sed simul, & præsertim ad innumera, & im-
 mensa patris merita attendit. Adhunc quidem mo-
 dum se res habet in nobis. Sumul nanque, filij pau-
 peres, ac miseri si nos ipsos consideremus. Si autem
 ad patrem nobis à Deo concessum attendamus, di-
 uites nos arbitrabimur. Pater vero noster ille est, qui
 Isai. 9. dicitur pater futuri sæculi, & princeps pacis,
 & huius patris hæredes nos sumus eiusque bona no-
 stra sunt: quantaque eius sint merita apud Deum Re-
 gem Regum, & Dominum dominantium, quis pote-
 rit referre? Absque dubio infinita sunt: quia filius in-
 finite gratus patri extitit, & opera illius infiniti valo-
 ris, quia à diuina persona infinitam omnino gratiam
 habente fiebant. Quid autem præmij, & mercedis
 pro tot tantisque obsequijs patri æterno exhibitis il-
 la receptum habet? Nihil profecto, vel parum: nam
 essentialis gloria animæ ipsius ante omne meritum
 ei est data in instanti creationis, quia Diuino verbo
 fuit vnita. Accepit igitur propter merita omnino in-
 finita

fnita solam corporis gloriam nōminisque exaltatio-
nem, quæ cum tantis meritis cōparata, parua, & exi-
gua iudicabūtur. Nec rationi cōsentaneū fuit quod
merita illa tanta remanserint à mercede vacua. Ac
ideo Christus illa transfudit in filios, qui eadē bonis
operibus participarent, & participent. Et sic se ha-
buit, ac si patri æterno diceret: Mea merita do meis
mēbris, in eisdem ipsa mihi persolue, & redde: quod
enim illis dederis, mihi dedisti. Et hæc merita Chri-
sti nobis donata vocat Paul: Ephes. 3. inuestigabiles
diuitias dum ait: Mihi omnium sanctorū minimo data
est gratia hæc Euangelizare in nigentibus inuestiga-
biles diuitias Christi: quas diuitias inuestigabiles ap-
pellat, quia comprehendī nullo modo possunt, cū sint
omnino infinitæ, quia ppter nos eisdē ditissimi mane-
mus. Et 1. Corint. 1. etiā ait. Ex ipso autē vos estis in
Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia à Deo iusti-
tia sanctificatio, & redēptio. In quibus verbis dicitur
factus iustitia nostra, quia nos ita eius iustitiā partici-
pamus, vt merito atq; optimo iure Deo dicere possit
vnusquisque iustus, Redde mihi lætitiā salutaris
tui, hoc est, Da mihi eam glorię cælestis lætitiā,
quę de iure mihi debita est, & reddes quod debes.

Lætitiā salutaris redde mihi. Quasi dicat: per
spiritum tuum propheticum, quo priuatus fui, mihi
iterum redditum, restitue mihi eam lætitiā, quam
de saluatore Melsia ex me nascituro, deque salu-
te humano generi exhibenda habueram. Magnæ
lætitiæ causa fuit Saræ quod ei de filio in tam pro-
uecta iam atate ab ipsa habendo dictum fuit, vt
Genes. 18. refertur, vbi etiam adiectum est, quo au-
dito, Sara risit post ostium tabernaculi. Et capit. 21.

Ephes. 3.

1. Corint. 1.

10
Quantalæti-
tiam patres
antiqui ha-
buerint de
Christo ex
ipsis nasci-
turo.
Genes. 18.

infe-

inferius enarratur illa, cum natus ei esset ipse filius (cui nomen Isaac, quod risum & lætitiā sonat, impositum fuit) dixisse. Risum fecit mihi Dominus, hoc est, magnā mihi lætitiā causā præbuit. Et hoc quidē expressa figura fuit, quod natura humana inueterata id est, veterem hominem induta in Abrahamo primum, & deinde in Dauide mirum in modum lætata fuit, quando post ostium tabernaculi, id est, sub veteris legis vmbra ei reuelatum fuit id quod oculis fidei simul aspexit, nimirum ex ipsa licet inueterata Messiam fore in mundo nasciturum, eiusque incarnatione & natiuitate mundum fore mirum in modum lætandum. Quod Isai. 53. his verbis significatur. Lætabitur deserta, & inuia, exultabit solitudo, & florebit, quasi lilium, quia gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Quod Luc. 2. Angeli significarunt dicentes: Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator. Gen. 21. dicebat Sara, Risum fecit mihi Dominus: quicumque audierit, corridebit mecum. Vt significaret, quod cū fides fiat ex auditu sicut docet Paul. Rom. 10. qui de natiuitate Verbi carnis facti fidem habuerit, corridebit, id est, eam lætitiā simul habebit, quam à Deo postulat Dauid, vt sibi reddat. Sed videamus iam quomodo incarnatio sit causa huius lætitiæ quam Dauid desiderat, & à Deo efflagitat. Et in primis illud est sciendū, nempe Christū Verbum carnem factum finem esse, & fructum totius huius mundi, qui in hoc fuit conditus, vt hunc diuinissimum fructum præberet, quo dato esset ipse mundus ad eam perfectionem perductus, quam ex eo, quod talem finem cōsecutus esset, sibi simul com

para

Isai. 53.

Gen. 21.

Rom. 10.

11

Adiuini verbi incarnatione & Natiuitate totius mundi lætitia promanauit, quia suum finem consecutus fuit verbum, scilicet incarnatum.

pararet. Id quod Diuus Paul. Colof. 1. videtur expref *Colof. 1.*
 fe significare dum ait. Qui est imago Dei inuisibilis
 primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita
 sunt vniuerfa, quæ in cælis, & in terra visibilia, & in-
 uisibilia, siue Throni, siue Dominationes: omnia per
 ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes,
 & omnia in ipso cōstāt: & ipse est caput corporis Ec-
 clesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis,
 vt sit in omnibus primatum tenens: quia in ipso cō-
 placuit omnē plenitudinē inhabitare, & per eū recō-
 ciliare omnia. In quibus verbis non est dubiū loqui
 de Verbo in carne. siquidē illud vocat caput Ecclesiæ
 primogenitū ex mortuis, & mūdi institutorem: quæ
 omnia soli Verbo incarnato cōueniunt. Vocat autē
 eum primogenitū omnis creaturæ, non quia sit ante
 omnia natus: sed quia de eo ante omnia fuit decre-
 tū. Iuxta quod intelligendū venit illud Ioan. 1. quod *Ioan. 1.*
 gloriosus Baptista de eo dixit, nimirum, Ante me fa-
 ctus est. Hoc est, prius decretum est, vt ipse fieret,
 quam de me, vt ego etiam fierem decretum esset.
 Et illud Psalm. 39. In capite libri scriptum est de me.
 Hoc est, in principio eorum, quæ decreuisti, ante
 omnia fui electus, vt tuam gloriam manifestarem.
 Quapropter ait Paul. Ephes. 1. Elegit nos in ipso
 ante mundi constitutionem. Et Ioan. Apocalip. 22. *Apoc. 22.*
 Ego sum radix & genus Dauid, quia nēpe, licet ipse
 Dauid ante eū lōgissimo temporis interuallo natus
 fuerit, & ipse postea ab eo descenderit, nihilominus
 tamen, quia secūdam diuinam ordinationem prior
 fuit Christus, quam Dauid, sicut finis, qui prior est
 in intentione, licet posterior in executione existat,
 ideo radix Dauid esse dicitur. Iuxta quē etiā sensum
 ipse

- Joan. 8.* ipse dixit, ante quã Abraham fieret, ego sum. Et propterea dicitur similiter germen glorię & fructus terrę sublimis. *Esai. 6.* vbi habetur. Indie illa erit germen Domini in magnificẽtia, & gloria, & fructus terrę sublimis, & ibidem trãslatio Chaldaica. Indie illa erit *Psal. 67.* Mesiã Domini in magnificẽtia, & *Psal. 67.* similiter. Terra nostra dabit fructum suum hoc est Mesiã. Quemadmodum enim fructus est præcipuum in arbore, & id cuius producendi gratia ipsa plantata est sic etiam Christus est cuius producendi gratia tota hæc mundi, & rerum eiusdem machina, & moles condita est. Quam ob rem ad *Galat. 4.* tempus Mesię dicitur plenitudo temporis, quia, scilicet, tũc dicitur vnaquęque res perfecta, & plenã, quando illum finem consequitur, ad quem est producta. Et quia quando Verbum caro factum est, tunc mundus suam perfectionem comparauit, tunc etiam dicitur esse temporis plenitudo. Quę sententia fuit etiã Hebræorũ, qui eam collegerũt, vt autor est *Galatinus lib. 7.* de arcanis catholicę fidei cap. 2. & 3. ex illo *Hierem. 23.* Nisi pactum meum sterisset, diem ac noctem leges cælo ac terrę non posuisset. Sic enim locum illum ipsi legunt aliqua diuersitate à nostra lectione interiecta. Vbi nomen pactum habet literas quę constituent eundẽ numerum ac Christus, vt inueniat: Nisi Christus futurus esset, nihil condidisset quasi solum eius gratia omnia fuissent producta. Cum igitur omnia fuerint producta propter Christum, tanquam propter suum finem & ad eundem ordinata, vt decens domus tanto principi pararetur, & omnis creatura ipsius met ornamentum esset iuxta illud *Isai. 49.* Viuit Dominus, quia omnibus

his veluti ornamento vestieris, & circūdabis eos tibi quasi sponsa (Nam quia humanitatem sibi erat desponsaturus, ideo omnem creaturam ad eius ornatū produxit secundū illud Colof. 1. In ipso condita sunt omnia) ideo ergo tota omnium creaturarum moles, & totus mundus quasi tristis, solitarius, & imperfectus fuit, quousque per Verbi diuini incarnationem suam finē ad quem productus est, sibi cōparauit Sicut enim qui plantat arborē nec ipsius radicacione, nec accretione nec viriditate, & pulchritudine, nec denique folijs, & floribus satis fit nec quiescit donec fructum, qui est vltimus eiusdem arboris finis producat sic vniuersa rerum moles, & tota mundi machina se habuit, donec terra germinauit fructū suum, quo producto mirum in modū omnia lætata sunt sicut prædixit Esai. cap. 9. vbi sic habet: Lætābunt corā te sicut qui lētātur in messe, sicut exultāt victores capta præda, quādo diuidunt spolia. Quorū vtrumq; lētitiā designat propter finē comparatum per messem, & spolia significatū: Et propter hanc cōmūnem omniū creaturarū, & totius mūdi lētitiā ex verbi incarnatione tāquam ex fine ab ipsis comparato perceptā. Leo Papa serm. 1. de Natiuit. ait: Saluator noster, dilectissimi, hodie natus est; Gaudeamus: nec enim fasest locū esse tristitię vbi natalis est vitę. Nemo ab huius diei alacritate fecernitur. Gaudeat iustus: quia appropinquat ad palmā: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniā: gaudeat Gentilis, quoniā vocatur ad vitā. Hodie vniuersa creatura exultat celū & terra, & Angeli præ lætitiā gestiunt, & cātant: vsque ad vltimam creaturam descendit gaudij ratio. Omnis enim creatura nobilitata est as-

Colof. 1.

13
Omnes crea-
turæ peculia-
rē nobilita-
tē ex verbi
diuini incar-
natione con-
secuti sunt.
Simile.
Esai. 9.

Leo. Papa

T sumpta

sumpta humana natura à Verbo, in qua est collectio omnium creaturarum. Hanc ergo lætitiã quam ante suum peccatum Dauid in spiritu participauerat, petit à Deo, vt sibi iterum per eundem spiritum det & reddat.

Salutaris tui.

*Psal. 118.
14.
Quare verbum incarnatum dicitur salutare nostrum.
Luc. 2.
Esai. 42.
Matthai. 1*

At. 4.

Psal. etiam. 118. ait. Et veniat super nos misericordia tua salutaretuum secundum eloquium tuum. Et Simeon Luc. 2. Quia viderant oculi mei salutare tuum, & Esai. 42. Videbit omnis caro salutare Dei. Quibus in locis Messiam qui est salutaris noster, vocat Spiritus sanctus salutare Dei, vt duo significet, primum quidem, per ipsum scilicet conferre Deum veram salutem humano generi: quia ipse saluũ fecit populum suum à peccatis eorum. Secundum vero est, Deum adeo nos diligere, vt salutem nostram suam esse dicat, & reputet. Quod attinet ad primum, nimirum, ipsum Christum nobis veram salutem cõtulisse, illud certum est. Nõ enim est aliud nomẽ sub cælo in quo nos oporteat saluos fieri, præter nomẽ lesu: vt dixit Petrus Act. 4. Quamobrem cum Patriarcha Iacob inter benedictiones filij sui Dan subito in Messiam cõuersus loquens cum æterno patre dixit: Salutare tuũ expectabo Domine. Quod Paraphrasis Chaldaica ad literã de Messia cõuertit. Vaticinabatur enim moriturus Iacob de Sãfõne, qui ex Tribu Dan oriũdus erat atq; à Philistinorũ tyrannide populũ Hebræũ saluaturus: sed vt insinualet, quod nõ esset ipse futurus verus Saluator, veluti in extasim raptus in talia verba prorupit. Saluatorẽ tuũ expectabo Domine. Ac si diceret. Nec Samsonem nec Gedeonem Iephte, nec alios expecto tanquam veros saluatores

tores, sed adhuc præstolabor verum Messiam, qui verus Saluator mundi adueniet. Hoc est veram salutem mundo conferet, futurus namque erat plenus gratiæ & veritatis vt habetur Ioan. 1. & tam plenus vnctionum, & medicaminū, vt omnibus morbis hominis qui vt ait Job repletur multis miserijs, sufficentissime remedium adhibere posset. Tam salutaris enim futurus erat, vt post eius aduētum de homine dici non posset illud Hierem. 3. nēpe: Insanabilis fractura tua, sed potius illud eiusdē prophetæ cap. 8. Nūquid resina non est in Gabba, aut Medicus nō est in ea? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei. Hoc est; cū talem ac tantum medicū habeamus totque habeamus medicamina, cur adhuc tot infirmitatibus ac peccatis succūbimus, quasi non sic eradicata, & penitus deleta cicatrix. Merito ergo Christus Dominus salutaris dicitur.

Ioan. 1.

Job. 14.

*Hierem. 3.
Cap. 8.*

Dicitur autē salutare Dei (quod erat secundum ab Spiritu sancto significatum) vt infinitus Dei in nos amor ostēdatur. A deo enim nos diligit, vt nostrā salutē suā reputet. Id quod Isaię. 42. expressē significauit Pater æternus, dum loquens cum filio suo ait: De di te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrę vbi nostram salutem tuam appellat. Vnde etiam Paul. 1. ad Theſ. 4. ait. Obsecro vōs, vt ambuletis, quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dñm Iesū. Hęc est enim volūtas Dei sanctificatio vestra, Vbi voluntatē Dei appellat nō nostrū obsequiū ad ipsum sed nostram sanctificationem. In quo mirū in modum significatur quantum nostra salus, & sanctificatio sit voluntati Dei conformis & consentanea.

*17.
Verbum in
carnatum sa
lutare Dei
dicitur quia
Deus nostrā
salutem, suā
reputat.
Isai. 42.
1. Theſal. 4.*

Et spiritu principali confirma me.

Quia parum prodesset hanc spiritualem sanctam que lætitiā percepisse, nisi in ea perseverasset postulat à Deo, vt in eadem ab ipso confirmetur, eo videlicet eximio perseverantiæ dono per spiritum principalem significato; qua die Pentecostes Apostoli mirabiliter fuerunt confirmati, iuxta illud Psal. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt. Vbi per cælos Apostolos intelligit diuus Gregorius. Idē ergo est, Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me, ac confirma hoc Deus, quod fueris operatus in me. Quæ verba fere omnia in vsu Ecclesiæ sunt quando Episcopi confirmationis sacramentum pueris administrant, vt in legis diuinæ obseruatione firmiter perseveret.

Est etiam per spiritum principalem illud Spiritus sancti donū intelligendum, quod hominem sui iuris facit, liberum, & quodam modo principem, suarū que noxiarum cupiditatum dominū. Quando enim homo cognoscit quod Verbum diuinum suæ salutis autor humanitatem sibi copulauit, & sic naturā humanā, vt ait Damasc. lib. 3. in altū euexit, vt quo ascendat, iam non habeat tanta lætitiā perfundi debet tantam opinionē de se cōcipere, tanti se æstimare, & ad cor tam altum accedere, vt se quasi dominū cogitet, ad alta & ardua animū attollat, nec humi serpat sed quasi Regē & principem se reputet. Id quod Paul. 1. Corint. 6. admonet, dū inquit, glorificate, & portate Deum in corpore vestro, hoc est, sic vos habete ac si Regē vel principē in corpore portaretis. Agnosco homo inquit Leo papa dignitatē tuā & diuinę cōsors factus

*Psal. 32.
Gregor.*

16

*Oportet ne
homo peccet
vt præ oculis
habeat
suam nobilitatem,
quā
ex verbi in
carnatione
est adeptus.
D. Damasc.
1. Corin. 6.
Leo. Mag.*

factus naturæ noli in veterem vilitatē degeneri con-
 uerſione redire. Qui ſanctificat, ait Paul. Hebr. 2. & Hebr. 2.
 qui ſanctificatur, ex vno omnes. Hoc eſt, ex vno Ada-
 mo, quali communi parente deſcendit ſecūdm carne
 nē Chriſtus, qui ſanctificat, & nos qui ſanctificamur.
 Propter quam cauſam adiicit Apoſtolus: Non con-
 funditur fratres eos vocare dicens, Narrabo nomen
 tuum fratribus meis: nuſquam enim Angelos apprehē-
 dit, ſed ſemen Abrahæ. Vnde hominem, quē pau-
 lo minus ab Angelis minorauerat in creatione, in in-
 carnatione ſuper Angelos collocavit. Nec angelos
 fratres vnquam, ſicut homines appellatur, dicens Hebræ. 1.
 Ioan. 20. dic ad fratres meos, &c. Imo eorū Ange-
 los vocauit miniſtros, vt patet Pſ. 103. vbi dicitur: Et Pſal. 103.
 miniſtros ſuos flāmam ignis. Sicut igitur indigniſſi-
 mum iudicandum eſſet, quod aliquis potentiſſimi,
 & illuſtriſſimi Regis frater viliſſimo, & abiectiſſimo
 officio manciparetur, ſic etiam pluſquam indigniſſi-
 mum iudicandum eſt, quod qui non ſolum Dei eſt
 frater, ſed etiam ſimul eiſdem Dei filius terrenis re-
 bus implicetur, & beſtiarum delicijs irretiat. Ac
 propterea qui hanc præclarā, & excellentem digni-
 tatem per principale Spiritus ſancti donum præ ocu-
 lis habuerit peccatum, quod viliſſimum, & abiectiſ-
 ſimum opus eſt, minime committere. Propterea enim
 gloria parentum, vt aiebat Plato, natis eſt præclarus
 magnificusque theſaurus, quia, vt etiam ait Baptiſ-
 ta Mantuanus magnum virtutis adiuuentum eſt cla-
 ris orrum eſſe parentibus. Solent namque homi-
 nes, ne degenerare videantur, maiorum ſuorum dig-
 nitatem amulari, ſic Philippi nomen, Alexan-
 drum, ſic maioris Africani gloria, minorē Scipionē,
 T 3 ſic

17
 Magnum
 virtutis ad
 iumentū eſt
 claris ortū
 eſſe parentū
 bus.
 Plato.
 Baptiſta
 Mantuan.

Clitellius. sic Iulij Cæsaris fama Octavianum excitauit. Vnde
 etiam Clitellius in tractatu de nobilitate. c. 7. ait,
 quod nullam maiorem hæreditatem possunt filijs
 parentes tradere quam rerum bene gestarum glo-
 riam, & integritatis antea vitæ laude. Quia teste
Cicero. Cicerone in officijs, optima hæreditas à patribus tra-
 ditur liberis, omnique patrimor. io præstantior, glo-
 ria virtutis rerum gestarum: cui dedecori esse nefas
 est, & vitium iudicandum. Quapropter accommoda-
Faustus. te inquit Faustus Poeta Regius.

*Est aliquid, clarus magnorum splendor auorum
 Illud posteritas æmula calcar habet
 Scilicet, ut nullus tantis sit degener actis,
 Magnanimum pectus strenua facta mouent.
 Ceu tener instantem catulus cum viderit vrsam
 In patrias vires æmula corda mouet.*

Indoens.

18

*Ignobiles
 sunt qui
 Deum offen-
 dunt.*

*1. Reg. 2.
 Boetius.*

Docet autem Iudocus in tractatu de nobilitate
 animo ignobiles esse, & à sua origine degenerare
 eos qui à Deo per vitiorum abrupta descēdunt, diuī
 nam in se dedecorātes imaginem, inducentesque illi
 nebulā. Quapropter. 1. Reg. 2. dicitur in persona Dei:
 Qui contemnunt me erunt ignobiles. Quod Boeti-
 us. 3. lib. philosophicæ considerationis in hunc mo-
 dum subcinit.

*Quid genus & proauis strepitis si primordia vestra
 Autoremque Deum spectes nullus degener extat,
 Ni vitijs peiora fouens proprium deserat ortum.*
 Exqui-

Ex quibus patet illum à Deo degenerare, qui vitia committit, & ad ipsa detuitanda maxime conducere, eam nobilitatem, & gloriam, vnumquemque præ oculis semper habere: quam non solum ex eo quod ad imaginé Dei sit productum, sed ex eo etiam quod sit eiusdem filius frater, & consanguineus, sibi vendicat. Nihil enim vile, & abiectum faciet, qui spiritu principali, sicut Dauid postulabat, fuerit confirmatus, hoc est, spiritu eidem suam maximam nobilitatem ex consanguinitate cum Deo contracta prouenientem in memoriam reuocante. Et vt ab eodem Deo suo cōsanguineo non degeneret efficaciter ipsi persuadente, & denique regia liberate ipsomet exornante.

Et hunc quidem effectum inter alios producere solet Spiritus sanctus (ob quam etiam causam spiritus principalis dicitur) vt nimirum homines liberales, & quasi principes in liberalitate reddat. Ait enim Paul. 2. Corint. 13. Vbi spiritus, ibi libertas. Vbi autem hæc sancta libertas, ibi etiam liberalitas. Sicut enim diuinus spiritus auaritiam, quam etiam Paulus eadem epistola. 3. vocat idolorum seruitutē procul expellit, & efficit, vt homines non sint viri diuitiarū, vt de auaris dicitur Psalm. 75. sic eosdem homines ab hac misera seruitute liberat, liberalesq; ita reddit, vt liberalia, magnifica, & maxime principalia opera faciat. Sicut nanque nucamentum, quod nucleos crustis inclusos, & quasi incarceratos habet, si ad ignem applicetur & torreatur, statim aperitur, & enucleatur, fructumq; cōmunicat: sic etiam homo, quantumuis sit auarus, si ab spiritus principalis igne calefiat, & cōcremetur, statim eiusdē præcordia instar nuca-

19
Spiritus sanctus homines liberales facit & in elargiendo principes
 2. Cor. 13.
 Cap. 3.

Psal. 75.

Simile.

menti quodam modo aperiuntur, & crumena patefit seque ipsum atque sua bona sic communicat, ac si maximus princeps esset, quia, scilicet spiritu principali est commotus & confirmatus.

20
Per trinam spiritus repetitionem, trinitas diuinarum personarum innuitur.
 Ter in toto hoc Psalmo spiritus mentionem fecit Dauid. Primo dicens, Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Secundo dicens, Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Tertio denique dicens, spiritu principali confirma me. In quibus verbis per trinam spiritus repetitionem numerum etiam trium diuinarum personarum (quarum vnaquaqueque spiritus est) significare videtur. Per spiritum rectum quidem filium, qui nos in vitam aeternam direxit, & cuius vna quaque actio extitit nostra instructio; per Spiritum sanctum vero tertiam beatissimae Trinitatis personam cui sanctificatio nostra appropriatur. Per spiritum postremo principalem scilicet patrem aeternum, qui inter alias personas principalis dicitur, non quidem perfectione, vel dignitate, quae in omnibus aequalis reperitur, sed origine, quia, scilicet, aliarum personarum secundum eandem originem principium est. Imo & hoc in eodem versu omnium trium personarum diuinarum videtur Dauid mentionem facere. Cum enim ait: Redde mihi laetitiam patrem innuit cum quo loquitur. Cum vero addit, salutaris tui, filium in sinuat quia ad dandam salutem his qui in tenebris, & in umbra mortis sedebant, seu quod idem est propter nostram salutem descendit de caelis. Cum denique adiicit: Et spiritu principali confirma me Spiritum sanctum significat. Quam diuinarum personarum multiplicationem plurima alia diuinae scripturae loca aperte testantur, quorum nonnulla statim

ſtatim referentur, ſed prius illud carmen ſibyllinum in medium adducetur, quod Lactatius Firmianus lib. 4. de ſapient. cap. 6. commemorat: nempe.

Lactant.

αὐτὸ πρὸς ἡρώδην θεὸς βεβήκει ἐόντα.

Cuius interpretatio ad literam eſt. Ipſum tuum cognoſce Deum, Dei filium exiſtenteſ. Quod carmen filium atque patrem designat. Quod etiam facit illud dæmonis dictum, quod refertur Matth. 4. nimirum; Si filius Dei es dic ut lapides iſti, &c. Vbi etiam pater & filius in divinis innuuntur, nec enim filius ſine patre dari poteſt, fuit autem Trinitas perſonarum expreſſe figurata per tres illos Angelos quos Abraham Genef. 18. videns vnum tamen adoravit, & per tres illos lapides quos in vnum fuiſſe coagulatos aſſerunt Hebræi, & Nicolaus Liranus Genef. 28. quando Iacob in Betel nocte quadam dormiturus eos capiti ſuo ſuppoſuit, & poſtquam in ſomnis viderat ſcalam ſtanteſ in terra, cuius cacumen cælum tangebatur, & mane ſurrexerat lapidem tulit, & in titulum erexit. Et denique per eos tres alios lapides, quos nonnulli etiam dicunt .i. Reg. 17. à paſtore David fuiſſe aſſumptos, ut cū Goliath cōgrederetur, & ſimiliter in vnum, quo ipſum Goliath percuſſit coaluiſſe. Inter loca autē ſacræ paginæ quæ myſterium hoc ineffabile plane oſtendunt, illud Pſal. 66. maxime conſiderandum eſt, nempe, Benedicat nos Deus Deus noſter: benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Quod perſonarum Trinitatem, & eſſentiæ vnitatem expreſſe ſignificant, & illud Eſai. 6. ubi ipſe Eſaias ait. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolum excelsum, & eleuatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant

Matt. 4.

21

Fuit myſterium Trinitatis olim ſæpe figuratum & ſignificatum. Gen. 18.

Lira.

.i. Reg. 17.

Pſal. 66.

Iſai. 6.

super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, quæ verba ideo declarare libet, quia multa ad hoc sacrosanctum mysterium pertinentia in se inuoluunt.

22
Est fides omnino necessaria ad beatitudinem Trinitatis cognitionem.

*Tullius.
 Varro.
 Plinius.*

Et in primis Deum esse super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant, replere templum hæc duo, & præcipue illud, nempe, in folio tam eleuato esse Deum, vt nec ipsius prophetæ oculi ad eiusdem visionem attingere, nec ipsum solium percipere possent, aperte significant, difficile admodum esse humani intellectus oculis cognoscere Deum eiusque magnitudinem percipere, & omnino ad hoc ipsum eiusdem oculis fidei conspicillio vti, necessarium esse. Ad cuius intelligentiam est ex philosophia notandum, quod ad hoc, vt aliqua potentia suum obiectum percipiat, non solum debet esse in debita distantia respectu ipsius, verum etiam debet obiectum ipsum eidem potentie esse proportionatum. Nec enim si obiectum visus nimium à potentia visua distet, ipsum obiectum percipiet, licet eadem potentia acuta, & perspicax sit, instar Strabonis de quo affirmabant Tullius & Marcus Varro, vt libro. 7. asserit Plinius, ipsum vidisse ex Lilibæo Siciliae per interuallum centum triginta quinque millium passuum classem ex Carthaginensi Africae portu exire, & vela dare. Nec similiter, si obiectum potentie, vel propter exiguitatem, vel propter magnitudinem, non fuerit proportionatum ab ipsa potentia percipi poterit, licet in debita distantia existat. Vnde fit, vt licet sonus sit obiectum

etum auditus, ille tamen, quem bombardæ, &
 alia instrumenta bellica sulphureo puluere muni-
 ta producunt potius ipsi auditui nocet, surditatem-
 que causat, propter nimiam eiusdem magnitudinẽ
 & proportionis defectum, quam ab ipsomet auditu
 percipiatur, & eiusdem soni perceptione recreetur.
 Innuit ergo Propheta Deum non posse ab humano
 intellectu cognosci, tum quia eiusdem solium est ni-
 mium excellum, & eleuatum ac proinde in debita
 distantia respectu ipsius minime existens, quapropter
 indiget fidei cõspicilio vt ipsi videat, iuxta illud
 Pauli. Videmus nunc per speculũ, in ænigmate: quo
 speculo ea quæ longe à nostra cognitione distant
 percipimus. Tum etiam quia tanta est Dei magnitu-
 do, vt ea quæ sub solio erant, replerent templum, &
 plena esset domus maiestate gloriæ eius. Quam ob-
 rem similiter indiget intellectus lumine fidei ad vi-
 dendum illum, qui lucem habitat inaccessibilem.
 Iuxta illud Psal. in lumine tuo videbimus lumen. Il-
 lud, scilicet de quo, vt testimonium perhiberet, & vt
 omnes crederent per illum, venit Ioãnes Baptista, vt
 alius Ioannes Euangelista cap. i. testatur. Domini au-
 tem (quem ter sanctum ad significandam personarũ
 Trinitatem Seraphim vocabant) faciem, & caput, &
 simul pedes alis velabant, vt sic sine capite, & pedi-
 bus visus significaret: quasi vt aiunt, rem sine capite,
 & pedibus videri humano intellectui Deum trinita-
 tẽ in vnitatem, & vnitatem in trinitate habere. Quod
 quidem minime mirum est, siquidem tam exigua est
 eius capacitas quam exigua erat illa illius specoris
 in arena iuxta Oceanum facti vbi omnem eiusdem
 immensi Oceani aquam vidit Diuus Augustinus

Paulus.
1. Cor. 13.

Psal. 35.

Ioan. 1.

D. Aug.

Ange.

Angelum velle infundere, vt eidem sancto significa-
 ret non aliter ipsum se habere si exiguo sui intelle-
 ctus vasculo, immensam Dei magnitudinem vellet
 comprehendere. Quod ipse verissimum esse iudica-
 uit, cum se qui decem libros de Trinitate scripsisse
 considerauit, à præludijs huius sacrosancti mysterij
 non se satis expediuisse, intellexit. Quam etiam ob
Iob. 36. causam *Iob. 36. cap. de Deo* dixit, eum esse, qui vin-
 cit omnem scientiam. Cum ergo Dominus ter san-
 ctus ab spiritibus illis seraphicis diceretur, & postea
 Dominus exercituum appellaretur, tres personæ, et
 se vnus Deus ac Dominus ab ipsis significatæ sunt.
 Et denique, vt alia sacra scripturæ loca hoc idem cõ-
 firmãtia prætermittamus, illud maxime perpenden-
 dum est, principium, scilicet, veteris testamenti, & si-
 nem Euangelij, hoc ipsum mysterium insinuasse. Nã
Genes. 1. Moyses vetus testamentum sic incipit: In principio
 creauit Deus cælum & terram. Et paulo inferius adij-
 cit: Et spiritus Domini ferebatur super aquas. In qui-
 bus verbis, per Deum pater, per principium filius,
 (vt habet translatio Chaldaica) & per Spiritũ Do-
 mini, Spiritus sanctus intelligitur, vt à grauissimis
Matt. vlt. autoribus hoc loco asseritur. Et D. Matth. cap. vlti-
 mo similiter dicit, quod cum vltimo Christus Do-
 minus discipulis apparuisset, eisdem dixit: Eũtes do-
 cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa-
 tris, & filij, & Spiritus sancti. Vbi expressa fit mentio
 huius diuini mysterij, cuius veritatem illud maxime
 comprobatur, quod memoriæ proditum est de Diua
 Clara, de monte Falconensi ordinis Diui August.
Phil. Berg. quæ floruit circa annum millesimum ducentesium
 trigessimum quintum, vt Philippus Bergamus in lib.
 de

de mulieribus illustribus, & omnes chonica ordinis
 Diui Augustini plane testantur; Nam cum hæc vir-
 go per multorum annorum spacium sub religione,
 habitu, & disciplina Diui Augustini, vitam tam in
 corpore, quam in animo purissimam egisset, & in
 operibus pænitiæ, & omnium virtutum mirabi-
 liter se exercuisset, & cōsiderationi acerbissimæ pas-
 sionis, & mortis Christi Domini, contemplationi-
 que absconditissimi beatissimæ Trinitatis mysterij
 dies noctesque fere indefinenter vacasset tandem fa-
 licem suorum laborum finem fecit, & diem vltimum
 obiuit. Quia vero dum viuebat dixerat, se fere sem-
 per in corde sentire non quidem dolorem, sed quasi
 furorem, & rabiem, postquam mortua fuit ad, vidē-
 dum quid illum effectum produceret, ipsum eiusdē
 cor scissum, & apertum duo maxime mirabilia osten-
 dit. Non solum enim in eo imagines insignium passi-
 onis Christi, & ipsius Christi cruci affixi expresse si-
 guratæ inuentæ sunt, vt etiam vsque adhuc maxima
 cum admiratione ostenduntur: id quod eiusdē pas-
 sionis considerationi, tanquam inchoatum præmiū
 correspondit: sed etiam in eodem sacro ipsius virgi-
 nis corde tres lapides similiter inuenti sunt, quorum
 vnusquisque perse solum acceptus tantum ponderat
 quantum omnes tres simul sumpti, & vice versa: vt
 experientia huius inauditi miraculi plane testatur.
 Quod ad eundem modum tanquam inceptum præ-
 mium contēplationi beatissimæ Trinitatis corres-
 pondens eam multiplicationem diuinarum persona-
 rū cōfirmat, quā Dauid in hoc versu, Redde mihi læ-
 titiā salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me, &
 in duobus præcedentibus iā cōmemoratis insinuat.

23
*Admirabi-
 lis confirma-
 tio mysterij
 beatissimæ
 Trinitatis.*

EXPLI-

EXPLICATIO DECIMI QUARTI
ti versus.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Hoc est in me si munditiam à peccato effeceris, spiritum rectum innouaueris, & in bono spiritu tuo potenti confirmaueris, non solū ipse per vias tuas progrediar, sed qui meo exemplo alios praua docui, iam etiam iniquos docebo, verbo, & scriptis vitæ actiones tibi gratas, viasque quibus ad te peruenitur, & mea doctrina atque exemplo, impij abs te alieni conuertentur ad te.

Ab hoc loco Psalmi vsque ad finē satisfactionē suarū culparū Deo pollicetur. Et in primis inter alia satisfactionis opera se iniquos docturū promittit: quia hoc ipsum est opus ad modū difficile, molestū, & laboriosum inter reliqua satisfactionis opera iudicandū. Quē prædicādi laborē videtur insinuasse Eccle. c. 6. dicēs: Omnis labor hominis in ore eius. Adquē etiā laborē sustinēdū dixit Dñs. Hier. 1. se fecisse ipsum Hieremiā fortē, ac si ferreus, vel æneus esset, dū dicit. ego quippededi te hodie in ciuitatē munitā, & in columnam ferream, & murum areum super omnem terram regibus Iuda. Et cum talis esset ipse Hieremias, tamen capit. 15. dicebat, quasi præ labore prædicationis ingemiscens. Væ mihi, mater mea, quia genuisti me virum rixæ, & discordiarum in vniuersa terra: Imo & Ionam Prophetam dicunt nonnulli

Quam difficile & laboriosum sit prædicandi munus.

Eccle. 6.

Hier. 1.

Hier. 15.

Ionæ. 1.

nulli ideo in Tarſum effugiſſe ſicut in eius libro cap.
 1. refertur, vt ſcilicet, hunc ipſum prædicandi laborẽ
 etiam effugeret. Quem ſimiliter inſinuant Zacha-
 rias, & Malachias vterque cap. 1. dum dicunt, Onus
 verbi Domini, &c. in principio ſuarum prophetia-
 rum; innuentes, ſcilicet, maximo pòdere onerari eũ
 qui verbi Dei prædicationi eſt addictus, maximum-
 que laborem in prædicationis munere ſubeundo
 perſerre. Qui enim dicere poteſt cũ Diuo Paulo Sa-
 piētibus & inſipiētibus debitor ſum quomodo ſine
 maxima, & pene infinita difficultate poterit prudēti-
 bus, & imprudētibus, ſtultis & ſapiētibus ſimul place-
 re, & ſatiſfacere? Sapiētiã inquiebat ipſe Apoſtolus
 1. Corin. 2. loquimur inter perfectos. Et infra. c. 5. Nō
 potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi car-
 nalibus rāquam paruulis in Chriſto, lac vobis potũ
 dedi non elcam, nondum enim poteratis. Quę accō-
 modatio in concione faciēda ad omnes difficillima
 & admodũ laborioſa eſt. Et propterea dicebat etiam
 cuiquẽque hoc docēdi munere fungenti. 2. Timot. 4.
 In omnibus labora, opus fac Euangeliftę. Qui enim
 hoc opus facit in omnibus labore eſt neceſſe. In om-
 nibus, hoc eſt in omnibus tēporis differētijs, die ni-
 mirum ac nocte. De ſimilibus enim poteſt dici illud
 Eccle. 2. Cuncti dies eius doloribus, & grūnis pleni
 ſũt nec pernoctē mente quieſcit. Vt enim dicit Sene-
 ca libro de clemētia ad Neronē, qui ſpiritu laborat
 nocte, & die quieſcit: qui vero laborat corpore labo-
 rat die, & nocte quieſcit. Ceterũ qui corpore, & ſpi-
 ritu laborat, vt concionator facit, diebus ſimul & no-
 ctibus ac proinde in omnibus tēporis differētijs &
 ſecundum omnes partes principales corpus, ſcilicet
 &

Zach. &
 Malab. 1.

Rom. 1.

1. Cor. 2.
 Cap. 5.

2. Timot. 4.

Eccle. 2.
 Seneca.

& animū defatigatur, & laceffitur. Intellectus enim & memoriæ vires, & omnem diligentiam ad hoc docendi munus subeundum confert: Et corpus recitando ea, quæ maximo labore collegit, maximo etiam labore affigit. Quam obrem cum hoc docendi munus sit tam laboriosum, molestum ac perdifficile non mirum est, si inter alia satiffactoria opera ab eo facienda statim in principio ab ipso promittatur cū præsertim docere iniquū sit præstâtissima spiritalis eleemosyna eidē maxime propter ignorantia indigenti facta, vt docet Diuus Thomas. 2. 2. q. 32.

D. Tho.

Docebo iniquos vias tuas.

²
Oratio ante
concione est
concionato-
ri habenda.

Facit hic Dauid quod Apostoli Actorū. 6. alijs, qui prædicationis munere erāt facturi dixerūt. Nēpe nos vero orationi, & ministerio verbi instātes erimus, prius enim à Deo precatur, vt ipsū met à peccato mūdet, ipsius iniquitates deleat, & vt in ipsius met vilce ribus spiritū rectū innouet, & multa alia in eisdē opere retur, & deinde se iniquos vias Domini fore per doctrinam mōstraturum pollicetur. Adquem modum, quicumque concionator. Sicut Eliezer Abrahæ seruus perueniens Mesopotamiam vbi sponsam Isaac filio Abrahæ Domini sui, electurus erat, vt refertur Genes. 4. prius orationi se instanter dedit, vt Deus ipsum ea in re bene dirigeret: sic etiam ipse, qui sponsam Iesu Christo Domino sponso per prædicationē quærit debet à Deo instanter obsecrare, vt ipsum ea in re rectissime dirigat, & ad hoc idē ab omni peccati sorde eundem abluat. Peccatori autē dixit Deus (inquit ipse Dauid Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuū Nec mirum est, quod Deus hoc peccatori dicat si-
quidem

³
Omni labe
carere debet
concionator
Psal. 49.

quidem Alexander publica præconis voce sub pænâ mortis iussit, ne aliquis pictor præter eximiū Apellem eiusdē imperatoris figuram depingeret: indignū tanta persona arbitrans quod eam, qui perfectissimus pictor non esset depingere auderet. Quare ergo Deus hoc carmen peccatori non diceret. Imo ipsum carmē refert. S. Epiphanius Origenem virū eruditione & ingenio singularē, in vrbe Hierusalem dixisse, cum ibi à multis Christianis peccatū maximū, quod ipse Alexandria commiserat, ignorātibus precibus cogēretur, vt in suggestum prædicaturus ascenderet nec aliā verba præter ea, quæ in ipso versu continentur, proferre potuisse præ lacrymis, & gemitibus, quos sui peccati memor ab imo pectore emittebat: ac proinde ab ipso suggesto descendisse, nec aliquid aliud prædicasse. Recordaretur fortasse eius, quod Paul. 1. ad Timotheum. 4. ad ipsum Timot. scribit, ni mirum: Attende tibi & doctrinæ. Et eius quod prius Ecclesiasticus dixerat cap. 29. nempe, Recupera proximū secundum virtutē tuam, & attende tibi ne incidas. Quæ verba concionatoribus in peccato existentibus maximum timorem incutiunt. Et turpe est doctori, (vt habet Catonis carmen) cū culpa redarguit ipsum: Omnique labe carere debet, qui in alium paratus est dicere, eiusque mores arguere. Propterea ergo peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Quia igitur concionatores peccata redarguūt ipsa vituperando, ideo eisdem omnino carere debent. Ideo enim Hieremias (vt in eius prophetia cap. 1. refertur) dixit Deus. Antequam exires de vulua: sanctificauit te, & prophetam in gentibus dedi te: quia

Epiphanius

1. Timo. 4.

Eccles. 29.

Cato.

4
Sanctitas requiritur in eo qui concionatur.
Hierem. 1.

*Ambros.
Simile.*

ant. 4.

4. comit.

4. psal.

*Verbo & e-
xemplo do-
cendum &
prædicandū
est.*

Psal. 34.

Psal. 36.

Psal. 5.

Bernar.

qui alijs prædicando quasi propheta est futurus, nō aliter, quam purificatus, & sanctificatus hoc facere debet. Vnde, vt inquit Ambrosius, sicut gallus prius se excitat, & à se puluerem, & somnum depellit, & hoc perfecto, canit, vocat, & alios excitat: sic concionator prius à se negligentiam, & cuiuscunque peccati puluerem, v̄cordiamque expellere debet, vt alios ad hoc idem excitare possit. Id quod etiam sponsus Cant. 4. innuit, dum cū sponsa hoc est cum Ecclesia loquens ait: Oculi tui, oculi columbarum, quæ lacte sunt lotæ. Vbi per oculos sp̄sæ intelligit Verbi Dei prædicatores, mediantibus quibus Ecclesia, hoc est, cōgregatio fidelium, videt: Eosque dicit debere esse oculos columbarū, quæ non aqua, sed lacte sint lotæ: vt insinuet maximum debere esse ipsorum candorē & puritatē, quia qui alios ex impuris, puros sunt effecturi purissimi esse debent, & quasi lacte cādidi simo loti. Postquam ergo à Deo David instanter postulauit, vt ipsum amplius, ac amplius lauaret, mundaret, aspergeret, & super niuem dealbaret, pollicetur se ex impuris puros sua doctrina effecturū, dicēs: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cōuertētur.

Docebo iniquos vias tuas: verbo, scilicet, & exemplo, vt hic habet glossa. Quasi dicat ex Psal. 34. Humiliabo in ieiunijs animā meā. Et ex Psal. 36. Lauabo per singulas noctes lectū meum: lacrymis meis strātū meū rigabo. Et ex Psal. 5. Ad te ofabo Domine, orabo ad templū sanctū tuū. Et quia hæ sunt viæ ad te: iniquos easdem tenere meo exemplo ita docebo, vt ad te ipsum conuertantur. Vnde excellentissimus est docendi modus, sicut ait Bernardus, dū faciēdo quæ prædicantur, alijs factibilia ostenduntur, quæ docentur

centur. Quapropter Christus Dominus omnium excellentissimus doctor, de quo dicitur Luc. 24. quod erat potens opere, & sermone, asseritur etiam Acto. 1. quod cepit facere & docere. Imo de eo hoc erat prædictum Isai. 30. ubi dicitur: Erunt oculi tui videntes doctorem tuum, & aures tuæ audientes vocem post tergum monentis. Quapropter Matth. 11. idem Christus discipulis Ioannis Baptistæ quærentibus, an ipse esset Melsias, de quo illud erat prædictum, respōdit: Ite renunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis: significans, scilicet, se eum esse doctorem, qui utrūque sensum doceret, visum quidem operibus, auditum vero verbis. Ad quem modum se habere debet quicūque voluerit cæterorum esse doctor legitimus: In literis sacris Aegyptionū, quæ Hieroglyphicæ dicebantur, vir sapiens notabatur, & significabatur per manum ori, linguæque admotam. Manu enim operari debet, quæ lingua loquitur: In eo nanque qui sic se habet, illa etiam lingua reperitur, de qua illud Ecclesiast. 28. dici potest, quod lingua tertia multos commouit. Triplex enim lingua in vero doctore, & magistro reperitur. Prima quidem lingua est cordis, de qua Ps. 14. dicitur. Qui loquitur veritatem in corde suo: & non est de numero eorū, de quibus dictum est: Væ duplici corde, & alibi: in corde & corde locuti sunt. Secūda vero lingua, est, de qua in eodē Psal. 14. habetur: Qui non egit dolū in lingua sua. Tertia denique est ea, de qua similiter ibidē habetur. Nec fecit proximo iuo malū, & per consequēs operatus est bonū. Quæ tertia lingua multos commouit, & à malo ad bonū transtulit. Est enim consistens in exemplo bono, & in illis operibus (de quibus Ioan. 10. dicitur

Luc. 24.

Act. 1.

Isai 30.

Matth. 11.

Eccle. 28.

Psal. 14.

Eccle. 2.

Psal. 14.

citur: Opera, quæ ego facio testimonium perhibent
 de me.) Et est ad mouendum tam efficax, vt quodam
 modo ad idem faciendum cogat. Atque ideo D.
Gal. 2. Paulus quodammodo reprehendit Beatū Petrū dicens:
 Tu cū Iudæus sis, gentes cogis iudaizare? Cū tamen
 Petrus illa lingua Iecūda, quæ in verbis consistit, gē-
 tes iudaizare nec doceret, nec cōpelleret. Cæterum,
 quia ceremonias legis coram gentibus obseruabat,
 ipsas ad idem faciendum compulisse ait Paulus, fig-
 nificans nimirum exemplum eiusdem Diui Petri tā-
 tæ efficaciam ad mouendum gentes esse, vt eadem ad
 iudaizandum quodammodo cogeret. Quapropter
Simile. sicut instrumenta bellica, qualis est bombardæ, li-
 cet sulphureo puluere muniantur, si tamen pillis
 ferreis plumbeis ve careant quas iaculentur, nec
 muros commouent, nec euertunt, sed terrorem
 solum incutiunt, fumumque tantum modo exci-
 tant: sic etiam licet concionatores verborum stre-
 pitu, & sonitu auditores in metum, & admiratio-
 nem rapiant, ac proinde inanis gloriæ fumum simul
 excitent, eos tamen minime cōmouebunt, nec ad vi-
 tia extirpanda impellent, si exempla bonorum ope-
 rum eisdem ante oculos non proponant. Imo de eisdem
 dici non poterit quod. 2. Corin. 4. Paulus de se, & cæ-
 teris in prædicatione socijs dixit, nempe, quod non
 erant adulterantes verbum Dei. Illud enim adultera-
2. Cor. 4. re merito potius dicentur ij, quia sicut adulteri non
Simile. prolem quidem, sed potius voluptatem suam expetunt:
 sic isti concionatores, non spiritualem prolem, sed po-
 tius inanem gloriam & popularem fumum consequi
 conantur, seq; eruditos & oratores eximios ostendere
Hierem. 23. procurant. De quorum similibus dictum est Hierem. 23.
 in pro-

in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulte-
rantium & iter mendacij.

Iudic. etiam. c. 6. refertur quod victus est Madian
abijs, qui vna manu tubam, altera vero lampadē por-
tabant. Vnde cuilibet prædicatori dicendum est il-
lud Luc. 13. Sint lucernæ ardētes in manibus vestris,
hoc est, doctrina, quam ore prædicatis operando ma-
nibus ostendite. Ita ardentem, vt alios possit inflam-
mare. Nec enim, lucerna, nisi sit ardens, & lucēs, qua-
lis Ioannes Baptista fuisse dicitur, Ioann. 5. poterit
quidpiam incendere, & illuminare, sicut eidem di-
ctum est illud Esai. 58. Quasi tuba exalta vocem tuā
quæ scilicet, manibus prius sustinetur, quam per il-
lam sonus, & vox emittatur. Quasi eidem dicatur:
Illud pro comperto habeto (quod Matth. 5. dicitur)
nempe, quod, qui fecerit, & docuerit, hic magnus
vocabitur in regno cęlorum. De quo etiam ait Sene-
ca, talis sit tibi magister, qui idem sit dicens, & fa-
ciens. Ac propterea non solis verbis, sed præcipue
operibus conator prædicare, ne tibi merito ex Ge-
nes. 25. illud obiiciatur, nimirum, Vox quidem, vox
Iacob est, manus autem, manus sunt Esau. Sumite
gladiū spiritus, inquit Paulus Ephes. 6. quod est ver-
bum Dei: quia sicut gladius à manibus vigorem ac-
cipit, sic ipsum verbum Dei ab operibus. Et rur-
sus: Nisi gladius manibus accipiatur, & moueatur,
inimicum non interficit, similiter nec verbum Dei
vitijs & dæmoni nocet, nisi ipsum manibus prædi-
cantis prius adimpleatur. Vnde de Diuo Ioanne
Baptista qui propterea vox dicebatur clamātis in de-
serto: quia quidquid in ipso erat, vox prædicationis
erat, & vocem prædicantem emittebat. Enarratur

6

*Manu fa-
ciendum est
quod ore po-
stea loquen-
dum.*

Iud. 6.

Luc. 13.

Ioan. 5.

Esai. 58.

Matth. 5.

Seneca.

Simile.

Ephes. 6.

Luc. 3.

Luc. 3. quod factum est verbum Domini super Ioan-
nem Zachariæ filium in deserto. Vbi est notandum
præpositionem illam, super, innuere D. Ioannē Bap-
tistam id quod prædicabat super se sumpsisse, & prius
dici factum, quam verbum, quia prius faciebat ma-
nu, quod prædicabat, quam illud ore pronunciaret.

Aggæi. 1.

Ad quem etiam modū de prædicatione Aggæi pro-
phete dicitur, similiter cap. 1. Factum est verbum Do-
mini in manu Aggæi prophete. Vbi est notandum,
quod non dicitur in auribus, sed factum est in manu
verbum, vt hoc idem insinuetur.

7

*Idem magis
ostenditur.*

Prouerb. 19. ait Spiritus sanctus (quod ad idem cō-
ducit) abscondit piger manum suam sub ascella, nec
ad os suum applicat eam. In quibus verbis magna ex
aggratio cernitur. Quisnamque tam piger vnquam
fuit, vt abscondens manum suam sub brachio ob pi-
gritiam eam ori suo non apposuerit cum comede-
ret; Nemo quidem videtur talis vnquam fuisse. Cū
igitur Spiritus sanctus hoc dicat, non dubiū est quin
in eo lateat aliquod mysterium: quod non aliud esse
videtur, quam reprehensio eorum, qui manum ad os
suum non applicant, hoc est, quorum opera à verbis
sunt diuersa. Quorum vnicique dicit alibi ipse Spi-
ritus sanctus, Ne semines agrum tuum diuerso se-
mine, hoc est, ne sermo tuus ab opere sit diuersus, vt
bonum fructum ex eo colligere possis. Quod, vt Do-
minus Elaiæ significaret, ei dixit. Quasi tuba exalta
vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorū.

Leuit. 19.

Imo Numerorū. 10. iussit Deus, vt ad cōuocandam
multitudinē fierent tubæ argenteæ ductiles. Circa
quod perpēdēdū in primis illud est, nimiru prædica-
tores debere esse veluti tubas instrumenta musica,

*Esai. 56.**Num. 10.**Simile.*

quæ

quæ non emittunt sonitum aere ab extrinseco, sed ab intrinseco, & ab imo pectore procedenti. Quo nimirum significatur eosdem ex corde, & animo quæ prædicant prædicare debere. Deinde est notandum eosdem etiam debere esse ita puros ac si argentei, & non ænei sint, & non fufiles esse debere, hoc est, ex metallo liquefacto cõfectos, sed ductiles, hoc est, mallei ferrei ictibus extetos, & productos, seu quod idem est, non debere esse delicatos. De quorum vnoquoque dicit D. Gregorius, quod delicatus magister ple-

Gregor.

Psal. 4.

no ore disputat de ieiunijs. Sed debere esse in ieiunijs laboribus, & pœnitentiæ operibus sic versatos vt possit eorum vnusquisque dicere illud Psal. 4. & in tribulatione dilatasti mihi. Ita enim etiam dicere poterit: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Vias tuas dicit, Et nõ dicit, vias meas: quia de eisdem dicit Psal. 118. Cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Tales enim sunt viæ hominis in peccatum elapsi, vt si quis illas consideret, & in eisdem parumper sistat, statim pedes retrorsum conuertat. Quapropter Hierem. 6. ait; State super vias vestras, & videte & interrogate de semitis antiquis & ambulate in eis, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Quia nimirum, si paululum sistatis pedes conuertentes, per viam Dei ambulabitis. Sicut si separentur cæli à terra, ait Dominus Isai. 55. sic separate sunt viæ meæ à vijs vestris. Et Prouerb. 4. Auerte pedem tuum à malo; vias enim quæ à dextris sunt no- uit Dominus: peruersæ vero sunt quæ à sinistris sunt quæ nempe eorum sunt viæ, qui vltima iudicij die à sinistris cõstituentur. Vnde colligi potest, quod viæ

8

Quotuplex
sit via quæ
homo ambu-
lare potest
in hac vita.

Psal. 118.

Hierem. 6.

9

Discrimen
inter viam
hominis &
viam Dei.

Isai. 55.

Prou. 4.

Psal. 118.

hominis sunt tendentes à bono in malū, sicut viæ Dei à malo in bonū, quod Ps. 118. insinuat, dū in eo dicitur. Viā iniquitatis amoue à me, & in via tua viuifica me. Et rursus, Odiui omnem viam iniquitatis, & viā veritatis elegi. Et ab omni via mala prohibui pedes meos, & viam mandatorum tuorum cucurri.

Matt. 7.

7. Spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, & arcta est via quæ ducit ad vitam. Ex quibus omnibus in primis colligitur, quod cum via distingatur per terminum, vt philosophi affirmant: Et terminus viarum hominis seu Adami in peccatum elapsi sint iniquitas, malum & perditio, ipsæ etiam viæ malæ & iniquæ sunt dicendæ. Deduci etiam ex dictis potest, quod licet viæ hominis sint multæ vt illud signum omnis, plane significat cum dicitur, ab omni via mala prohibui pedes meos, & omnem viam iniquam odio habui: omnes tamen illæ dicuntur vna via, eo modo, quo multa animalia vnum genere animal dicitur.

10

Quare via
hominis di-
citur lata
& spatiosa
& quis sit
eius termi-
nus.

Sap. 2.

Circa quod præterea considerandum est, ideo viā hominis dici latam & spatiosam, per quam multi intrant & ambulant, quia est via sine via, quam sibi iniqui ex omnibus faciunt, progrediuntur enim per hortos, vineas & sata aliena, quasi omnia, quæ ipsi volūt, eisdem liceant, nec sint prohibita, dicentes illud: Nul- lum sit pratū, quod non pertranseat luxuria nostra, venite fruamur bonis, &c. Et latitiam præferunt: non considerantes, quod illius iniquæ viæ, certus finis est perditio, & suspendium, & æterna amaritudo perinde ac in fluminibus aquarū dulcium, quorum finis est mare amarissimum perspici potest. Via vero Dei, cuius finis est viuificatio, veri boni fruitio, &

æternæ

æternæ vitæ possessio, arcta quidem est, sed bona, certa, & perquam progrediens aberrare non potest: ac proinde vltima iudicij die est à dextris Dei constituendus, & Deus per participationem efficiendus. Et iuxta hoc est intelligendus ille locus Luc. 10. nimirum: neminem per viam salutaueritis. Cum enim Christus Dñs discipulos docuisset vias suas, vt prædictū erat Isai. 2. vbi habetur: Docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, id quod Dauid Psal. 24. à Deo postulabat dicens: vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me: eisdē discipulis dixit. Neminem per viam, qua progredi mini venientem, salutetis (hos enim vt plurimum salutare solemus.) Hoc est, non vos beneuolos, nec hilarem faciem per aduersam viam venientibus ostendatis: imo eosdem arguite, increpate, & reprehendite, id quod Diuus Paulus per epistolam persuadebat discipulo suo Timotheo dicens. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, vt is qui ex aduerso est, ve-reatur.

Porro harū duarum viarū, bonę nimirum, & malę, aliqualem cognitionem antiqui olim habuisse videntur. Dicit enim Marcus Tullius lib. 1. officiorum Herculis vitā ex Xenophōte enarrans ipsum Herculem cum adhuc viuens esset, in desertum locum exiisse, ibique duas vidisse: inter quas dubio animo fuit, vtrā earū eligeret. Prima erat via delectationis: in qua vidit mulierem pulcherrimam ornatam serico, & auro ei offerentem omnes mundi delicias eū que inuitantem, vt se per illam viam se queretur. Secūda erat, via virtutis; in qua se ei præsentem exhibuit

11
*Qualis sit
via Dei &
quomodo se
debeat habe
re qui per illā
ambulat*
Luc. 10.
Isai. 2.

Psal. 24.

2. Tim. 4.

12
*Virisque
via homi
nis, scilicet,
& Dei cog
nitionē ali
qualem ha
buerunt phi
losophi.*
Mar. Tul.

buit matrona quædam grauissima, & seuera, quæ dixit: Non ego promitto delicias, & voluptates, sed labores, sed iudores, sed pericula: ceterum horum finis ac præmium erit te Deum fieri. Dubius aliquanto tēpore hæsit Hercules: sed tandem decreuit virtutis viam sequi, vt Deus euaderet. Qua etiam historia significatum est, diuersas omnino esse vias Dei, & hominis: diuersumque admodum esse illarum finē. Quia igitur ipsæ inter se sunt diuersæ earumdē simul diuersitatē innuēs ait propheta: nō hominis vias, quas Augustinus dæmonis, carnis, mundi, & vitiorum vias vocat, monstrabo. Sed, Docebo iniquos vias tuas, quasi ipse Augustinus vias Dei & virtutum appellat.

August.

13
*Multæ sūt
 viæ multi-
 que viæ sta-
 tus, quibus
 ad cælū ire
 possunt ho-
 mines.
 Ephes. 4.*

Dicit autem, vias se docturum, & non viam, quia multæ, & non vna tātum, sunt viæ, quibus ad cælum ire possunt homines, & vitam æternam sibi comparare. Non solum enim, vt ait Paulus Ephes. 4. in Ecclesia Dei ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios pastores, & doctores, sed etiam præter clericalē habitum & monasticam vitam, in eadem Ecclesia dignatus est status, & rationes viuendi cōstituere quæ faciliores omnibus essent: quales sunt status continentiæ, viduitatis, & matrimonij, in quo vnusquisque homo æternā vitam consequi potest, & scalā, seu gradus facere, quibus in cælum ex terra possit ascendere. Id quod Ps. 83. sic significatū est: Beatus vir, cuius est auxiliū abs te. Ascēiones in corde suo disposuit in valle lachrymarū, in loco quem posuit. Id est, Beatus homo, qui sic se disposuit, & cōposuit, suāq; viuēdi rationē instituit in proprio statu, in quo Deus illū in hac lachry-

Psal. 88.

lachrimarum valle posuit. vt. ex eo gradus quosdam efficiat, quibus in cælum ascendere valeat. Beatus igitur ille Rex princeps seu Dominus, qui redditus suos diuitias, & familiam, vt illis secundum statum suum, & personæ autoritatem fruens simul animæ suæ iter in cælum parat, & quodam modo viam aperit. Beatus ille mercator, qui sic ordinat & iustificat negotia sua vt attendens ad æqua & moderata lucra illis gradus quosdam in cælū facit. Et in his & alijs statibus beati illi coniuges, qui in pace, iustitia, & fidelitate, viuunt. Sic enim facientes in eo statu perfectissimi euadunt. Vnde in vitis antiquorum patrū, qui in solitudine vitam debebant, refertur, sanctū Machariū vnum ex celeberrimis illius temporis patribus & monachis hanc aliquando vocem audiuisse. Non dum ò Machari duarum sceminarum conjugatarum quæ iugiter in quadam vrbe habitant, perfectionem attigisti. Quo audito sanctus vir, vt eas inquireret perrexit. Et factum est, vt diuino ductu, domum, in qua illæ sanctæ fæminæ cohabitabant, offendit. Et ingressus domum inuenit duas mulieres, quæ duobus fratribus matrimonio copulatæ erant. A quibus cum sciscitaretur ille, & importunis precibus efflagitaret, vt vitæ suæ discursum ei vellent enarrare tandem precibus eius obtemperantes, ei dixerunt, se vn decim annos in eadem domo cohabitasse in summa pace, & concordia inter se, & viros suos, à quibus sepe enixe postulauerant, vt vitam cælibem agere vel lent. quod cum impetrare minime possent cordis puritatem (quam poterant) Domino obtulerunt. & insuper, quod summo studio inuigilabant, ne verbo saltem aut opere Deum offenderent. Quod cum san

Macharius

ctus

ctus vir audiret, exclamare cepit dicens, in quo cum que statu cordis puritas Deo placet. Ex quo patet, in statu matrimonij eam puritatem posse reperiri, quæ virginum, & monachorū puritatem excellat. In eo igitur possunt coniuges ascensionem, quibus ascendunt in cælum disponere, & eam sibi viam ad ipsum aperire, de qua non possit dici illud Psalmi .48. Hæc via illorum, scandalum ipsis. Cum ergo multæ sint in cælum viæ, vt hic noster propheta dicit, vnusquisque in qua vocatione vocatus est, vt ait Paul. 1. Corinth. 7. in ea permaneat. Et vt habetur Ezech. 1. Vbi fuerit impetus spiritus, illuc gradiatur.

Et impij ad te conuertentur.

¹⁴
Qui peccant Deo terga vertunt & adereaturas se conuertunt
 Hier. 14.
 Isai. 59.
 Zach. 7.
 Simile.
 Simile.
 1. Ioan. 5.
 Sap. 5.

Ex hoc loco aperte colligitur peccator à Deo esse auersus. Id quod ex alijs multis sacrarum literarū etiam patet. Dicitur enim Hiere. 4. Multæ sunt auersiones nostræ & cap. 3. sanabo auersiones vestras & Isai. 59. Auersi sumus ne iremus post tergū Dei nostri. Et Zachar. 7. Noluerunt attendere, auerterunt scapulam recedentes, & cor suum posuerunt, vt adamātem, ne audirent legem Domini. Hoc autem ratione ex eo confirmatur: quia sicut fieri non potest, vt aliquis vno oculo cælum, altero vero terram aspiciat: ita fieri non potest, vt ex vna parte Deum perfecte ex alia autem eodem modo res trāsitorias diligat & sequatur. Sicut similiter, qui vmbra sequitur, solem post tergum relinquit, qui vero eundem præ oculis habet post tergum relinquit vmbra: sic etiam qui ea quæ sunt in mundo, qui totus in maligno positus est vt dicitur. 1. Ioan. 5. & de quibus Sapi. 5. habetur Fugerunt omnia illa velut vmbra, præ oculis habet eadem, que magno amore prosequitur, Deum, qui

ſol eſt iuſtitiaꝝ poſt tergum relinquit, & ab eo eſt pe-
 nitus auerſus. Si autem ipſum intuetur, & vnice dili-
 git, quæ ſunt in mundo omnia, ſicut Diuus Paulus *Philip. 3.*
 arbitratur, vt ſtercora, & tanquam talia contemnit,
 & abominatur. Patet autem ex hoc, quantam abomi-
 nationem impius committat, quando peccat; ſiqui-
 dem Deum, qui ipſum genuit derelinquit eidẽque
 terga impudenter vertit, vt ſe ad creaturas, & bona
 commutabilia conuertat. Cum igitur impij docen-
 tur vias Dei, quæ ſunt eiſdem mandata iuxta illud:
 Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, vias ſuas ma-
 las conſiderant, ſuper illas ſtant, & ad Deũ, & ipſius
 mandata obſeruanda conuertuntur. Id quod de ſe *Matth. 19.*
 ſignificat noſter propheta Pſal. 118. vbi dicit: Cogita *Pſal. 118.*
 vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia
 tua: & de alijs hic dum dicit: Docebo iniquos vias
 tuas, & impij ad te conuertentur.

EXPLICATIO DECIMIQUIN- ti verſus.

*Libera me de ſanguinibus Deus Deus Salutis meæ:
 & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.*

Hoc eſt, O mi Deus, Deus autor ſalutis meę
 libera me à reatu innoxij ſanguinis per me ex
 multis hominibus effuſi, propter quem ſe-
 cundum legis tuę præſcriptionem ipſe etiam
 mortis ſum reus. Libera me à peccatis, quæ
 ſunt carnis & ſanguinis corruptiones, animã
 que meam ſcæde cruentarunt. Id vbi feceris,
 lingua mea cum ſumma exultatione tunc
 canet

canet tuam iustitiã, quam mihi exhibuisti remittes secundum promissiones tuas peccata mea.

Est circa hæc verba statim in limine dubitatio. Nam cum sanguis pluralis numeri casus non habeat in plurali tamen hoc loco usurpatur dum dicitur: Libera me de sanguinibus. Id quod etiã fit Ioan. 1. ubi habetur; Qui non ex sanguinibus, nec ex volũtate carnis, &c. Sed ad eam respondendum est, quod cum sacra pagina scientiam, & artem reliquas omnes excedentem in se contineat, non est necesse, ut eisdem & multò minus grammaticæ subijciatur. Cũque ut Diuus Hilarius aduertit, potius verba rebus quam res verbis in illa inseruire debeant, merito ipsius translatores non nunquam grammaticæ regulas non obseruant. Quod etiam factum est Ioan. 4. ubi ait Christus Dominus. Sermonem quem audistis nõ est meus. Quia vero per nomen sanguinibus, multa significantur quæ per sanguinem numeri singularis significari non possent; ideo illum idem nomen sanguinibus hoc loco usurpatur.

Ioan. 1.

S. Hilar.

Ioan. 4.

Quanta libertas requiritur, in cõcionatore & vnde illa in ipso nascatur.

2. Cor. 3.

Libera me de sanguinibus: quia ad prædicãdi docẽdiq; munus obeũdũ plurimũ conducit libertas, quæ ut ait Paul. 2. Corin. 3. ubi est spiritus ibi inuenitur, ideo à Deo postulat, ut ipsum liberum efficiat, & præsertim à sanguinibus per ipsum in morte Vrię, & multorũ eũdem in prælio comitãtium effusis. Ex quibus aliquando provenit, ut eorundẽ memor nec loab duces exercitus sui, nec etiam ceteros sui exercitus duces, ex quorum incuria ignauia, & præcipitatione tanta sanguinis effusio promanauit, reprehenden-

hendere ausus fuerit. Imo ipsum Ioab fuit consolatus dicens, vt ex. 2. Reg. 1. supra relatum est, Non te frangat ista res, varius est enim euentus belli, vt supra latius enarrauimus. Quod quidem ex eo factum fuit, quia libertatem ad eam sanguinum multorum effusionem reprehendendam, necessariam habere non potuit, qui eiusdem effusionis etiam causa extitit. Propterea igitur à Deo efflagitat, vt ab illis sanguinibus effusis ipsum liberum faciat, vt liber factus peccatores, & iniquos, libere, & audacter arguat increpet, & doceat. De malis prædicatoribus, qui hanc libertatem ad arguendum increpandumque non habent, dicit Dominus *Isai. 56.* quod sunt canes muti non valentes latrare. Vel enim eorum os intercludit peccatorum ab ipsis commissorum, necdum per penitentiam deletorum memoria, vel metus amittendi id, quo ipsum os plenum habent, ipsos met deterret. Nec enim ille, cuius os plenum est, sine periculo dimittendi id quod in eo habet, loqui potest. Quapropter concionatores huiusmodi canes sunt muti non valentes latrare, quia eam libertatem ad prædicandum necessariam non habent, quam hic à Deo postulat Dauid.

Sanguis etiam peccatum in sacris literis significat, vt patet *Prouerb. 1.* vbi dicitur, pedes illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Et *Ose. 4.* homicidium, furtum & mendacium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et *Psalm. 54.* Viri sanguinum & dololi non dimidiabunt dies suos, vt. 3. *morali cap. 10.* Diuus Gregorius explicat. Cuius ratio est, vt autor incognitus hoc loco aduertit, quia sicut inter omnes humores sanguis est magis macu-

*Isai. 56.**Simile.**Prou. 1.*

2

*Peccatū per sanguinem in sacris literis significatur.**Ose. 4.**Psal. 54.**D. Greg. incognit.*

macu-

simile.

maculatiuus: sic peccatum animam summe deturpat. Cum igitur petit, vt ipsum à sanguinibus liberet, petit, vt ipsummet à seruitute illa misera eripiat in qua eundem peccata per nomen sanguinibus significata constituerunt. Quod vero peccata vnū quenque ipsa committentem in seruitutem redigant ostenditur Isai. 42. Qui cæcus est, nisi qui venundatus est? Et. 1. Machab. 1. Venundati sunt vt facerent malum. Et Rom. 7. Ego autē carnalis homo sum venūdatus sub peccato. Et Ephes. 5. Hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator; aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) hæreditatē non habet in regno Christi. Et Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. In quibus verbis perspici potest eo ipso quod homines sunt peccatores esse sub peccato venditos & in misera eiusdem peccati seruitute constitutos. Quæ seruitus propter duo, inter alia multa, misera merito dicitur. In primis, quia Dominis maximo cū labore inseruiūt, qui eisdem requiem non dabunt. Iuxta illud Hierem. 16. Seruietis Dijs, qui nō dabunt vobis requiem. Et deinde, quia ab eadem seruitute reuocari in libertatem non posset, nisi magni pretij interueniret tam copiosa solutio, vt humano iudicio impossibilis iudicaretur. Et quidem talis de facto esset nisi ad eam faciēdam ille veniret. De quo hic dicit Dauid. Deus Deus salutis meæ, nempe Christus Dominus, nostræ salutis autor. Et de quo alibi. Et copiosa apud eum redemptio. Et rursus. Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius, seu, quod idem est ex sanguinibus. Quam obrem si Deus non fieret homo ab ea peccati seruitute homines liberari non possent. Nā, vt Leuit. 25. habetur, diuina lege promulgatum

3
Peccatum
hominē ser-
uum facit
& in misera
seruitute cō-
stitutum.
Isai. 42.
1. Mac. 1.
Rom. 7.
Ephes. 5.
Ioan. 8.

*Hierem. 16**Psal. 129.*

4
Solutus Chri-
stus potuit
hominem re-
dimere & à
peccati ser-
uitute cum
eripere.

gatum, ſiquis poſſeſſionem ſuam propter pau-
 pertatē vendiſſet: ſolus eius propinquus, ſi veller,
 illā poſſet eodē precio redimere, & reuocare. Iuxta
 quam legē Adam, & omnes homines ab eo originē
 trahentes cæli poſſeſſionem, & eius quod ipſi ad eā
 habebant, recuperare non poterant, poſtquā ipſe eā
 vendidit. Nā cū ſolus propinquus redimere poſſet,
 ſi æquiuales preciū haberet, & omnes homines Adę
 propinqui pauperes eſſent, nec preciū redēptioni ne-
 ceſſariū haberent, Deus vero diues in omnes, qui in-
 uocant illum, vt ait Paulus, ex genere & cognatione
 eiudē Adę nō eſſet, opus omnino fuit, vt ipſe Deus
 homo fieret: vt iam conſanguineus ſeu propinquus
 noſter factus poſſet hęc cæli venditā poſſeſſionē re-
 dimere. Conueniebat, inquit Anſelmus, libro cur
 Deus homo, vt eſſet qui redimeret nos Deus, &
 homo, homo quidem, vt hominū propinquus eſſet,
 & pati poſſet, Deus autē, vt ſanctiſſimę humanitatis
 operibus infinitū daret valorē. Quod etiā innuit D.
 Tho. 3. p. q. 44. ar. 1. Vbi dicit, quod cōueniēs fuit filiū
 Dei ſumpſiſſe naturā humanā paſſibile, & mortale,
 vt ſuis paſſionibus pro toto humano genere ſatiſfa-
 ceret. Colligitur autem, quod dictū eſt ex. 1. Petr. c. 1.
 vbi ipſe dicit: Sciētes quod nō corruptibilibus auro,
 vel argēto redēpti eſtis de vana veſtra conuerſatione
 paternę traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi ag-
 ni immaculati Chriſti Ieſu, &c. Ex quo loco patet ſic,
 vt ex ſupra citatis manifeſtū eſt, à ſanguinibus, hoc
 eſt, à peccatis ſeu eorūdem ſeruitute neminē, niſi à
 Chriſto Dño noſtrę ſalutis autore liberari poſſe.
 Quod Dauid præuidens, & intelligēs ab eo quē Deū
 ſalutis ſuę appellat, poſtulat, vt ipſum ab ea ſeruitute

Rom. 10.
Paulus.

Anſel.

D. Tho.

1. Petr. 1.

in libertatem reuocet: siquidem ipse solus hoc potest efficere.

Ioan. 1.

1. Corin. 15

Cum præterea sanguis interdum pro peccato carnis peculiariter accipiatur, vt Ioan. 1. Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Et alibi: Caro & sanguis regnū Dei non possidebūt. Bā fortasse ob causam, quia sanguinei plusquā flegmatici, cholericī & melancholici in venerē sunt procliuiiores, vt philosophi docēt, ideo peculiariter etiā per nomen sanguinibus, peccata carnis significat. Aquorū etiā seruitute miserima, vt liberetur, instanter efflagitat. Vnde D. Paulus

5
Peccata carnis in miserima seruitute hominē constituant

Rom. 7.

2 Cor. 12.

Psal. 55.

ab ea liberari summo pere desiderans aiebat Rom. 7. Infelix homo, quis me liberabit à corpore mortis huius. In quibus verbis cū libertatis desiderium ostendit: significat simul ex carne infelicē & miserā seruitutē prouenire. Et 2. Corint. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ qui me colaphizet. Vbi talem Dominum esse peccatum carnis insinuat, vt colaphū suis seruis sæpissime impingat. Et ipse David similiter Psal. 55. de ipsa carne sua loquens ait Miserere mei Deus, quia conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Quæ verba miseriam seruitutem carnalis peccati per hominem ibidem insinuati innuunt, quam ipse David in se fuerat expertus. Et ideo eius seruitutis metu perterritus à Deo postulat, vt ipsummet à sanguinibus eripiat.

6
Peccati confessio est quædam sanguinis emissio

Prou. 20.

Cum autem peccatum sanguis quidam sit, cuius abū dantia anima maxime infirmatur, nulla sanguinis emissio est corpori tam salubris, sicut animæ salutæ peccati confessio. Cum enim sit vena vitæ os iusti, vt Prouerb. 20. dicitur, per illud instar sanguinis peccata

peccata exeunt: ad quorum emissionem in anima consequitur salus, cuius autorem Deum esse ait dum dicit, Deus Deus salutis meæ.

Quin etiam sub nomine illo, sanguinibus consanguinei intelligi possunt, à quorum nimio affectu liberari desiderat: quia cognoscit quot, & quanta ex eo peccata consequi in hominibus consuescant; quantumque impedimentum esse soleant, ut via & lex Dei recte doceatur. De Melchisedec summo sacerdote, qui eam docturus erat, dicit Paulus Hebr. 7: esse sine patre, sine matre, & sine genealogia. Non quia ipsos non habuisset: sed quia sacerdotes debent esse in terra, quasi è coelo oriundi ab omni parentela, & profapia: quodam modo carètes, ut hoc prædicandi munus recte obire possint. Unde Christus Dominus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec cum aliquando verbi Dei ministerio operam daret, & ei prope esse mater ipsius & fratres eundem expectantes dicerentur, respondit, ut refert Matt. 12. Quæ est mater mea, aut fratres mei? Quod explicans Augustinus deside, & symbolo cap. 4. ait. Non negat se habere matrem, sed docet ministerium nostrum, quo verbum Dei fratribus administramus, cum parentes impediunt, non eos debere cognosci. Cum similiter mater filiorum Zebedæi eisdem à Christo Domino primas in regno suo sedes postularet, dicens: Dic, ut hi duo filij mei sedeant, unus ad dexteram, alius ad sinistram in regno tuo, hoc est, non eos proprijs nominibus Iacobi, scilicet, & Ioanis appellans, nec eosdem filios Zebedæi, sed suos nominans, quia sola ratione ipsius erant eiusdem Christi Domini consanguinei, eisdem respondit, ut Matth. 20. etiam refertur: Sedere ad dexteram & sinistram meam,

7
Sacerdotes
sic se habere
debent ac si
penitus cave
ant consan
guineis, qui
ipsis maxi
me nocent.
Heb. 7.

Matt. 12.
D. Aug.

Matth. 20.

*Psal. 18.
Simile.*

non est meum dare vobis, sub titulo, scilicet, confanguineorum hoc postulantibus. Ad quem etiam modum Dauid *Psal. 18.* ait: Si mei non dominati fuerint tunc immaculatus ero. Et in hoc Psalmo: Libera me de sanguinibus. Hoc est, à nimio confanguineorum affectu, qui instar sanguinis in pupilla oculi positi & effusi, mentis oculos omnino excæcat, si eum in eadem per nimiam dilectionem portemus.

Gen. 9.

Quia denique multum sanguinem effuderat, quãdo in bello fecit occidi Vriam, cuius occasione multi alij simul occisi sunt, propter quod mortem meruerat iuxta illud *Genes. 9.* Quicumque humanum sanguinem fuderit, fundetur sanguis illius, ideo ait: Libera me de sanguinibus, id est, à pœna mortis, quam incurri propter effusionem sanguinis Vriæ, aliorumque eius occasione interfectorũ. Tu qui dixisti: No-

Exech. 33.

lo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, & qui es Deus salutis meæ.

Deus Deus salutis.

Psal. 87.

8

Salus à Deo tâquã à præcipuo eius autore prius, quã deinde ab alijs medicis.

Psal. 32.

Psal. 87. Similiter ait, Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte corã te. Vbi significat in Deo tanquam in prima causa hominis salutem sitam esse, ac proinde ab illo ei prius esse quærendam, & postulandam, & deinde ab alijs negociandã: Nam non saluatur Rex per multã virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ: Fallax equus ad salutẽ. Vnde solus Deus est, qui tanquam prima & præcipua salutis causa eãdem salutem efficere potest, nõ solum spiritualem, sed etiam corporalem. Quã obrẽ cum quis infirmatur, medicum prius spiritualem, quã corporalẽ quærere debet: quia spiritualis gerit vicem

vicem Dei. Et in manu Dei potestas hominis est ut ait eccles. cap. 10. à qua eidem homini salus, potius quam ab alia provenire potest. Vnde ait Ambros. libro de virgin. Omnis anima accedat ad Christum, quia omnia Christus est omnibus. Si vulnera curare desideras, medicus est: si febribus astituas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortem times, vita est: si caelum desideras, via est, si tenebras fugis, lux est: si cibum quaris, alimentum est. Dixit autem propheta Deum esse Deum salutis suae: cum tamen communis omnium salutis autor sit ad eum modum, quo Paulus ad Galat. 2. de eo dicit; Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quasi diceret, tam Vnice me dilexit, & sic pro omnibus patiens, pro me vno mortuus est, ut si nullus alius esset prater me, pro me solo pateretur. Quae verba Augustinus explicans ait: Imo posses dicere; vir sanctus, quod me plusquam se ipsum dilexit: si quidem vitam suam pro me dedit: Cum ergo Deum autorem salutis suae appellat David, se ita illi astrictum teneri confitetur, ac si suae tantum, & non alterius salutis autor extiterit.

Eccle. 10.
D. Ambr.

Galat. 2.

August.

Exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Verbum, exultabit, hoc loco adhibitum licet neutrum sit, actiue accipiendum est. Nec enim recte dicunt, qui asserunt pro eo legendum esse exultabit. Nam contextus Graecus non habet *ὑψώσει* quod, exultabit, sonat, sed *ἀγαλλιάσεται*, quod exultabit significat. Nec similiter habet, *τῆ δεικαιοσύνη* hoc est, iustitiae, sed *τῆ δικαιοσύνη*

X 3

idest,

idest, iustitiam in accusatiuo : quam obrem actiue absque dubio est accipiendum. Nec obstat, quod, hoc grammaticæ regulæ non patiantur propter rationes, quas proxime dum explicaremus nomen illud de sanguinibus, assignauimus. Quapropter idem est in hoc loco: Exultabit lingua mea iustitiam tuam ac, exultando celebrabit lingua mea iustitiam tuam. Potest autem iustitia hic diuersimode accipi, sicut etiam nomen sanguinibus proxime explicatum, diuersas habet significationes. Nam si per nomen sanguinibus peccata intelligantur, per iustitiam ea iustitia intelligenda est, quam Christus Dominus in cruce exercuit, quando pro peccatis hominum de toto rigore iustitiæ patri æterno satisfecit, eosque à misera peccatorum seruitute in fœlicissimâ libertatem vindicans, eidem patri æterno reconciliauit. Est igitur sensus iuxta hanc significationem. Libera me de sanguinibus, hoc est, O Deus salutaris noster, eripe me de seruitute per copiosam tuam redemptionem, & lingua mea exultando celebrabit iustitiam, quam in hac redemptione de te ipso feceris. Quam etiam obrem

9
Christo Domino nostræ redemptionis auctori. quia pro nobis rigore satisfecit. se per agenda sunt gratie Psal. 2. Psal. 2. Vbi ipse ait: apprehendite disciplinam, habet Hebræi, nascubar, quod Hieronymus vertit, oscula mini filium, vel adorate filium. Quasi ipse Propheta inuitet omnes ad filij Dei hominis facti manus osculandas ad se se offerendum eius obsequijs, & ad gratias eidem agendas. Ad quod etiam facit id, quod reperitur in quodam Hebræorum libro, qui dicitur Tidras mehelim, hoc est, mysteria Psalmorum, nimirum dixisse Rabinum super hæc verba, esse velut Regis sententiam, qui exarsit in ciues sceleratos, eosque condemnauit sententia mortis: illi vero

li vero filium regis adire precantes, vt patris iram mitigaret, qui & fecit. Cumque regem ciues adissent gratias acturi, ille ad filium eos mittit, dicēs adorate, vel osculamini filium eiusque manum, eiq; gratias agite, propter quem vobis parco. Ad quem modum Dauid se ipsi filio Dei salutis suæ autori pro rigorosa satisfactiōe ab ipso facienda (quam iustitiā vocat) esse gratias cum exultatione acturum pollicetur. Cui maxime consonat quod etiā dicit Psal. 70. nempe. Domine, memorabo iustitiæ tuæ solius. Quibus verbis promittit se semper memorem fore eius excellentissimi beneficij, quod Deus in homines contulit quando pro eis diuinæ iustitiæ rigore se satisfecit. Et paulo post in eodem Psalmo: Exultabunt labia mea cū cantauero tibi, & anima mea cognoscer nimis. Benedic anima mea Domino, inquit etiā Psal. 102. & noli obliuisci omnes retributiones eius. Et Psal. 122. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum. Nec aliter se habere debet anima Dei sponsa (cui Cantic. 1. dicit sponsus. Oculi tui oculi colūbarum) quæ scilicet, cum granum, vel guttam aquæ ore in terra accipiūt oculos statim in cælum extollunt, quasi gratias agētes Deo cæli domino pro dono, quod acceperunt. Quid ergo facere debent homines non ignorantes illud Iacob. 1. nimirum quod omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est descēdens à patre luminum, &c. Terra, inquit Paul. Hebr. 6. sæpe superuenientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur accipit benedictionem à Deo proferens autem spinas aut tribulos reproba est, & maledicto proxima

Psal. 70.

Psal. 102.

Psal. 122.

Cantic. 1.

io
 Quam amplectēda sit
 gratitudo,
 & fugienda
 ingratitude
 Iacobi. 1.
 Hebr. 9.

X +

cuius

Exod. 16. cuius consummatio in cōbustionem. *Exod. 16.* plu-
 it manna sicut semen coriā dri, vt significaretur in ea
 seminis, & pluuiæ forma, quod omnia bona à cæli.
 Domino hominibus ideo proueniunt, vt gratitudi-
 nis fructum pro acceptis beneficijs eidem reddant.
 Vnde colligi potest idem esse Deum beneficia con-
 ferre, ac semen fructum gratitudinis producturum
 seminare. Quapropter, sicut cum aliquis à terra, in
 quam semen coniecit, cuique è cælo pluuiæ non de-
 fuit fructum non colligit, eam male dicit: sic si vnus-
 quisque beneficia recipiēs gratitudinis fructū Deo,
 à quo ipsa recipit, non reddiderit, maledictioni eius
 dem subiacebit. Nec sicut ipse beneficiorum imme-
 mor est: Deus etiā supplicij pro ingratitude debiti
 immemor erit. Ait enim *Psal. 49.* Existimasti inique,
 quod ero tibi similis, arguā te, & statua[m] contra fa-
 ciē tuā, quo vsque, scilicet, tuæ ingritudinis, & be-
 neficiorū rationē reddas. Nec enim Deus obliuiscit-
 tur, licet nos semper obliuiscamur, iuxta illud *Hie-
 rem. 2.* Populus vero meus oblitus est mei diebus in-
 ce & metet. Et qui seminat de benedictionibus, de
 benedictionibus & metet. Vnde cū tot beneficia, &
 benedictiones Deus in nobis seminet, rationi con-
 sentaneū est, quod benedictiones in nobis, metipsis
 metat, & vt vnusquisq; dicat animæ suæ illud *Pf. 102.*
 Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci om-
 nes retributiones eius. Et si qui beneficiū accipit, vt
 ait *Seneca.* similis esse debet terræ optimæ, & prædio
 pingui, quod centū dat vno accepto, quæ nos obse-
 quia Deo præstare, quas ve eidem pro tot ac tātis be-
 neficijs gratias referre debemus? Quæ autē debeant
 esse

esse explicat Paulus ad Ephes. 5. scribens dum cap. 5. eisdem dicit: Implemini Spiritu sancto, loquētes vobis metipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritua libus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus. Quasi dicat. Si impleri vultis Spiritu sancto, vos gratos beneficiorum, quæ ab eo accepistis ostendite (infidelis enim in modico, vt ait Bernardus serm. 35. non censetur dignus munere ampliori) Ad hoc igitur laudes Dei corde & ore loquimini, illud enim in vestra potius vtilitate cedit, quã in comodũ illius, qui bonorum vestrorũ non eget, & gratias ei sine intermissione omni tẽpore reddite in prosperis (vt dicit Augustin usenarrã illud: Totadie repleaturos meũ laude) quia cõsolaris in aduersis, quia corrigis antequã essem, quia fecisti me: cum essem quia salutem dedisti, cum peccassem, quia ignouisti: cum conuersus sum, quia adiuuisti me: cum perseuerassem, quia coronasti me. Et denique tota die, hoc est, toto vitæ tẽpore, quia si Deo pro omnibus gratiæ agẽdæ sint, & laudes decantandæ. nec illud totum ad hoc sufficit; imo tota æternitas ad hoc idem ita est necessaria, vt laudentes beati in ea Deum eiusque gratias agentes semper cantent quasi canticum nouũ vt in Apoc. refertur. In quo in sinuatur quod semper nouę ac nouę laudes erunt cantandæ nouęque ac nouę gratiæ pro collatis beneficijs reddendæ, sine eo quod ad infinitam æternitatis durationem adimplendam aliquid laudis vel gratiarum sit iterum necessario repetendum. Semper itaque, & sine vlla intermissione in hac vita, imo, & in alia Deo gratias agere debemus, vt ipse per gratitudinem in

Ephes 5.

12
 Qui plura
 & maiora
 beneficia
 vult accipere,
 pro acceptis
 gratias
 reddat.

D. Bern.

D. Aug.
 Psal. 70.

Apoc. 14.

nobis metat, quod per beneficia in nobis seminauit. Et hanc ob causam ait propheta: Si me à sanguinibus, hoc est, à peccatis liberaueris, memorabor iustitię tuę solius: eamque cū cantauero tibi, exultabunt lingua, & labia mea.

Si nomen, sanguinibus, sumatur pro pœna, quam eos effundendo in morte Vriæ, & aliorum ipsum comitantium, Dauid incurrit, tunc iustitia sumēda est pro ea, quam misericordia temperatam in ipso Dauid Deus exercuit, si non in propria persona, vt ipse merebatur, saltē in persona filij nati de Betsabee; pro cuius morte multum doluit, vt habetur: 2. Reg. 12. & postea in persecutiōe à filio illius Absalone eidem facta, quam pro sanguinibus illis effusis sustinuit, vt loco regum citato significauit Nathan dicēs: Suscitabo malum de domo tua, &c. His ergo pœnis, quas diuinę iustitię attribuit, te iuste fuisse punitum asseuerans eandem Dei iustitiam se fore laudaturum dicit. Tum quia delictum illud grauissimum impunitum non reliquit: tum quia etiam iratus, misericordiæ recordatus est; siquidem eundem morte, quam merebatur non affecit. Circa quod notandum est, iustos Deum laudare, & eidem gratias agere: & simul lætari quando ipsum Deum punire peccatores, conspiciunt. Quod confirmat illud Apocal. 19. vbi dicitur: Audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in cœlo dicentium. Alleluia, laus, & gloria Deo nostro est, quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram, & vindicauit sanguinem sanctorum de manibus eius: & iterum dixerunt Alleluia. Quæ omnia, verbo exultabit lingua mea iustitiam tuam, multum consonant

Exodi.

12.
*Letantur
 iusti & gra-
 tias Deo a-
 gunt quan-
 do ille pecca-
 ta punit e-
 tiam in ipsis*

Exodi etiam. 14. dicitur. Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare. Imò & ipse Christus Matth. 11. ait: Cōfiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Quibus in locis aperte cernitur Deum à iustis esse miris laudibus extollendum, eidemq; esse gratias agentes ab ipsis agendas: non solum quando secundum misericordiam suam agens beneficia confert: sed etiam quando secundum iustitiam delicta punit, qui gratitudinis actus est eximius & à Deo magni æstimatur. Et quidē in David fuit admodum excellens: siquidem non solum fuit, sicut ille, de quo dicitur Psal. 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei, sed etiam talis ut iustitiam Dei in se pro suis peccatis exercendā se cum exultatione laudaturum, & pro ea ipsi Deo gratias acturum promittat. Nam lætantur qui volunt iustitiam meam, ut ait Deus apud ipsum Davidem Psal. 34.

Quin etiam se propter iustitiam Dei in se exercendam dicit David fore exultatione afficiendum eidē que propter eam gratias redditurum. Quia maximū reprobationis signum est vnumquemque extra disciplinam esse iuxta illud Hebræo. 12. Quis enim filius quem non corrigit pater? Quod si extra disciplinam estis, adulteri, & non filij estis. Sicut etiam maximū prædestinationis signum est vnumquemque à Deo secundum iustitiam suam flagellari: flagellat enim Deus omnem filium, quem recipit, ut habetur ibidem cap. 13. Enarrans Origenes homil. 14. in Leuit. illud eiusdem Leuit. 24. Homo, qui male dixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ait, Res admirabilis

Exod. 14.

Matth. 11.

Psal. 48.

Psal. 34.

13
Melius est
flagellari vnumquemque
in hac vita,
quam impunitum relinqui à Deo
in ca.
Hebr. 12.
Cap. 13.
Origenes.

rabilis est hæc quod eum qui tam graue peccatum
 cōmittebat, vt est maledicere Deo suo non iuberet
 Deus puniri, eum vero qui blasphemaret nomē Do-
 mini quod leuius peccatum esse poterat, lapidi-
 bus obrui vellet. Sed illud ita præceptum est quia
 nimirum leuius peccatum hic punitur, ne in alia vi-
 ta puniatur, grauioris vero peccati pœna in aliam vi-
 tã reseruat. Qua propter melius fuit Dauid in hac
 vita puniri, quam Alexandro impunitum remanere
 vt post mortem supplicijs afficeretur sempiternis.
 Quod quidem optime intellexit quidam ex Macha-
 beis vt in. 2. ipsorum libro cap. 7. refertur, quando Re-
 gi Antiocho dixit: Nos propter nos ipsos hæc pati-
 mur, peccantes in Deum nostrum. Tu autem ne exis-
 times tibi impune futurum quod contra Deum pug-
 nare tentaueris. Quam etiam ob causam Deus per.
 Hier. 64. Hierem. cap. 64. dixit. Dolore, & flagello castigabe-
 ris Hierusalẽ, vt ne abscedat anima meã abs te. Quia
 ergo Dauid quando Deus ipsum per iustitiam fla-
 gellabat, illum à se non abscedere intelligebat ideo
 eadem iustitia se exultare significabat.

14 Denique circa hunc locum cōsiderare possumus
 quod cum Dauid in hoc Psalmo tum misericordiã
 Dei, tum etiam iustitiã ipsius mentionem faciat, mi-
 sericordiam quidem magnam vocat, iustitiam vero
 talem non appellat. Id quod multis in locis sacrę scri-
 pturæ similiter fit. Nam Psal. 9. dicitur. Iudicabit po-
 pulos in iustitia, & Psal. 57. Cōfitebor Domino secū-
 dum iustitiã eius. Et. 97. Iudicabit orbem terræ in
 iustitia. In quibus locis, & in alijs iustitia non nomi-
 natur magna. Misericordia vero magna dicitur hic,
 & Eccle. 17. Quam magna misericordia Domini, &
 pro-

*Quare iusti-
 tia Dei in
 scriptura nõ
 dicatur ma-
 gna sicut di-
 citur miseri-
 cordia.*

Psal. 9.

Psal. 57.

Psal. 97.

Eccles. 17.

propitiatio illius cōuertentibus adſe. Et. 1. Pet. 1. Qui 1. Pet. 1.
 ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenera-
 uit nos in ſpem viuā. Et Pſal. 107. Magna eſt ſuper cæ Pſal. 107.
 los miſericordia tua Domine. Vbi etiam eſt aduer-
 tendum, quod cum de iuſtitia dicatur, iuſtitia tua ſi-
 cut montes Dei. miſericordia tamen maior eſſe aſſe-
 ratur. Vnde colligitur, quod ſi ad effectus diuinæ mi-
 ſericordiæ, & iuſtitix attendamus, tantum effectus
 miſericordiæ, eos, qui ſunt iuſtitix excedere inueni-
 emus, quantum cæli montes excedunt. Ad quem eti-
 am modū Exod. 20. dicit Dominus; Ego ſum Deus Exod. 20.
 zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in ter-
 tiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt
 me. Et faciens miſericordiam in millia. Vbi etiā perf-
 picitur, quod ſicut millenarius numerus quater-
 narium excedit, ſic effectus diuinæ miſericordiæ eos
 qui ſunt diuinæ iuſtitix ſuperant. Vnde iam mirum
 non eſt, quod iuſtitiam hic magnam non nomet,
 cum miſericordiam in primo verſu magnam ap-
 pellet.

EXPLICATIO DECIMISEX-
 ti verſus.

*Domine labia mea aperies: & os meum annūciabit
 laudem tuam.*

Hoc eſt, Domine labia mea, quæ ad laudan-
 dum te iam ineptā facta ſunt, quæque in lau-
 dem tuam præ dolore aperire iam non libet,

tu

tu quæso aperi rumpendo peccatorum, dolorisque vincula, quibus occlusa sunt, ac no-
uam laudandi te materiam suppeditando, &
os meum prædicabit omnibus laudem tuam
quouis sacrificio externo tibi gratiorem.

¹
*Quæ laus di-
catur pro-
pria Dei,*

*& quanta
sit quæ eide
betur.*

Psal. 47.

Psal. 47.

Psal. 150.

Psal. 7.

²
*Dubium cir-
ca laudem
Dei.*

D. Greg.

Quoniam, vt habetur Eccle. 15. non est speciosa
laus in ore peccatoris, ideo ad Deum digne lau-
dādū, vt per eiusdem gratiā laudātis labia ape-
riantur, necessarium est: ac proinde illam Dauid ab
ipso Deo hic postulat. Quia vero vocatur Deus
Psal. 47. magnus Dominus & laudabilis nimis. Et di-
citur Psal. 47. de eo: Sicut nomen tuum sic & laus
tua in fines terræ; ideo laus illa Dei, quam cum eo lo-
quens hic vocat Dauid laudem tuam, debet esse se-
cundū multitudinē magnitudinis eius, secundū quā
Psal. 150. dicit esse laudandum. Laudate eum, inquit
secūdum multitudinem magnitudinis eius. Et Psal.
7. similiter inquit Psal. 7. Con fitebor Domino secū-
dum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altis-
simi. Et hic ad eundem modum, Os meum annuncii-
abit laudem tuam, hoc est te dignam. Ceterum hoc
maximā dubitationē inuoluit. Nam in primis, vt ait
Diuus Gregorius libro. 20. Moral. capite. 25. Om-
ne, quod de Deo dicitur eo ipso indignū est, quod di-
ci potest, eius enim laudi non sufficit obstupel-
cens conscientia, quomodo ergo sufficiet loquens
lingua?

Deinde si omnes arenæ maris & fluminum & gra-
na pulueris totius mundi, & foliā omnium arborum
plantarumque in linguas conuerterentur, & vnaque
que

que lingua de perfectionibus Dei plus loqueretur, quam supremus omnium Seraphin concipit suo acutissimo intellectu; omnes quidem hæ linguæ simul de Deo tot, ac tanta tamque magna loquentes, remanerent profecto in infinitum inferiores, hebetes, & insufficiētes ad explicandam magnitudinem, bonitatem, pulchritudinem, & gloriam, qua fruitur, & in se includit illa diuina substantia, quam Deum nuncupamus. Ad dubitationem tamen ante quam à nobis satisfiat, est notandum, quod prædictas rationes, & alias multas idem confirmantes animo euoluens D. Augustinus in soliloquio cap. 10. ait, cū Deo loquens. Laudēt te opera tua secūdum multitudinem magnitudinis tuæ, puluis, & cinis ego sum, canis mortuus, & fætens ego sum, vt laudem te Domine Deus fortissime, spiritus vniuersæ carnis, qui inhabitas æternitatem. Nunquid fœtor laudabit odorē? Nunquid laudabit te Domine, qui in peccatis conceptus est, & natus, & nutritus? Non est enim speciosa laus in ore peccatoris? Laudet te Domine Deus meus incomprehensibilis potentia tua, incircumscriptibilis sapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te supereminens clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoque virtus, & diuinitas tua, laudet te omnipotentissima fortitudo tua, summa quoque benignitas tua, & charitas tua, propterquam creasti nos Domine Deus vita animæ nostræ. Et rursus ibidem: Non valeo laudare te sine te, habeam te, & laudabote. Quid enim ego ego sum Domine per me vt laudem te? Nunquid tenebræ laudabūt lucem? aut mors vitam? Tu lux, ego tenebræ, tu vita ego mors: nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu
es veri-

D. Aug.

³
Dubij solu
tio.
D. Greg.

es veritas, ego homo similis factus vanitati. Quid ergo Domine, laudabo te nisi tu adiuues me. Ex his iã ad dubirationẽ respondere licebit. Vt enim ait Gregorius libro. 9. moral, & loco prædicto, propterea regius vates dicebat. Confitebor Domino secundum iustitiam eius, quia ille hoc facit, qui se succumbere in eius laudibus cõsiderat, & qui propterea ad eas annunciandas à Deo auxiliũ implorat dicens illud Augustini. Quid ergo Domine laudabo te, nisi tu adiuues me? Et rursus Non valeo laudare te sine te, habeam te, & laudabo te. Quid enim ego sum Domine per me, vt laudem te? Ad quem modũ hic ait Dauid.

Psal. 149.

Domine labia mea aperi, per gratiam: qui aperis manum tuam, & imple omne animal benedictione: & tunc ore meo laudem tuam prædicabo. Ille ergo laudem Dei anuncabit, cumque secundum iustitiam suã, & multitudinẽ magnitudinis eius laudabit qui merte perpenderit & attente cogitauerit Deum infinitis laudibus dignum esse cum ea cogitatione, de qua di-

Psal. 25.

Eccles. 43.

ctum est *Psal. 25.* Cogitatio hominis confitebitur tibi. Et consideratione eius *Eccles. 43.* nempe. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis. maior est enim laude. Et licet nimis eundem laudet, semper tamen cogitabit se minus debito parumque iptum laudasse, ac proinde ipsummet magis ac magis laudare curabit. Quod se optime sentire ostendit Augustinus cum in meditationibus ait: Immensus es

D. Aug.

⁴
Non est spe
ciosa laus in
ore peccato
ris.

Psal. 32.

Domine, & ideo sine mensura debes amari, & laudari ab ijs, quos precioso sanguine redemisti. Postulat itaque à Deo, vt ipsi gratiam ad eundem laudandum impertiatur: quia, vt ait *Psal. 32.* Rectos decet collaudatio seu, vt habet alia translatio, & cõ-

textus

textus Græcus: Rectos decet laudatio: nec est speciosa laus in ore peccatoris, vt supra dictum est. Genes. 3. ponderat glossa ordinaria, quod qui primus nomē Dei nominauit fuit dæmon cum mulieri dixit: Cur præcepit vobis Deus, &c. Et, qui primus Christum Redemptorem nostrum Iesum Nazarenum nuncupauit fuit etiam dæmon, vt patet Luc. 4. vbi dicitur. *Luc. 4.* Erat homo habens dæmoniū immūdum, & exclamauit voce magna dicens: Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Et ibidē narratur, quod cum exirent dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei increpās nō sinebat ea loqui, quia nimirum Domino non placebat, nec, vt placet res tam improba, tam immunda, & execranda sicut est dæmon, ipsum nominaret, nec laudaret. Quapropter sanctus Oseas cap. 14. ait: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, reddemus vitulos labiorum nostrorum. Ideo igitur Deum laudarus petit ab eo, vt per gratiā ipsius labia aperiat. Quod si ipse aperuerit labia, suum cor per os laudē Dei, quæ est plenū, absque dubio eructaturū esse affirmat. Ps. 44. similiter ait: Eructauit cor meū verbū bonū. Verbum autē bonū est psallere nomini Domini altissimi: sicut enim doliū optimo vino refertū, si aperiat, illud etiam vinum bonum statim exit: Sic ex se quem maximo laudandi Deum desiderio affectum innuit, ipsius Dei laudem per os emanaturam esse promittit, si labia eiusdem per diuinā gratiam aperiantur. De Zacharia dicitur Luc. 1. quod apertum est illico os eius, & loquebatur benedicens Deū Psal. 64. Vbi editio vulgata habet. Te decet hymnus Deus in Siō transfert D. Hieron. Te decet silentiū laudis in Siō.

Ose. 14.

*Ex abundā
tia cordis os
per gratiā
apertum lo-
quitur Dei
laudem.*

*Psal. 44.
Simile.*

*Luc. 1.
Psal. 64.
Hieronymus*

Y

Quia

- Ecclef. 43.* Quia nimirū vt ex *Eccle. 43.* relatū est, Deus est maior laude. Quod intelligens Dauid, & non audens in infinitam laudē Deo debitā se intromittere, dicebat: Si aperueris mihi per gratiam labia mea, magno feruore in laudē tuam verba bona eructabo. Quā apertionem postulabat Paul. *Ephes. 6.* vt detur (inquiens) mihi sermo in adapertionē oris mei. Eamq; pollicebatur Deus Moyfi *Exod. 3.* dicens, Ego aperiā os tuū & instruā te quę oportet te loqui. Et quemadmodū ille, cuius labia Deus aperit, loquitur benedicēs Deum id, scilicet, quod in corde habet: sic ille, cuius labia dæmon similiter aperit, mendacia loquitur, & contra proximū effranato impetu insurgit, eiusq; famam in ictu oculi euertit. Dixit enim aliquando falsis prophetis Acab, vt refertur. *3. Reg. 22.* Ego spiritus ero mendax in ore omnium prophetarum eius. Et *Prouerb. 15.* dicitur, Os stultorum ebullit stultitiam. Et *Psal. 7.* Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Vbi simul est notandum, quod quia ex abūdantia cordis os loquitur, vt dixit Christus *Luc. 6.* & Qui de terra est, de terra loquitur, *Ioan. 3.* & *Eccle. 11.* etiā dicitur, Cor fatui quasi vas cōfractū, sicut vasis sonitus ostēdit illud esse cōfractū: sic murmuratio, & alia verba pernicioſa plane ostendunt eū, qui ea loquitur animā cōfractā habere. Vnde fit, vt os vniuscuiusque hoc est, loquela, quisnam ipse sit, & eius cor plane ostēdant, quidquid ipse dissimulare conetur. Sicut ancilla illa ostiaria *Matt. 26.* Petro dixit. Tu Gallilæus es; nam & loquela tua manifestum te facit: sic vnicuique auditis, & consideratis eius verbis dici potest; Bonus es, vel malus es; de cælo es, vel de terra es: quia qui de terra est, de ter

6
Os à dæmone apertum loquitur mala, quibus corintus ple num est.

3. Reg. 22.
Prou. 15.
Psal. 7.

7
Loquela vniuscuiusque ipsum manifestat.

Luc. 6.
Eccle. 11.
Simile.

Matt. 26.

ra loquitur: cæleſtis namque lingua tota in laudibus ſui creatoris verſatur, inferni vero lingua in blaſphemias, mendacia & detractiones prorumpit. Quando horologium rotas, artificium, & quæ intrinſecus latent, recte compoſita habet, recte etiam extrinſecus, & ordinate ſonat, & econtra. Ad quem modum vnusquisque in verbis compoſitis ad ædificationem proximi aptis, & in laudibus Dei annūciandis, quod intus habet palam manifeſtat. Dixi autē ſupra quidquid ipſe diſſimulare conetur, quia quæcūque ipſius tribulatio quānam ipſemet ſit patefacere ſolet.

Simile.

• Pſytaci namque inſtar hominum ſolēt loqui eorum que verba pronunciare, & loquelā exprimere alijsque diuerſis auiſibus in cantu aſſimilari. Quod ſi cos quocunque modo lædas, ad naturam ſuam ſtatim reuocati, iam non hominis, ſed Pſytaci vocēs emittūt. Ad quem modum ficti, & ſimulati homines, qui ad diſſimulationem ſuæ iniquitatis bona interdum verba loquuntur oblata aliqua occaſione ex ijs que ipſos commouere ſolent, illico mortiferum venenū per os emittunt.

Simile.

Sed quomodo petit à Deo Dauid, vt ipſius labia aperiat: ſiquidem hanc petitionem facere nō poſteſt ipſis occluſis? Seu ad quid petit quod iam habet? petit enim vt labia aperiat, quæ hoc petēs aperta iā habet. Propterea nimirū labia ad petēdū aperta habet, quia ad hoc idē illorum apertionem à Deo poſtulat. Tātum enim deſiderat Deus ea, quæ ad ſalutem noſtram ſpiritualem ſpectāt, vt ſimul ſit ea ab ipſo petere, & cōparare: imo ſi ita dici poſteſt prius ſit ipſa homines conſequi, quam poſtulare. Id quod plurimis ſcripturæ ſacræ locis plane confirmari

*Facilitas
p̄p̄t̄itudo
Dei in con-
cedēdo quod
ab ipſo peti-
tur.
Dubium.
Reſponſio.*

Y 2 poſteſt

- Luc. 7.* potest. Nam *Luc. 7.* habetur. Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus in domum Pharisei discubuit. Vbi non dicitur, rogauit, & discumbebat, quod videbatur dicendum: vt, scilicet, significaretur quod nondum perfecte rogauerat, & petierat, cum iam perfecte comparauerat, & adeptus fuerat. Similiter *Psal. 31.* habetur. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Vbi non dixit, quia confitebor ignoscas, sed quia confitebor ignouisti, &c. Et *Isai. 30.* ad vocem clamoris tui, statim, vt audierit respondebit tibi. Vbi similiter non dixit ad verba, quæ præsupponunt vocem, sed ad vocem, quæ præcedit natura saltem verbum. Sed *Isai. 65.* aliquid amplius habet capite. 65. nempe. Eritque ante quam clament, ego exaudiam. Quibus in locis manifeste perspicere possumus Deum sic in nostræ salutis studium esse propensum, vt perfecte sæpe nobis concedat, si ad ipsam conducat, quod imperfecte petimus, quodque desiderare seu postulare incipimus. Quam obrem accommodate Deo dicitur *Psal. 138.* Imperfectum meum viderunt oculi tui. Ad hunc igitur modum qui laudando Deum dixerat: Exultabit lingua meæ iustitiâ tuâ, & ad te laudandû labia mea aperi: quod nisi apertis labijs dicere non potuit, vel priusquam peteret, vel saltem simul cum petitione, illud à Deo consecutus est. Id quod maximam ipsius misericordiam, pietatem, & liberalitatē in nos manifestat.

Psal. 140. Quæret tamen aliquis, quare hic petat Prophetam à Deo, vt ipsius labia aperiat, cū *Psal. 140.* contrarium ab ipso postulet. Air enim ibi, Pone Domine

custo-

custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Quod etiam eccles. 22. se desiderare significat dicēs: Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum, &c. sed nihilominus ad hoc, vt respondeatur est notandum inter tempora, quæ rebus assignantur Eccles. 3. etiam tempus tacendi, & tempus loquendi assignari. Vnde non minori Dei auxilio indiget homo ad hoc, vt tempore tacendi, taceat, quam ad hoc, vt tempore loquendi, loquatur. Maxima quidem hominis infirmitas, & admodum periculosa eidem est, esse ipsum mutum quando, vt loquatur ratio postulat. Eam enim ob causam dæmoniacus ille, quem Dominus à dæmone liberauit solum refertur esse mutus Luc. 11. vbi dicitur. Et illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus: cum tamen fuisse eum surdum ex Matthæo constet, & fuisse simul cæcum Chysostomus affirmet. Quo significatur tantum malum esse, mutum loquendi tempore existere, vt respectu illius illa alia non reputentur mala. Quod Christus Dominus insinuauit Marc. 7. cum quendam mutum, cuius linguam tetigit curaturus eam, suspiciens in cælum, ingemuit: significans dignum esse illud malum quod gemitibus, & lachrymis profequamur. Quod Isai. cap. 6. acerbissime ingemiscens significat, dum ait. Væ mihi, quia tacui, quia vir polutus labijs ego sum. Et D. Augustinus in suis meditationibus cum ait: Vt tacentes de te Dñe quoniã ipsi loquaces muti sunt cū nō tuas laudes dicūt. Qua infirmitate affectū se esse ostēdebat David dicēs Psal. 37. Ego autem sicut mutus non aperiens os iuum: & Psal. 38. Obmutui, & humiliatus sum & silui à bonis

Eccles. 22.

Eccles. 3.

Quam vtile est loqui tempore loquendi est perniciosum eodem tempore tacere.
Luc. 11.

Marc. 7.

Isai. 6.

D. Aug.

Psal. 37.

Psal. 38.

Pro. 31.

Simile.

Simile.

Prou. 20.

10
 Quod nam
 sit tempus
 tacendi &
 quam diffi-
 cile in eo si-
 lere.

Vatablus.

Cato.

Iob. 39.

Psal. 38.

& dolor meus renouatus est. Vt autem talis morbus curetur, faciendum est, quod Prouer. 31. dicitur, nepe; Aperi os tuum mute, & discerne quod iustum est Iustum est autem, quod reus se ipsum accuset. Sicut apostema intus congregatum, per apertionem purgatur, ne ipsius veneno moriatur corpus: sic ne apostema peccati existens in mente animam funditus occidat, cor ipsius animæ per labia, & os, hoc est per confessionem, & orationem aperiri debet. Et rursus sicut sapenumero per sanguinis emissionem quando scinditur vena, corpus à morbo liberatur: sic etiã quando sanguis, hoc est peccatum (id enim significat sanguis, vt supra diximus) emittitur per apertionem oris, de qua dicitur Prouerb. 20. quod vera vitæ est os iusti, hoc est per confessionem, & orationem ad Deum factam, ipsa anima salutem consequitur. Quia vero hæc labiorum apertio, ratione cuius iustus dicit illud ludicum. 11. nimirum: aperui os meum ad Dominum, fieri non potest sine Dei fauore ideo illud à Deo Dauid postulat.

Est etiam tempus tacendi, seu silentium postulans, in quo silere est difficillimum, lingua insipiens (vt ait Eccles. cap. 5.) subuersio est ipsius. Vbi Vatablus vertit, linguam præcipitat hominem sicut equus effrænis. Quod etiam intelligens Cato dicebat. Virtutem magnam esse puto, compescere linguam, quam propter sanctus Iob, licet vir simplex & rectus esset, ac timens Deum cap. 39. dicebat, Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterum quibus ultra non addam. Hanc ergo facilitatem delinquendi, & peccandi periculum in labijs, & ore constitutum considerans Dauid dicebat Psal. 38. dixi, custodiam vias meas.

meas, vt non delinquam in lingua mea. Et Eccleſ. c. 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum, vt non cadam in iſtis, & lingua mea perdat me. Propterea igitur, qui hoc loco dicit, Domine labia mea aperies: per gratiam, ſcilicet, quando tempus loquendi, id poſtulauerit, dixit etiam Pſal. 140. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantię labijs meis, ne declinet cor meum in verba malitię, &c. Per gratiam etiam quando ſimiliter tempus tacendi illud requiſiuerit.

Pſal. 140.

Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quaſi dicat, ſi me à ſanguinibus, hoc eſt à peccati vinculis eripueris, exultando conſitebor tibi ſecundum iuſtitiam tuam, & ſi per gratiam os meum aperueris, laudem tuam annuntiabo. Ad quem modum Diuus Auguſtinus lib. confeſ. conſiderans ſe à peccatis liberatum, magna lætitia affectus canebat illud etiam Dauidis: Dirupifti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis Pſal. 115. In quo perſpici poteſt laudem Dei cum lætitia iuſtorum eſſe coniunctam, & ſimul eſſe lætitia iuſtos perfrui, & eiufdem Dei laudem annuntiare & exaltare. Vnde Pſalm. 58. vbi nos legimus, Exultabo mane miſericordiam tuã, alij trãſferunt, Exultabo mane miſericordiam tuam & ſic eſt in contextu Græco, & Beatus Hieronymus ſic ex Hebræo legit, Laudabo mane miſericordiam tuã. Et Pſ. 65. vbi etiam legimus. Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea, habet alia tranſlatio, Ad ipſum ore meo clamaui, & laus eius ſub lingua mea. Seu vt habent Græca, & legit Diuus Hila-

ii
Simileſt in
iuſtis Deũ
laudare &
lætitiã per
frui.

D. Aug.

Pſal. 115.

Pſal. 58.

D. Hieron.

Pſal. 65.

D. Hilar. rius, & Augustinus, vbi nos habemus. Et exultavi
D. Aug. sub lingua mea, legūt illi, & exultavi sub lingua mea:
Isai. 54. Et Isai. 54. vbi nostra editio habet. Lauda sterilis, &
 quæ non parit; habet alia translatio, Lætare sterilis,
 & quæ non parit, quod etiam habet Græcus contex-
 tus. Quæ omnia plane sonant laudem Dei esse nos-
 tram lætitiã, eius exaltationem esse nostram exul-
 tationem, seu, quod idem est, exaltationem, & laudẽ
 Dei exteriorem, quæ ex spiritus feruore procedunt,
 promanare ex singulari lætitiã interiori eius, qui eã
 dem laudem, & exaltationem decantat, quod Dauid
Psal. 103. clarius Psal. 103. dicit, nempe. Iucundum sit ei elo-
 quium meum; ego vero delectabor in Domino. Et
1. Cor. 14. Paul. 1. Cor. 14. Qui in mærore est psallat. Imo & be-
 ati in cælo laudando Deum, maxima voluptate per-
 fruuntur iuxta illud; Beati qui habitāt in domo tua
Psal. 83. Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Quod
Apoc. 4. Apocal. 4. & 5. cap. plane significatur dum i bi dicitur,
et 5. quod animalia illa mysteriosa, requiem non ha-
 bebāt die ac nocte dicentia, Sāctus, sanctus, sanctus
 Dñs Deus omnipotēs, & quod senes venerādi cāta-
 bant canticum nouum dicentes. Dignus es Domi-
 ne, &c. Et infiniti Angeli dicebant, dignus est ag-
 nus, qui occisus est, accipere virtutem, honorem, &
 gloriam & benedictionem, &c. Et rursus cæteri om-
 nes dicebāt, Sediti in throno, & agno benedictio,
 & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.
 Qui itaque laudes Dei annunciant beatos in terris
 imitantur, & quodammodo eorum beatitudinem
 participant. Eo enim ipso quod Deum laudant, quia
 eodẽ à peccatis liberauit, lætitiã singulari afficiun-
 tur, quæ cum ipsis laudibus semper est coniuncta.

Intel-

Intelligēs autē Dauid quanta ad Deū laudādū obli-
gatione vnusquisq; teneatur, ait etiā Psal. n8. Septies
in die laudē dixi tibi. Quæ verba explicans B. Basil.
inquit: Septies in die laudē dicere, est sæpenumero
Deum laudare quoniā septenarius numerus vniuer-
sitatē designat, id est, semper, & omni tēpore, quo cō-
gruum erat ab alijs vacare, laudēque tuas decātare.
Quod Psal. 33. etiā significauit Propheta dicēs, Bene-
dicam Dñm in omni tēpore, semper laus eius in ore
meo. Quā obrem etiā Psal. 148. omnes creaturas irra-
tionales, & insensibiles, interquas enumerat draco-
nes, & abyssos ad Dñm laudandū inuitat. Ex quo col-
ligi potest, quanto potiore, & equiore iure ad laudes
Dei decātādas creaturę rationales, quales sunt homi-
nes, teneatur. Quod vt melius intelligatur, est notan-
dū, homines nō solū propter se laudes Deo debere,
sed etiā propterea quod ipsi solēt esse in causa, prop-
terquā reliquæ creaturæ à Dei laudibus cessent. Si
nanq; attente cōsiderauerimus absq; dubio intelli-
gemus, quod omnia, quæ Deus in hac rerū machina
creauit, quādo in his operationibus, ad quas produ-
cēdas creata sunt, occupātur, linguas quasdā habēt,
quæ laudes Dei, quodā modo loquuntur, cœli enim
enarrāt gloriā Dei, vt alibi dicit Propheta. Quod simi-
liter affirmandū est dereliquis creaturis irrationali-
bus. Quādo vero eas homines ad suū cōmodum, ser-
uitiūq; adhibēt nimirū aucupādo aues, capiēdo pis-
ces in suā sustentationē, carpēdo rosas, & flores, vel
quācunq; herbā in suam voluptatē & recreationē
simul efficiunt, vt creaturæ illę cessent ab eo laudan-
di modo, quo creatorē suum odore, pulchritudine,
suauitate, aut motu laudabant. Quapropter ipsi pro-

12
*Sæper Deus
laudādus est
Psal. 118.
B. Basil.*

Psal. 33.

Psal. 148.

13
*Non solum
propter se
sed etiā pro-
pter creatu-
ras, quibus
vitur de-
bet homo
Deum lau-
dare.
Psal. 118.*

illis obligati remanent, ad laudes illas Domino dandas, quas eadem creaturæ illi reddebant. Cuius rei appottitissimum exemplum Iosue. 10, sacris literis proditum reperitur. Volens sanctus Iosue solem detinere, locutus est (vt ibi habetur) ad Dominum, dixitque coram filijs Israel, Sol contra Gabaon ne mouearis. Quod Paraphrasis Chaldaica explicans, sic transfert. Laudabat Iosue coram Domino Iehouah. Et ait: Sol contra Gabaon ne mouearis: Sol quando oritur mane, vsque ad vesperam quando occidit continuo tenore Deum laudat. Quam obrem dixit Dauid Psal. 112. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini: vel, vt aliter transferri potest, à solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen Domini, quia continuus motus solis ab oriente versus occidentem est laus quædam domini continua. Cum ergo sanctus vir præcepit soli, vt ad suum seruitium, & commodum detineretur, illuminans, videlicet, Israelitas, qui Reges quinque e prælio fugientes persequebantur, sic se habuit ac si aliquomodo silentium imponeret vocibus, quas sol suo rapido cursu in Dei laudes emittebat. Intelligens igitur sui causa Solem esse taciturnum, incepit eas voces proferre, quas sol in Dei laudes prolaturus erat, atque ita dicitur. Laudabat Iosue coram Domino Iehouah. Adquem modum quando vnusquisque rosam seu florem carpit, & ad nares admouet, quia silentium imponit laudibus, quas flos, seu rosa illa suo odore seu pulchritudine Domino dabat, obligatus remanet, vt eas Domino reddat, ipsumque pro illis assidue collaudet. Veruntamen tanta est peccatoris iniquitas, & peruersitas, vt non solum huius obligationis nõ recordetur, sed

sed etiam creaturas ipsas in seruitium suorum vitio-
rum, & vanitatum conferat. Quam obrem Paulus
Profopocia quadam elegantissima Rom. 8. ait: Va-
nitati creatura subiecta est non volens. Et statim adie-
cit: Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad-
huc. Nunquid non est vanitas peccatorem ventrem
suum Deum facere? Hæc ergo vanitas in causa est,
vt homo faciat animantia, fructus ac quæcūque alia
mundi condimenta appetitui suo inferuire. Nonne
est vanitas hominem felicitatem suam constituere
in componendo curioso corpus, eique deliciose in-
dulgendo? Huic igitur vanitati facit seruire aurum,
argentum lapides preciosos, pannos sericos, & cæte-
ra preciosa ornamenta, & sic de cæteris huiusmodi
se res habet. Quam ob causam creaturæ omnes irra-
tionales quasi cognoscentes se subijci vanitati homi-
nis, se inhonoratas, & iniurijs lacepsitas quodam mo-
do putant & sentiunt, atque ita afflictæ voces in Deū
emittunt. Et hoc videtur significare Apostolus dū
ait, Vanitati creatura subiecta est non volens, inge-
miscit & parturit vsque ad huc. Imo aliquid amplius
quam creaturas esse subiectas vanitati videtur signi-
ficasse Ecclesiastes cap. 1. nimirum eas effectas esse ab
homine ipsammet vanitatē: ait enim. Vanitas vani-
tatum, & omnia vanitas. Non vocat autem omnia
vana, quia arbores fructus non producant, tellus ster-
tilis existat, planetæ non illuminent, nec influant, &
flumina non labantur (hæc enim omnia illas produ-
cunt operationes ad quarum productionem condi-
ta sunt) sed omnia quæ in mundo continentur, vana
appellat, quia homo dum eisdem vane vtitur, ipsa va-
na esse facit. Adquem modum vanū esset, & inutile
totum

14
Abuens ho-
mo creatu-
ris easdem
vanas red-
dit & vani-
tati inferui-
re facit.
Rom. 8.

Eccles. 1.

Simile.

ad instaur.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.
-m. 15. 10.

Luc. 15.

totum horologij artificium, si horologium ipsum horas sonare non faceret. Omnia enim elementa in suis operationibus, & cæli in suis motibus sunt quasi rotæ horologij, & omnis hæc tótius mûdi harmonia est, vt horologiû sonare faciat, hoc est, vt homo Deû laudet, & glorificet, quod si hoc ipse homo non facit illa omnia vana, & inutilia sunt. Quod colligi potest ex Luc. 15. cap. vbi narratur filius prodigus patri suo dixisse: Peccavi in cælum, & coram te. Abutendo enim portione substantiæ suæ, & creaturis in quibus ipsam consumpsit, & lumine solis in die ad tendenda retia, & absentia eiusdem in nocturnis tenebris ad eadem retia extrahenda captandumque quod desiderabat à diuinis laudibus simul cessabat. Quod qui cunque peccans similiter facit. Ac proinde se in cœlum etiam peccasse dixit, quia ipsum vanum, & cæteras creaturas vanas reddit: quia ex eisdem non eduxit illud commodum eamque vtilitatem laudâdi earum factorem, quam ipse factor, & creator earum dē ipsas creando, & conseruando intendit. Ne igitur. Dauid sic se habeat, se diuino fauore adiutum laudē Dei annūciaturum esse pollicetur hoc loco & Psal. 33. similiter dicit. Benedicam Dominum in omni tē pore, semper laus eius in ore meo.

15
Quantū bo-
num sit esse
quod habe-
mus & quā-
tum pro eo
Deum lau-
dare debeat-
mus.

Duplex præterea esse accipit vnusquisque à Deo, ratione cuius ab eiusdem Dei laudibus cessare illi est indecorum & maximo vitio vertendum. Primum esse, est esse naturale, quod tanti facit vnusquisque vt quanlibet rerum omnium iacturam, maximum lucrum pro eo reputer. Ad illius enim cōseruationem quando ægrotat medicis facultates impēdit, naufragans partas nimio labore merces in mare proicit,

INUITO

reus

reus mortis dilectā patriam deserit, ne iudex ipsum apprehensum interimat, mortemque parentum, cognatorum, amicorum, & etiam filiorum patienter tolerat, vt incolumis maneat. Quam obrom. *Job. 1.* dicitur, Pelle pro pelle dabit homo, & cuncta, quæ possidet pro vita sua, ideoque mors omnium terribilissimum esse dicitur, quia priuat eo esse cum quo omnia simul amittuntur. Quod innuitur *Pl. 48.* ubi dicitur de damnatis. Mors depalcet eos. Et expressius significatur *Matth. 27.* ubi etiam dicitur. Melius esset ei si natus non fuisset homo ille. Quia vero non esse, tantum malum est, exinde sub infertur quā magnū bonū è cōtra sit ipsum esse. Adeo nāq; mag-
Exod. 3. nū bonū est vt ipse quoq; Deus *Exod. 3.* de eo maxime gloriatur, dū, quasi ab excellētiori esse. denominetur, vt reuera denominatur, inquit. Ego sū, qui sū. Dicēs. Qui est misit me ad vos. Quod quidē verissime dixit, quia ipsius solius est propriū ipsum esse, Ex nobis nanque creaturæ, non sumus: & qui existimat se aliquid esse cum nihil sit, vt ait Paul *Galat. 6.* ipse se seducit, sed ex nihilo cuncta creauit omnipotens, vt habetur *Sapient. 1.* Qui portat omnia verbo virtutis suæ, vt etiam dicitur *Heb. 1.* Et cum esse quod habemus, & quidquid sumus ab eo receperimus sui diuini esse participes. nō dubium est, quin incessabilibus vocibus eidem gratias, & laudes reddere debeamus, siquidē qui nihil eramus, tantum bonum, quātum est esse de eiusdem esse accepimus. Creaturæ enim intellectu carētes, quia sunt, suo modo Dei gloriam enarrant. Cæli enim, vt dicitur *Pl. 18.* enarrant *Pl. 18.* gloriam Dei, &c. Et propterea ad idē faciendum *Danielis. 3.* quæcunque creaturæ inuitantur, sicut ad laud-

Psal. 99.

*16.
Multo magis debemus Deo quā parentibus, quia ab eodē præter esse naturale gratuitum etiā accepimus.
1. Mach. 7.
Deuter. 32.*

1. Cor. 15.

Rom. 8.

laudes cuiuscūq; diei ab Ecclesia recitatur. Quāto igitur potiore iure tenentur hoc facere homines qui ad imaginem & similitudinē Dei facti, multo nobiliter esse acceperunt. Quibus propterea dicitur Psal: 99. introire in conspectu eius in exultatione, quoniam ipse est Deus qui fecit nos, & non ipsi nos. Vnde si carnalibus parentibus nunquam reddemus satis quia nos gignendo initium nostri extiterunt multo quidem minus digne soluendo erimus Deo qui principalis nostri esse causa factor, & pater existit. Sicut significauit mater Machabæorum libro. 1. cap. 7. dum confortans filios ad martyrij constantiam, eisdem dixit. Non ego spiritum, & vitam donavi vobis, nec singulorum membra ego ipsa compegi, sed Deus: ego nescio qualiter in utero meo apparuistis. Vnde etiam delicta nostra, & ingratitude nostra contra Deum, qui nobis esse istud dedit, maxime aggrauatur. Quamobrem Moses Deuteronom. 32. ex eo peccatum populi nimis exaggerat dicens. Nonne ipse fecit te, & creauit te. Deum qui te genuit dereliquisti? Et oblitus es creatoris tui? Ecce quātum bonum sit naturale esse quod à Deo tanquam ab ipsius fonte, & principali causa accepimus, & quanta ingratitude sit pro tanto beneficio accepto cū cæteris creaturis irrationalibus, nos rationis capaces eidem gratias, & laudes non dare, sed quia etiam gratuitum, & supernaturale esse gratiæ ab eodem solo accipimus: ratione cuius dicebat de se Diuus Paulus: Gratia Dei sum id quod sum quasi esse naturale respectu ipsius, nullum esse reputaret. Et Rom. 8. Certus sum, quia nec mors, nec vita poterit me separare à charitate Dei: quasi mortem, quæ

quæ priuat ab esse naturali pro conseruatione esse gratiæ & charitatis non reformidaret. Ideo pro eodem gratuito esse, semper laus Dei debet esse in ore nostro, & in omni tempore os nostrum eandem debet annunciare.

EXPLICATIO DECIMISEPTIMI versus.

Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem: utique holocaustis non delectaberis.

Hoc est. Dico autem me laudem tuam annuclaturum, potius quam externum aliquod sacrificium oblaturum. Quasi pro expiatione peccatorum meorum à me exegisses sacrificium aliquod externum, obtulissem sane illud, verum holocaustis non perse delectaris, nec a deo tibi placent, vt per ea, peccata apud re purgentur & dimittantur.

Inuit hoc loco laudem cæteris externis sacrificijs esse Deo gratiorem, quam etiam se tanquam sacrificium fore Deo oblaturum dixit Psal. 115. vbi habetur: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Oseas etiam cap. 14. ait: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et Psal. 49. dicit Dominus. Immola Deo sacrificium laudis, significans sibi nullum esse vsum aliorum sacrificiorum, de quibus ibi copiose mentio fit

¹
Laudē Deo
dare est ipsi
sacrificium
offerre.

Psal. 115.

Ose 14.

Psal. 49.

Iansen.

fit, & si talis ei usus esset, tam abunde sibi esse rerum sacrificandarum usum ex se metipso, vt ea ab alio non sit opus accipere, & propterea pro illis Deo (qui bonorum hominis non eget, & à quo illi omnia bona proueniunt) esse in sacrificium actionem exhibendam, ibi, inquam dicit Dominus; Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Quasi dicat (vt interpretatur Iansenius) sacrificiū laudis glorificabit me apud homines; & in eo sacrificij genere est via per quā ego aliquādo ostēdā illi qui in eo sacrificio occupatur, salutē meā sempiternam, quam nullus oculus vidit quam & impiorū oculi nūquam videbunt. Reiectis itaque sacrificijs, vt adnotat ibi idem autor, quæ videri poterāt offerri quasi illis Deus indigeret: sicut illa Dijs hominibus que offerri solent ea cōmode requirit sacrificia quibus testamur omnia nobis à Deo prouenire, & nos eius donis indigere, qualia sunt sacrificium laudis & cū pro perceptis, & percipiendis beneficijs vota illi persoluimus, illumque pijs precibus in necessitate inuocamus. Ideo igitur dicit regius Psaltes se laudē Dei annunciaturum, quia ea laudis annūciatio quæ sacrificium quoddam est, Deo etiam est gratior ceteris alijs sacrificijs externis.

²
Sacrificia veteris legis gratiam nec habebant, nec dabant sicut sacrificia noua.
 Genes. 4.

Insinuat autem Deum sacrificia non velle, nec holocaustis delectari, quia sacrificia veteris legis desinebant non erāt Deo placita sed solū ex fide deuotioneque offerētium. Acceperat enim Deus eo tēpore sacrificia piopter offerentem, & non offerentem propter sacrificia. Propter quod Genesis. 4. dicitur, quod respexit Dominus ad Abel, primo, scilicet, & consequēter ad munera eius, mimirum ad sacrificia. E contra autem

autem de ſacrificijs nouæ legis, vt pura de Euchariftia, quæ à quocumque offeratur, Deo eſt acceptiſſima. Et eam ob cauſam Paulus ſacramenta veteris legis vocauit infirma, & egena elementa, quia videlicet, nec vires gratiæ, nec diuitias donorum cœleſtium habebant. Sacrificia autem nouæ legis, & gratiam continent, & eam vere ſuſcipientibus conferunt, vt ait Concilium Florentinum. Nec propterea ſunt vaſa vacua & egena infirmaque, ſiquidem gratiã in ſe continent, & conferunt, per quam animæ vires adminiſtrantur. Præcepit oliu, vt. 4. Reg. cap. 4. habetur propheta Helifæus viduæ cuidam pauperculæ vt vaſa commodata peteret à notis, & ſuper ea deſtillaret oleum de lechyto quouſque implerentur, & ex eo venderet, & ſolueret creditoribus quæ debebat vir eius, & ex eo quod ſuper eſſet, ipſa, & filius eius ſuperſtes viuerent. Inſtar viduæ erat ſynagoga, quia nondū ſponſum Chriſtū Dominū acceperat, & libellū repudij ei dederat prior maritus ſecundū illud Iſai. 50. Quis eſt iſte liber repudij, quē ego dedi matri veſtræ? Erat pauper, quia lex gratiam non conferbat, nec poterat Adami debitum perſoluere, nec ſibi, animæque ſuæ prouidere. Habebat etiã vaſa comodatã, quia legē vſque ad Chriſtum comodatã habebat. Lex enim Chriſti eſt vera & æterna poſſeſſio: lex vero vetus & propheta vſque ad Ioannē, qui iam Chriſtum præſentem annunciabat. Venit autem Chriſtus Dominus, & ex corpore ſuo tanquam ex lechyto oleum ſanguinis ſui effudit, & adimpleuit vaſa vacua. Et ex eo oleo, & ſatisfacere pro originali & actuali peccato poſſumus, & viuere de reliquo Deo grati, & accepti. Vnde ipſe Chriſtus Dominus

*Conc. Flor.**4. Reg. 4.**Iſai. 50.**Matth. 12.*

Z

dixit

dixit, se nō venisse soluere legem, sed adimplere eā, quia quod eidem de erat, ipse supplere voluit. Quia ergo sacrificia legis veteris multo aliter se habentia, quia infirma & egena erant non valebant, nisi ex deuotione offerentis, ideo Dauid quasi reputans se esse ante sui peccati remissionem significabat se non esse in statu offerendi sacrificia, quæ Deo accepta essent. Et propterea dicit. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique, scilicet, pro peccato meo.

3
Ad quid videantur fuisse instituta sacrificia veteris legis.
Leuit. 4.
Num. 15.
Num. 15.

Præterea Leuit. 4. & Numer. 15. sacrificia videntur instituta fuisse, non in omnium, sed aliquorum peccatorum remedium. Si namque peccata erāt per negligentiam, vel ignorātiā commissa, vel si erant leuia licet per malitiā patrata, sacrificia quidem ad talium peccatorum remedium erant instituta quo tamen carebant atrocia, & grauiā, quæ erant furta, homicidia, & huius generis alia. Cui consonat illud Num. loco citato, nempe: Anima vero, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Quia igitur peccatum Dauidis grauiſſimum homicidiū fuerat, quod in innocentem Vriam atrociter exercuerat: ac proinde per sacrificium curari non poterat, ideo ait, si voluisses sacrificium pro peccato meo, dedissem vtique illud pro eo: sed propterea illud tibi non dedi quia intelligebam tibi pro tam graui tamque atroci peccato non fore acceptum.

4
Ex defectu intentionis errabat populus Israeliticus aliquid quando in offerendis sacrificijs.

Arbitrabatur denique Israeliticus populus vana opinione seductus per sanguinem potius vitulorum seu hircorum, quam per veram cordis contritionem peccata.

peccata esse remittenda. Quem errorem, ut Dominus cohiberet, dicebat Psal. 49. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Insinuās talia sacrificia sibi minime placere: quia ea intentione sibi non offerebantur, qua offerri debebant.

Ad quem modum per Isaiā. c. 1. ait, quo mihi multitudinem victimarum vestrarum: plenus sum. Holocausta arietum, adipem pinguium, & sanguinem hircorum nolui. Ne offeratis mihi hæc ultra. Et per Amos. c. 1. Si obtuleritis holocaustomata, & munera vestra, non suscipiam. Et Hier. 6. Holocausta vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Et Psal. 39. Sacrificium: & oblationem noluiisti. Et paulo post: Holocaustum, & pro peccato non postulasti. Ideo igitur ait hic propheta: Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis. Vbi etiam est notandum, non dicere, non delectaris, ut innueret, ea sacrificia pro illo tempore non omnino Deo inuisa, sed non delectaberis: alludens nimirum ad tempus Messiaë futurum: in quo verissime dicendum erat illud Pauli. 2. Corint. 5. Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Sicut enim peritus pictor volens imaginem quandam fingere omnibus numeris absolutam, prius præparat tabulam efficiens in ea lineas rudi quodam carbone, non quæ permaneant, sed quæ vsque ad colorum picturam solum durent: imaginē vero perfectā, lineæ illæ euanescent. Ita sapientissimus Deus admirabilem legem gratiæ conditurus, instituit prius veteris legis sacrificia, & ceremonias tanquam lineas, & ymbra, quæ vsque ad viuorum, nitidorumque colorum pi-

*Isai 1.**Amos. 1.**Hiere. 6.**Psal. 39.*

§

Fuerunt sacrificia veteris legis figura & ymbra sacrificiorum nouæ.

*2. Cor. 5.**Simile.*

sturā duntaxat perduraret. At consummata noua
 lege enunciatoque sancto Christi Euangelio, om-
 nia illa vetera lineamenta euauerunt. In agno nan-
 que immolato adumbrabatur Iesu Christi Seruato
 ris nostri mansuetudo. In vitulo, abundantia gratiæ
 cœlestis. In oue fructus patientiæ. In columba sim-
 plicitas, In turture dilectio erga sponsam, quæ est Ec-
 clesia. In hirco ariete, & hædonostorū peccatorum
 impuritas, quorum ipse erat pœnas daturus. Occide-
 bantur & sacrificabatur animalia, quia Christus erat
 occidendus & sacrificandus Deo. In lege veteri ef-
 fundebatur sanguis. Et, vt ait Apostolus ad Hebr. 9.
 sine sanguinis, effusione non fit remissio. Et vt ipse
 ait Rom. 10. Finis legis Christus est. Illa itaq; vetera
 sacrificia erant quædam lineamenta, quæ perfecta
 imagine in Christi morte cum ipse vt habetur Ioan.
 19, dixit: Consummatum est, cessarunt, & enunciato
 Euangelio ad nihilum reciderunt. Ad quod tempus
 respiciebat Dauid cum dicebat: Holocaustis non
 delectaberis.

Heb. 9.

Ioan. 19.

EXPLICATIO DECIMIOCTA- ui versus.

*Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritū,
 & humiliatum Deus non despiciet.*

Hoc est, sed sacrificium tibi qui Deus meus
 es gratum, & ad expiationem peccati coram
 te valens est animus se ipsum pœnitentiæ dolo-
 re affligens, & mactans animā vere contritā &
 deiectā tu Deus nullo vnquā tēpore despicias
 quem

quem ad modum nunc parui facis externa sacrificia, quæ & suo tempore in totum es abiecturus.

Afferit hic sacrificiū maxime Deo acceptū esse spiritū contribulatū, per quē intelligit vnūquē que illorū, qui vt ait Paul. Rom. 8. secundū spiritū sunt & quæ sunt spiritus sentiūt. De quibus infra adiecit: Vos autē in carne non estis, sed in spiritu: si tamē spiritus Dei habitat in vobis. Et. c. 12. similiter ad vnum quēque dicit, Obsecro vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē, factā Deo placētē, rationabile obsequiū vestrū. Quod vt fiat ex eo persuadet, quia hęc hostia viuā sacrificiū est Deo valde acceptū. Tunc autē vnusquisque hanc hostiā sacrificat, cū carnē ita mortificat, vt sit mortua peccatō, viuā vero gratiæ, mortua concupiscentiæ, viuā verō virtuti. Quod si aliter se habeat, iā non viuā, sed mortua erit. Iuxta id quod dicit idē Apostolus capite etiā. 8. scilicet, Si secundum carnē vixeritis, moriemini, si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Et quidē talis spiritus ille est, qui hic contribulatus appellatur, & sacrificiū maxime Deo acceptū dicitur. In cuius significationē Leuit. 1. ita præceptum erat. Animalis, quod mihi fuerit immolatū sacerdotēs effundant sanguinē iuxta altare. Non enim volebat Deus, vt sibi offerretur in sacrificium animal, quod mortuū, & sine sanguine non esset, vt significaret vnūquemque hominē sibi sacrificandum, sic mortificatum debere esse, vt de eo vere dicatur illud Pauli Colof. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est in Christo. Et præterea debere esse sine sanguine propriæ, scilicet, voluntatis, qui nempe san-

¹
Spiritus cō
tribulatus
est sacrifi-
cium maxi-
me Deo ac-
ceptum.
Rom. 8.

²
Quod prius
est in sacrifi-
cium Deo
offerendum
est propria
voluntas.
Leuit. 1. et
Colof. 3. et
1. et 2. et 3.

gus Deo prius quam quælibet alia res, est in sacrificiū offerendus. Quando enim homo se ita mortificatum, & sine propria voluntatis sanguine Deo offert, id illi dat, quod suum est. Reliquit enim Deus illum, vt ait Ecclesiasticus capite. 15. in manu consilij sui, vt se posset dare cui vellet. De cæteris autem rebus, quæ in sacrificium ipsi Deo offerri possunt, aliter contingit. Nam vt habetur Psal. 3. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Et Psalmo. 49. Mæ sunt omnes feræ sylvarum, iumenta in montibus & boues. Quam obrem quod Deo maxime placet sacrificium, est sacrificium spiritus, & propria voluntatis, cuius dominiū Deus homini peculiariter dedit. Diximus autem hunc propria voluntatis sanguinem prius esse Deo, quam aliquid aliud sacrificandum; quia id videtur à Christo Domino significari: quando, vt habetur Luca. 22. factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Atque ita hunc sanguinē cordis, scilicet (ab eo enim ipse erupit, vt plurimi autores affirmant) prius æterno patri quam se ipsum & cæterorum membrorum sanguinem in sacrificium offerret.

23
Tunc spiritus contribulatur quando consideratione finis peccati, veluti spina vndique cōpungitur.
Gen. 3.
Psal. 31.

Porro verbum contribulatus deducitur à nomine tribulus, quod idem fere, quod spina significat. Vnde dictum est Genes. 3. in maledictione terræ, quod spinas, & tribulos germinabit. Spina autem peccatum designat, cuius finis maxime pungit, cum tamen principium id non faciat. Cum homo peccat, turpem voluptatem percipit, cuius tamen voluptatis finis consideratus, ipsum per modum spinæ valde pungit. Quam obrem Psal. 31. dicitur.

Con-

Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpi-
 na. Eſt enim peccatum, ſicut flumen, quod inci-
 pit à fonte aquæ dulcis, & deſinit in amaritudine
 maris, & quod in principio quidem fouet, in fine
 vero pungit. Quapropter ille ſpiritus eſt dicen-
 dus contribulatus, qui vndique à peccatis ſuis eſt
 compunctus, cum ea diligenter conſiderat, & quæ
 ex iſtis ſunt ſubſeuta, & tandem ſubſequentur, re-
 cogitat. De eo qui vere pœnitet dicitur Ezechiel.
 18. Conſiderans & auertens ſe ab omnibus iniqui-
 tatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuere, & non
 morietur. Vbi denotatur, quod maxime ad ſpiri-
 tus contribulationem, & contritionem requiritur
 conſideratio. Cum quis peccatorum ſuorum re-
 miniſcitur, conſiderat, vbi fui tunc iudiciorum Dei
 recordatur, eiſque ſententiam pertimeſcit, con-
 ſiderat vbi erit, cum bona ſupernæ patriæ, quibus
 ſe videt eſſe indignum contemplatur, conſiderat
 vbi non eſt, cum denique mala vitæ præſentis di-
 ligenter attendit, conſiderat vbi eſt. Ad quem mo-
 dum Diuus Paulus peccatorum ſuorum, in quibus
 fuerat, reminiſcens, dicit. 1. Corinth. 9. Non ſum
 dignus vocari Apoſtolus qui perſecutus ſum Eccle-
 ſiam Dei. Et diuinum iudicium ſimiliter perpen-
 dens. 2. Corinth. 5. Caſtigo corpus meum, & in
 ſeruitutem redigo: ne cum alijs prædicauerim, ip-
 ſe reprobus efficiar: Et præſentis vitæ mala perpen-
 dens Romanor. 7. Infelix homo, quis me libera-
 bit à corpore, &c. Et ruruſ, Dum ſumus in hoc
 corpore, peregrinamur à Domino: Et denique
 bona æternæ patriæ contemplans, Videmus nunc
 per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad

*Simile.**Ezech. 18.**1. Cor. 9.**2. Cor. 5.**Rom. 7.*

faciem, &c. Spiritus igitur hæc omnia considerans
vndique contribulatur, & quasi spinis quibusdam,
vndique finibus peccatorum suorum consideratis,
compungitur, & vnumquodque peccatum tan-
quam spinam, in se confixum, à se ipso euellere
procurat.

4
*Quomodo
spina pecca-
ti auellenda
sicut anima
simile.*

Quemadmodum enim quando spina manui, vel
alicui corporis parti infixæ est, maximeque vexat,
& dolorem vehementem causat, qui eam inde euel-
lere vult, in primis illam partem, in qua est inclusa,
abluendo tergit, vt ita illam facile videre possit,
deinde ipsam acicula, vel alio quouis acuto instru-
mento extrahit. Postremo si aliquis tumor, san-
ies, vel putrefactio ibi remanet, oleo delinit at-
que perungit: sic etiam peccatum, de quo David

Psal. 31.

5
*Quam vti-
les sint la-
chrymæ ad
peccati ex-
pulsionem.*

Psal. 6.

Hieronym.

Psal. 118.

simile.

Isai. 38.

Psalm. 31. ait: Conuersus sum in arumna mea dum
cõfigitur spina. Siquis vult ab anima sua acicula suæ
linguæ per confessionem extrahere, in primis ipsam
lachrymis abluat, sicut fecit David, quando Psal.
6. ad Deum dixit, Miserere mei, quoniam infir-
mus sum. Et adiecit paulo post. Turbatus est à fu-
rore oculus meus. Quod Diuus Hieronymus tran-
stulit, Caligauit præ amaritudine oculus meus. Ad
quem etiam modum, vbi nos legimus Psalm. 118.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, transtulit
ipse, Riuos aquarum deduxerunt oculi mei, quia
non custodierunt legem tuam. Sicut ex mari amaro
vt philosophi docent, ascendunt vapores, ex quibus
nubes fiunt, quæ in aquam dulcem, & terræ utilis-
simam resoluuntur, sic ex corde eius, qui recogit-
tat annos suos in amaritudine animæ suæ, quando
eadem amaritudine & tristitia ipsum cor plenum est:
quia

quia Deum offendit, gemituum, & ſuſpiriorum vapores eleuantur, qui in ſuauem lachrymarum pluuiam eidem animæ valde frugiferam, & vtilem reſoluuntur. Quam lachrymarum pluuiam, quoniam tam frugifera eſt, nititur dæmon omnibus vijs impedire. Nam ſicut Holofernes, vt refertur Iudith. 7. maximo labore afflixit ciuitatem Betuliæ quam obſidione tenebat, quando effecit, vt aqua, quæ eidem maxime neceſſaria erat, priuaretur, ſic etiam. Dæmon maxime vexat animam, quam obſeſſam tenere procurat cum lachrymarum aqua pro peccatis effuſa eandem priuat. Verum tamen ſpiritus contribulatus ipſum dæmonem etiam cõpungit, & contribulat eiſdem lachrymarum aquis. De eo enim dicitur Pſal. 73. Tu contribulaſti capita draconis in aquis, quarum, ſcilicet, typus fuit mare Rubrum in quo, vt habetur Exod. 14. Pharao cum exercitu ſuo fuit ſubmerſus. Cæterum ad hoc lacrymarum mare profundendum ipſum peccatum coram conſiderationis oculis ſemper habendum eſt, & dicendum illud Threno. 5. Væ nobis quia peccauimus & mæſtum eſt cor noſtrum. Vbi eſt valde ponderandum, quod non dicit propheta, Væ nobis quia hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos; quia pupilli facti ſumus abſque patre: quia matres noſtræ quaſi viduæ: quia aquam noſtram pecunia bibimus, quia ſerui dominati ſunt, quia pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis, &c. Sed, væ nobis quia peccauimus, & propterea mæſtum eſt cor noſtrum, quia propter nullum alium laborem lachrymæ fundendæ ſunt, & gemitus emittendi, ſicut propter peccatû: cumque tu peccator lachry

Iudith. 7.

6

Quântum lachrymæ affligant Dæmonem.

Pſal. 73.

Exod. 14.

7

Pro peccato ſolû ſunt lachrymæ effundendæ. Threno. 5.

Hier 2.

8

Considera -
tio peccati
amaritudi-
nem causat,
amaritudo
vero gemit-
us & la-
chrymas.

Deuter. 4.

mis te vbi est spina peccati ablueris, & absterferis si-
cut dicit Hieremias cap. 2. inimirum, Vide quia ma-
lum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.
Cumque videris hanc spinam, nempe peccatum, qua
mala, & amara sit. Si iterum quaesieris Dominum
Deum tuum, vt habetur Deuter. 4. inuenies eum, si
tamen quaesieris eum in toto corde tuo, & in tota tri-
bulatione animae tuae, quia scilicet tunc habebis spi-
ritum contribulatum, & simul habebis cor contritum,
& amarum, si videris, quam amarum sit ipsum Deum
dereliquisse, & offendisse. De Alexandro Magno
memoriae proditum est, quod eum aliquando ebrius
esset familiarem quendam suum, qui Clito diceba-
tur interfecit. Cum vero ad se reuersus hoc vidisset, ta-
tum de amici morte, & scelere illo patrato dolore ce-
pit, vt sibi ibi pro eo manum abscindere & mortem
conciscere voluerit. Ad quem modum, qui ad se re-
uersus se Deum dereliquisse, eundemque quantum
in ipso met fuit, occidisse perspexerit tanta procul-
dubio doloris amaritudine afficietur, vt per oris con-
fessionem peccatum ab eadem cordis amaritudine
statim egredi procuret. Sunt namque peccata sicut
piscis in dulci voluptatum aqua procreati: qui vbi
primum in amaram lachrymarum, & contritionis aquam
proijciuntur, statim ad oram exeunt, hoc est ad os &
inde per verba confessionis foras egrediuntur & ab
ipso corde amaritudine pleno lachrymisque abluto
lingua confitente, quasi acicula veluti spinae con-
pungentes eleuatur & extrahuntur. Et quoniam sicut ait
Venerabilis Beda super Ilai. Quid prodest spinis pur-
gare agrum tuum, si non etiam aratro scindas eum,
& seras in eo semine, vnde gaudeas in futuro? Ita & qui
dele-

9
Vt pisces flu-
uij in amari-
tudine ma-
ris pereant,
sic peccata
in lachry-
marum a-
maritudine
simile.
Beda.

deſerit peccata, & ea non plāgit pænitendo nec bonum poſtea facere conſuevit, nunquid fruſtuofum eſt peccata deſerere, & bona non facere? Ad quem modum dicimus, quod poſtquam ſpinas peccatorū ab ſpiritu, & anima propter ipſa peccata contribu-
lata per cordis contritionem extraxerimus, bonam, hoc eſt, humilem eorundem confeſſionem facere debemus. Ita enim habebimus cor poſtquam contritum fuerit, etiam humiliatum. Licet enim peccata fuerint per contritionem dimiſſa, tamen ſunt conſitenda. Vnde Dauid Pſalm. 31. dixit: Conſitebor ad uerū me iniuſtitiā meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Et rurfus Pſal. 117. ait, cum peccatoribus loquens: Conſitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Pſal. 31.

Pſal. 117.

Porro, quia confeſſio debet eſſe humilis, hoc eſt, accusans pænitentem, & non illum excuſans: ideo per cor humiliatum intelligendū eſt hoc loco, cor illius, qui humiliter, & ſine vlla excuſatione peccata ſua conſitetur. Quo quidem modo ſe in ſui peccati confeſſione habuiſſe Dauid ſacræ literæ .2. Reg. 12. aperte teſtantur. Cum enim ipſe in morbum ſui grauiſſimi peccati incidiſſet, venit ad eum Nathan propheta. Sicut quando duo medici ſunt in aliqua vrbe, & vnus ad alium curandum ſi in morbum incidit, venit, quia iure canonico prohibitum eſt, ne infirmus licet medicus ſi ſe ipſum curet, quoniam grauedine morbi poteſt eſſe à mentis ſanitate deiectus. Ad quem modum cum in ciuitate Hieruſalē eſſent duo prophætæ, nimirum Dauid, & Nathan, ad alios homines à morbis peccatorū liberandos, & ex illis Dauid grauiſſimo peccati morbo periclitaretur ad eandem

10
Peccata ſine vlla excuſatione ſunt per humilem confeſſionem declaranda.
2. Reg. 12.

Simile.

Pfal. 38.

eundem venit Nathan propheta. Qui postquam eū in sui peccati cognitionem proposita quadam parabola deduxit, ipse Dauid plane, & sine vlla excusatione peccatum confessus est dicens: Peccaui Domino. Nec dixit mulierem illam esse nimis pulchram nec seipsum spectaculum illud non quæsiuisse, aut antea fuisse meditatū, sed & homicidiū Vriæ nunquā excogitasse, imo ipsum accersuisse, vt cum propria vxore rem haberet, vt celaretur illud adulteriū & quia noluit cum vxore dormire vt tantum nefas, tantus Rex, & propheta occultaret, machinatum fuisse eam necem, illā aliter non machinaturum: sed obmutuit, & humiliatus est, vt ipse alibi dixit, Et siluit à bonis quibus posset suū scelus excusare, & magna simplicitate cordis in maxima amaritudine, & tribulatione animæ confessus est illud, inquit: peccaui Domino. Quod etiam in hoc eodem Psalmo fecit, dicens, vt in Hebræo habetur, Tibi tibi soli peccaui, & grande malum coram te feci. Quam obrem ab ipso Nathan propheta meruit audire. Dominus quoque transfudit peccatum tuum à te. Vbi valde ponderandum est illud, quoque. Nam ille loquendi modus, nepe Dominus quoque, plane indicat aliquid fecisse Dauid propter quod Dominus aliud similiter fecit, & illud fuit simplex & humilis confessio ab ipso facta.

11
Tanta potest esse penitentia & contritio vt præstantior sit in corruptione & in nocentia.
Ose. 10.

Cor contritum, & humiliatum Deum etiam non despecturum affirmat. Quia certum est quod licet diuinum esset & sicut cor illorum, de quibus dictum est Diuinum est cor eorum, nunc interibunt, tamen si postea sit humiliatum & contritione affectum magni, imo pluris quam antea interdū à Deo æstimatur.

Licet

Licet enim , vt plurimum melior ſit innocentia,
 quam pœnitentia , ſicut melior eſt veſtis integra,
 quam ſciſſa & diſſuta, quamuis commiſſuris poſtea
 reſarciatur quibuſdam: tanta tamen poteſt eſſe pœni-
 tentia, & contritio, vt ſit innocentia, & incorruptio-
 ne multo præſtantior. Quæmadmodum enim veſtis
 ſciſſura , & ruptura ſi aureis funiculis præcioſiſque
 gemmis copuletur, pulchrior, & præcioſior redditur,
 quàm ſi tota lana, & integra eſſet: ſic fieri poteſt, vt ho-
 mo, qui veſtis eſt Chriſti iuxta illud Iſai. 49. *Viuit Do-*
minus, quia omnibus hiſ velut ornamento veſtieris,
 tam intenſo animi dolore, tanta charitate , & tanta
 gratia per præcioſiſſimum Chriſti ſanguinem con-
 ceſſa reſurgat, vt pulchrior , & ſanctior aliquando
 reddatur, quam ſi in crimen iam diſmiſſum non inci-
 diſſet . Cuius rei exemplum habemus appoſitiſſi-
 mum in ipſo Dauide à D. Chryſoſt. homil. 77. ad po-
 pul. Antioch. adductum , & à nobis iam ſupra rela-
 tum, dum illa verba verſus quinti, Et vincas cum iu-
 dicaris explicaremus. Tantum enim pœnitentia ſua
 apud Deum valuit, vt ipſum etiam Abraham licet
 tam innocens eſſet, maxime antecelleret. Quapropter
 à Diuo Matthæo cap. 1. dum generationem Chri-
 ſti Domini enarrat, priori loco quam Abraham, li-
 cet tempore poſterior eſſet, relatus eſt, cum dixit. Li-
 ber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abra-
 ham, &c. Vnde patet tantum abeſſe, vt Deus cor con-
 tritum, & humiliatum deſpiciat, quin potius ip-
 ſum pluris, quam cor innocentis inter-
 dum faciat & æſtimet.

*Simile.**Iſai 49.**D. Chryſoſt.**Matth. 1.*

(?)

EXPLI

EXPLICATIO DECIMINO-
ni versus.

*Benefac Domine in bona voluntate tua Sion,
ut ædificentur muri Hierusalem.*

Hoc est tandem autem, & pro communi omnium salute precor te, vt ne peccatis meis offensus desistas benigno fauore tuo prosequi ciuitatem tuam Hierusalem, in qua me Regem constituisti, & cultum tuum per me instaurare cepisti. Sed quãquã id demeruerim : per bonam tuam tuam voluntatem benefac Domine ciuitati Sion, & ædificetur per te quæ lo muri Hierusalem. Da vt hæc ciuitas felicem habeat in omnibus progressum, ac potissimum in religione, & timore nominis tui.

Postulat hoc loco Dauid à Deo, vt ciuitati Hierusalem, se benignum, & clementem exhibeat, nec eius ciues propter ipsius met peccatum illis tribulationibus, & laboribus afficiat, quibus propter Regum peccata, Regum subditos afficere conuenit. *Genes. 20.* refertur Dominus Abimelech Regi Geraræ hæc dixisse: Redde viro suo uxorem. Si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris tu & omnia tua. In quibus verbis per illud, scito, significauit absque dubio ita futurum esse, nimirum, vt morte

Propter regum peccata interdum Deus punit subditos malis paucis in hac vita. Genes. 20.

mo-

moreretur, hoc est duplici morte corporis scilicet, &
 animæ afficeretur: non solum ipse, sed etiam propter
 ipsum omnes eiusdem subditi. Quapropter ipse rex
 Abimelech hoc intelligens, Abrahamo dixit: Indu-
 xisti super me, & regnum meum peccatum grāde.
 Alludens, scilicet ad occasionem, quam accepit, vt
 peccatum illud committeret. Nec mirum est, quod
 Deus propter Regum peccatum, regnum ipsum, &
 ciuitates ipsius calamitatibus, & laboribus afficiat, si
 quidem propter vnus cuius seu subditi peccatum,
 quod minus graue est interdum, & Regem & reli-
 quos ciues, seu subditos eiusdem pænæ malis afficere
 solet. Et hanc ob causam Matth. 18. & Luc. 17. dixit
 Christus Dominus Petro agens de correctione fra-
 terna: Si peccauerit in te frater tuus, id est contra te.
 Vnde quodcunque peccatum vnus proximi signifi-
 cat contra alios esse commissum, licet contra Deum
 solum modo directe cōmittatur, quia propter quod
 cumque peccatū vnus punit Deus aliquando alios.
 Quod Iosue. 6. plane ostenditur: siquidem ibi prop-
 ter peccatum à Cam commissum constat totum Is-
 raeliticū Iosue exercitum maxima calamitate fuisse
 percussum. Et in Genesi maxime exaggeratur fuisse
 Loth ab incendio Sodomæ liberatus: cum tamē D.
 Petrus. 1. cap. 2. eundem esse iustum affirmet. Ex
 quo patet iustos etiam afflictionibus interdum agi-
 tari propter scelera ab alijs perpetrata, cum etiam Pa-
 triarcha Isaac vt Genes. 26. refertur in Palæstinam se
 conferret simulauit Rebeccam non esse suam vxorē
 eumque rex Palæstinæ sic allocutus est. Quare impo-
 sisti nobis? potuit coire quis de populo cum vxore
 tua, & induxeras super nos grande peccatum. Vbi
 Rex

2
 Propter v-
 nius cuius
 peccatum,
 alterum ci-
 uem & pro-
 ximum in-
 terdum pu-
 nit Deus.
 Matth. 18.
 Luc. 17.

Iosue. 6.

Genes. 19.

1. Petr. 2.

Genes. 26.



Rex ille Ethnicus significauit, sibi ac suo regno, & ciuibus grande incommodum damnum & malum futurum, si vel quispiam tantum de populo cum aliena vxore etiam tali non reputata peccatum cōmitteret. Quid igitur Rex Dauid, Rex fidelis, & propheta simul qui cum ea, quā alienam esse cognoscebat, re-habuit eiusque virū per maximam prodicionem occidit, de suo peccato præsumeret. Arbitraretur procul dubio Deum propter illud arcem fortissimam montis Sion esse funditus euersurum; & urbem Hierusalem esse solo æquaturum; & ciues laboribus afficturum. Propterea igitur ab eo petit, vt le tam erga ciues, quam erga arcem Siō (quam caperat ipse Dauid, vt constat. 2. Reg. 5. Et. 1. Paralip. 11.) benignum exhibeat, & vt ædificentur inuri Hierusalem, quæ licet iam extructa esset, nondum ad suam perfectionē peruenerat, quia deerat præcipua eius pars, nimirū tēplū, in quo arca, (quæ eatenus adhuc erat sub tegurio) poneretur. Et quidem verbum, ædificentur, hoc loco, non subiunctiui, sed imperatiui modi est, licet ibi deprecatiue accipiatur, sic enim habent Græca, καὶ ἰσοδοτηθήτω, id est, & ædificentur, vt etiam habet Psalterium vetus quo vsus est Augustinus sicut Cornelius Iansenius etiam aduertit. Quia vero promiserat Deus ipsi Dauid, vt habetur. 2. Reg. 7. filium ex eo nasciturum fore, scilicet, Salomonem, qui templum in vrbe Hierusalem in mōte Sion ædificaret, & quia ipse propter suum peccatum mortem promeruit, & si cum eo ageretur secundum iustitiæ rigorem, erat proculdubio interimendus, quam obrem, nec ipse Salomon erat ex eo consequenter nasciturus, nec proinde per ipsummet Salomonem templum ædificandum

2. Reg. 5.
1. Paral. 11

August.
Iansenius.
2. Reg. 7

2. Reg. 7.

canđū. Propterea etiā à Deo efflagitat, vt secundum iustitię rigorē secū nō agat, imō sibi ipsi se se benignū exhibeat benigne q; faciat arci Sion, & vt ædificētur sub eiusdē arcis tutela, & propugnaculo muri Hierusalē, hoc est muri eius tēpli, quod in mōte Siō ædificandum erat, & ibi offerenda sacrificia iustitię quę scilicet, non per inanem pompā, & compensatiōis causa, sed ex animo per iustitiā, & pium in Deū affectū proficisci debebant, vt Deo essent accepta.

In hoc tamen figuraliter quidem, sed magis principaliter petit, vt bonam faciat arcem Sion, hoc est turrim Davidis, quæ ædificata est cum propugnaculis ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium, vt dicitur Cant. 4. per quam Ecclesiā militantem intelligit, vt per eandem muros Hierusalē, per quā etiam intelligit illā quæ sursum est Hierusalem hoc est cælestem glorię ciuitatem ædificent. Hoc autē deduci potest in primis ex eo quia si hoc versu præcipue non precetur, vt in Sion Dei timor & cultus obtineat nō subiungeret. Tunc acceptabis sacrificium iustitię. Nec enim ob pulchrā ædificationē & speciosam Siō sacrificia acceptiora redduntur. Deinde, quia Græca habent. Bonam fac Domine in bona voluntate tua Sion, id enim significat Ἀγαθὸν καὶ ἐν τῇ ἐυδοσίᾳ αὐτῆς κτλ. Et præterea Hebræa habent & ædifica muros Hierusalem. Ex eo nanque quia Deus bonam fecit Ecclesiam militantem, hoc est, bonis moribus, religione pietatē, & præclaris virtutibus exornauit, prouenit, quod illa, quæ sursum est Hierusalem mater, & patria nostra, vt ait Paul. ad Galat. 4. cuius muri subuersi sunt Angelorum ruina, & casu, sanctis, & immaculatis ani-

3
Optima hō-
rum verbo
rū expositio
Cant. 4.

Galat. 4.

A a mabus

mabus fuerit reedificata, Quæ tamen in eam non ascendissent, nisi filius Dei pro sua bona voluntate, & non ex meritis nostris carnem assumeret, & mortem pateretur. Quod autem Sion pro Ecclesia militanti, & Hierusalem pro triumphati accipiatur, colligitur ex Esai. 46. vbi dicitur, Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Salutem enim operatus fuit Deus in medio terræ & æternam beatitudinē in cælo elargitur. Et ex illo Hebr. ii. vbi habetur: Accedistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuētis Hierusalem cælestem. De quo monte Sion dicitur. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mūdo corde, &c. In quibus scripturæ locis & alijs, Sion prius ponitur, quam Hierusalem, vt insinuetur per Ecclesiam militantem eundum esse ad triumphantem, & non esse coronandum, nisi, qui legitime prius certauerit.

Esai. 46.

Heb. ii.

⁴
Beneficium
incarnatio
nis Dei fuit
gratuitum
& ex voluntate
& benignitate
ipsius procedens.

Ad Tim. 3.

Quod vero nisi Deus carnem assumeret & mortem non subiret, muri seu ruinæ cælestis Hierusalem non essent reparandæ, illud certissimum est, vt supra ostendimus. Quam obrem ipse Dauid dicebat, benigne fac Domine, hoc est, appareat iam benignitas & humanitas tua pro tua bona voluntate, nec enim nos tantum beneficium promeremur. Quod etiam D. Paul. ad Titū. 3. sic dicit: Cū autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrū vt iustificati per gratiam ipsius, hæredes simus secundū spē vitæ æternæ. Qui locus maxime consonat ijs, quæ

que diximus nimirum, Deū benigne facere arci Siō, hoc est, ecclesiæ militanti, esse, ita carnem assumere, vt appareat simul benignitas, & humanitas illius, qui daturus erat in Sion salutem. Et hoc incarnationis beneficium non esse operibus nostris promeritum, sed pro bona Dei voluntate factum & gratuitum. Cui etiam consonat illud Psalmi. 84. nempe: Dominus dabit benignitatem, & terra, hoc est, deata Virgo dabit fructum suum. Et illud, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem, qui scilicet Ecclesiam catholicam militantem suo sanguine fundet, & benignus misericorsque existens, efficiat, vt muri illius ciuitatis supernæ Hierusalem renouetur, & sedes perditæ reficiantur & restaurentur.

Vnde deduci potest vnūquemque nostrum in hac Ecclesia militanti existentium esse lapidē, quo muri eiusdē ciuitatis sunt refarciendi. Ita enim nos Beatus Petrus. 1. Pet. 2. appellat inquit: Et ipsi tanquā lapides viui. Sicut ergo lapides priusquam in alto ædificio collocentur, multis instrumentis ferreis aptantur, vt quisque eorū suo loco cōueniat, ita similiter si nos volumus in altissimo gloriæ ædificio collocari, opus est, vt in hac misera lachrymarum valle aptemur & præparemur multis laboribus & persecutionibus: vt tandē tali cœlestis gloriæ ædificio lapides inepti nō simus. Quod contēplans catholica Ecclesia, quæ diuini spiritus afflatu regitur, & gubernatur, ait in hymno: Vrbs beata, &c. loquēs de illis qui cœlestē Hierusalem sunt ingressuri, omnis, qui ob Christi nomen hic in mūdo premitur, &c. Quod si interrogas, quomodo hi lapides sunt aptandi, adijcit. Tunc sionibus, pres-

Psal. 84.

Isai. 45.

Homines tāquam lapides expelluntur laboribus vt cœlesti ædificio coaptentur.
1. Petri. 2.
Simile.

6
Benigne facit Deus cum homines in hac vita affligit laboribus.

3. Reg. 6.
Apoc. 21.

7
Genes. 28.

7
Benignitas est propria Dei & in vno quoque principe debet reperiri.
Isai. 6.
Matt. 20.
Rom. 2.

furis, expoliti lapides Suis coaptantur locis per manus artificis, Disponuntur permanfuri sacris ædificijs. 3. Reg. 6. refertur tēplum Dñi fuisse ædificatū ex lapidibus alibi dolatis, atq; perfectis, nec securim nec malēū, nec vllū aliud ferramentū fuisse exauditū, dū ipsum tēplum ædificaretur. Quo accōmodatis, ime figuratū fuit homines in hac militāte Ecclesia esse quasi lapides dolandos tūfionibus laborū, & perficiendos afflictionibus calamitatum, vt in cœlesti postea ædificio collocētur, in quo, vt habetur Apoc. 21. Mors vltra non erit, nec luctus, nec clamor erit vltra, quæ prima abierunt. Quapropter benigne facit Dñs illis, quos nunc laboribus affligit. Eos vero maxime punit, quos impunitos relinquit, & in hac militanti Ecclesia ita afflictionibus non dolat, vt ad ædificium cœlestis merito cōuenienterq; non sint deportandi ab Angelis per eā admirabilē scalam, per quā Iacob eos ascendentes & descendentes ad hoc ipsum vidit, quando, vt habetur Genes. 28. dixit. Quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei porta cœli. Benigne igitur facit Dominus Ecclesiæ militāti, cum eam laboribus vexat, vt ex eadem quasi per scalam quandam homines veluti lapides expoliti ab Angelis deferantur, & in altissimo Ecclesiæ triumphantis ædificio foeliciter collocentur.

Petit etiam à Domino, vt benigne faciat Sion quia benignitas, eiusdem Domini propria est ipsum que maxime decet, imo & vnūquēque dominū. Vnde de Christo Domino de quo Isai. 6. habetur. Emitte Domine Agnum dominatorem terræ, dicitur Matth. 20. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Et de eodem ait Paul Rom. 2. An ignoras quod benignitas

nitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Quia itaque Re-
ges, Dominosque decet eſſet benignos, de Philippo
Macedone refert Beroaldus in ſo libello de optimo
ſtatu, quod ipſum olim adiuuit anus pauperula, ro-
gâs, vt cauſam audire vellet, qui cû reſpondiſſet otio-
ſum ſe nō eſſe exclamauit anus: Etiã ne regnes, tan-
quã imperare non debeat, qui ad eũtes audire contē-
nit. Quod verbum demiratus Philippus, & illã audi-
uit diligenter, & ceteris deinceps præſtitit ſe facilẽ,
& benignũ. Imo poſtea adeo benignitatis amicus ex-
titit, vt de eo referat Plutarchus dixiſſe aliquando:
Malo diu benignus, quã breui tẽpore dominus ap-
pellari. Eſt autẽ benignus ad benefaciendũ ſponte pa-
ratus, & dulcis ad loquẽdũ ſecundũ Iſidor. lib. Ety-
mologiarũ. Et ſecundũ D. Tho. 2. 2. q. 8. Eſt benigni-
tas habitus volũtariẽ benefactiuus, & ad loquẽdũ
dulciter inclinãs. Quod plane teſtatur id quod Sene-
ca lib. 1. de clemẽtia ad Neronẽ. c. 9. cõmemorat de
Imperatore quodã, incredibili quadam benignitate
prẽdito, qui Cinnã quẽdã ſic fuit allocutus: Cũ ho-
ſtis mihi eſſes, in bello à me captus & in ſeruitutẽ re-
dactus es. Ego vero volẽs te liberalitate cõplecti pau-
cis poſt diebus ſtatim libertate donauì, & ad altiſ-
ſimos quoſque dignitatis, & honoris gradus euexi,
adeo, vt victo victores ipſi inuiderent. Sed ecce nũc
bellum denuo mihi inferre, atque necem conatus
es pro tantis beneficijs. Quid hoc eſt mali Cinna?
Quã tanta ingratitude? Quod ferreum pectus at-
que immane. Verum iam ſecundo non quidem me-
rita tua, ſed imperatoriam clemẽtiam contempla-
tus tibi ignoſcam; tibi vitam Cinna iterum do,
prius hoſti, nunc vero inſidiatori ac parricidæ.

Beroaldus.

Plutarch.

8
*Quid ſit be-
nignitas &
quis ſit beni-
gnus.*

*Iſidor,
D. Thom.
Seneca.*

Benigne fac Domine, &c. Ter Dominum, ter Deum, sicut & ter Spiritum sanctum, vt supra diximus, in hoc Psalmo nominat dicens: Miserere mei Deus, & postea Deus Deus salutis meæ, & asperges me Domine, & Domine labia mea aperies, & benigne fac Domine, Et fortasse vt beatissimę Trinitatis mentionem faciat. Quia sicut Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus: ita Dominus Pater, Dominus Filius, & Dominus Spiritus sanctus: cum tamen tres hæ personæ non sint tres Dij, nec tres Domini, sed vnus tantum Deus, & vnus Dominus. Est autē Dominiū tā propriū Dei, vt propter illud ab Ecclesia cū eo loquēte dicatur, Tu solus Dñs, tu solus sanctus, &c. His tamen temporibus vanitatis, & superbiæ plenis quicumque licet infimæ conditionis sit, dominus appellari vult, & procurat. Et licet Aristoteles doceat, seruum, & dominum, sicut patrem, & filium, esse simul natura: nec vnum sine alio reperi posse, tamen his ipsi temporibus Dominus sine seruo dari videtur, siquidem etiam illi, qui nec vllum seruum habent, nec habuerunt, Domini appellantur quia sic appellari procurant. Alij vero homines, qui seruos & subditos habent, ita domini esse prætendunt, quasi Domini absoluti essent. Quod aliter vera esse, Deus eisdem significauit Genes. 1. Vbi se Deum dumtaxat nominari voluit, quando de eo ab Spiritu sancto dictum est, creauit Deus cælum & terram: dixit Deus: Fiat lux, vidit Deus lucem, &c. Post quā vero creauit hominē, cui & vxori dicturus erat: Dominamini piscibus maris, &c. faciens eum cæterarum creaturarum Dominum, vt ipse se esse Dominum absolutum non putaret, idem Deus, Dominus

&

9
Solus Deus est vere Dominus & absolutus homo vero non, licet talis haberi vane procuret.
D. Thom. Ales.

Gen. i.

& Deus simul vocari voluit. Ac proinde de eo ibidē dicitur: formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ plantauerat autem Dominus Deus, paradysum voluptatis, &c, Ex quo homines colligere possunt, se non quasi absolutos dominos erga seruos suos gerere debere; Et siquidem Deus solus absolutus Dominus dominantium & Rex Regum benigne facit cum suis subditis strictiori iure ipsos teneri ad hoc, vt se benignos suis seruis & subditis præbeant.

EXPLICATIO VIGESIMI

ac vltimi versus huius Psalmi.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Hoc est, Cum benigne feceris Sion, tuum cultum in ea egregie constituendo, tunc grata tibi erunt sacrificia quæ ex iustitia interiore tibi offerentur, oblationes item libaminum, & holocausta, tunc etiam omnes Israelitæ vnanimiter ponent vitulos super altare quod in hac ciuitate tibi vnice delegisti. In hac autem, quâ peto ciuitatis Hierusalē cōsummatione, illud multo magis peto, vt per nasciturū ex me Messiam, veram Hierusalem, fidelium, scilicet, Ecclesiam, cuius nostra Hierusalem typus est, ex omnibus gentibus ædifices. Quod vbi feceris

iam post externa hæc, ac carnalia sacrificia tibi parum probata in noua Hierusalem offerentur tibi vituli labiorum confitentium nomini tuo, ac sacrificia iustæ conuersationis, holocausta spiritus & corporis humani tibi longe gratissima. Et rursus in ea quæ sursum est Hierusalem omnium matti sacrificia iustitiæ tibi acceptissima in æternum offerentur, nempe, noui populi, qui tanquam vituli colla libera à iugo legis carnis & peccati habuerunt, quosque tanquam oblationes, & holocausta, ignis hoc est Feruor charitatis totos consumet.

Tunc acceptabis, &c.

Illa particula, tunc, quæ in hoc versu bis adhibetur, triplicem sensum in eo efficere potest. In primis enim si referatur ad tempus illud, in quo Deus benigno fauore ciuitatem Sion profecuturus erat, & licet peccato Regis eiusdem ciuitatis esset offensus, per ipsum tamen cultum diuinum ita instauraturus, vt fælicem in omnibus rebus, præsertimque in religione & timore Dei, progressum haberet: sic relata illa particula hunc sensum efficit: Tunc hoc est in eo tempore, quo hoc feceris, ex iustitia interiori tibi sacrificia, oblationes & holocausta offerentur. Quæ ideo sacrificia iustitiæ dicentur, quia à iustis hominibus in bene composita & religiosa ciuitate degentibus offerenda erunt. Totum reipublicæ corpus

I
Boni vt plurimum sunt homines qui in bene composita ciuitate viuunt

corpus, inquit Chrysoftom. libro. 1. in Polic. *D. Chryf.*
 roboris sui integritate vigeat. Tunc optimæ compo-
 sitionis suæ specie venustabitur, & elegantis
 pulchritudinis decorem induet, si singula quæque
 locum teneant sortita decenter. Politicæ ciuita-
 tum ait etiam Aristoteles. 5. Politic. maximæ dissol- *Arist.*
 uuntur propter iustitiæ transgressionem. Et Di-
 uus Augustinus libro. 2. de Ciuitate Dei similiter *D. Aug.*
 inquit, ciuitati nihil tam inimicum, quam iniu-
 stitia. Tunc igitur sacrificium iustitiæ, oblationes
 & holocausta, & vituli in ea ciuitate offerenda erant
 quando Deus ipsam ciuitatem sua benignitate pro-
 sequens: sic eandem omnibus in rebus bene dispo-
 nere, vt abundaret bonis, & iustis hominibus, qui
 talia sacrificia iustitiæ, oblationes & holocausta pos-
 sent offerre.

Secundus vero sensus, quem potest efficere illa
 particula tunc, priori loco posita, erit, si responde-
 rit illi etiam priori parti præcedentis versus, nem- ²
 pe, Benigne fac Domine in bona voluntate tua *Q. od nam*
 Sion, & sic habebit: si benignum te Domine exhi- *fit sacrificiū*
 bueris Ecclesiæ militanti per Sion significatæ, mir- *iustitiæ.*
 tendo filium tuum, vt eos, qui sub lege sunt, suo san- *D. Aug.*
 guine redimat. Tūc eos, scilicet, Ecclesiæ militantis,
 & benignitatis tuæ tempore acceptissimum iusti-
 tiæ sacrificiū (quod etiā oblationis, & holocausti in-
 star erit) tibi offeretur. Porro quod nam sit hoc sa-
 crificiū iustitiæ, quod in Ecclesia militate, Deus erat
 bene acceptaturus, colligi potest ex D. August. libr.
 20. de Ciuit. Dei. cap. 6. & 7. vbi sic scribit: Cum
 igitur vera sacrificia opera sint misericordiæ, siue
 in nos ipsos, siue in proximos, quæ referuntur ad

Deum: opera vero misericordiae nō ob aliud fiant, ni
 si vt à miseria liberemur, ac per hoc vt beati simus,
 quod non fit, nisi à bono illo, de quo dictum est: Mi-
 hi autem adhærere Deo bonum est: profecto effici-
 tur, vt tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congrega-
 tio societasque sanctorum, vniuersale sacrificium of-
 feratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam se
 ipsum obtulit in passione pro nobis, vt tanti capitis
 corpus essemus, secundum formam serui. Hâc enim
 obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc me-
 diator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium. Et pau-
 lo post in fine eiusdem capitis. Hoc, ait, est sacrifi-
 cium Christianorum. Multi vnum corpus sumus in
 Christo: quod etiam sacramento altaris fidelibus no-
 to frequentat Ecclesia: vbi ei demonstratur, quod in
 ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur. Quibus cō-
 cinunt ea, quæ D. Gregorius Emissenus homil. 5. de
 Pascha dicit, vbi sic habet. Sicut frumentum
 quod solita purgantis sollicitudine purgatum in can-
 didâ speciem molatum labore perficitur, ac per aquâ
 & ignem in vnius panis substantiam congregatur:
 sic variæ gentes, diuersæque nationes in vnam fidē
 conuenientes, vnum sese corpus Christi efficiunt.
 Et Christianus populus quasi tritici innumerabilia
 grana à sacrilegis nationibus fide purgante atque
 cribante discernitur, & in vno quasi infidelium lo-
 lio pertranseunte colligitur, & duorum testamento-
 rum instructione velut frumentum gemino molarū
 opere curatum mollescit, & in illam primæ originis
 dignitatem natiuo candore mutatur, ac per aquam
 baptismi, vel per ignem Spiritus sancti, æterni illius
 panis corpus efficitur. Sicut ergo separari grana ab
 illius

*D. Greg.
Emissen.*

illius confecti panis adunatione, non possunt, & sicut aqua ad propriam redire substantiam, vino permixta iam non potest: sic & fideles, qui se redemptos Christi sanguine cognoscunt, ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo fidei conuersatione & ardentissima religione sociari. Ex quibus grauisimorum Doctorum verbis deducitur populum Christianum, seu militantem Ecclesiam, collectione esse & congregationem membrorum illius corporis mystici, cuius Christus Dominus caput est, & peculiariter ex verbis D. Augustini colligitur ipsam Ecclesiam Deo offerri in vniuersale sacrificium a summo sacerdote Christo Domino, qui etiam in passione pro hominibus se obtulit, vt tanti capitis possent esse membra. Et præterea ipsum Christum Dominum Ecclesiam in sacrificium offerre, & in eadem offerri esseque & sacerdotem & sacrificium. Quod quidem sacrificiū iustitię vocat hic Psalmographus. De quo etiam Paul. 2. Corinth. 5. dicit, eum, qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. In quibus verbis significat quod Deus pater filium suum, qui nunquam experientia alicuius sceleris cognouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, hoc est, hostiam pro peccato. Nam mos est sacrarum literarum hostiam pro peccato peccatum vocare, iuxta illud Osee. 4. Peccata populi mei comedent sacerdotes. Hoc est, hostiam, & oblationes pro peccatis offerendas fecit igitur Deus Dominum Iesum hostiam pro peccatis præcipiens homini Christo, vt se in ara crucis (de qua Isai. 19. habetur, in die illa erit altare Domini in medio terræ, & titulus Domini iuxta terminum eius) offerret in hostiam,

³
Christus ecclesiam offert, & in ipsa simul offertur in sacrificium iustitiæ.
2 Cor. 5.

Ose. 4.

Isai. 19.

hostiam, & sacrificium pro peccatis, & ipse Dei filius ut edo humana natura tibi hypostatice vnita tanquã organo coniuncto (Ad quem modũ nos vtimur nostris membris) pro materia sacrificij, efficit, vt nos ipsi reconciliaremur Deo, & efficeremur iustitia Dei in ipso. Et ita nõ solum te in ara crucis, sed etiam Ecclesiam suam compositam ex suis membris in sacrificium iustitiæ obtulit, eademque singulis diebus vsque ad consummationem seculi in sacrosancto Eucharistiæ sacramento, quod simul sacrificium est similiter offert. Quapropter Rom. 3. dicit Paulus: Quẽ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ. Quanquam enim, vt habetur .i. Petri. i. Christus semel pro peccatis motuus est, & proinde Deo per sacrificium cruentum semel oblatus, nihilominus per sacrificium iustitiæ incruentum semper eidem Deo se suamque Ecclesiam sibi quasi corpus capiti vnitam sub panis, & vini speciebus offert. Quã obrem Psal. 109. de eo dicitur. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedec, qui scilicet, panem & vinum obtulit Deo tanquam huius panis, qui de cælo descendit, & huius sacratissimi vini figuram. Cuius etiam continuationis typum gerebã tilli duo agniqui, quotidie in templo immolabantur, vnus quidem mane, alter vero ad vesperum. Quod iuge sacrificium appellabatur, vt Numer. 28. refertur. De qua etiã re ait Augustinus in sermone de sacramento altaris, quod iteratur quotidie, hæc oblatio licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere nõ potest. Et ideo quia quotidie labimur Christus pro nobis mystice immolatur

Rom. 3.

.i. Petri. 2.

⁴
Christus qui
semel se per
sacrificium
cruentum
obtulit, per
incruentum
semper idẽ
facit.

Psal. 109.

Numer. 28.

August.

tur. Et similiter Chrysoſtomus homil. 17. ſuper epiſtolam ad Hebræos ait. Semel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens: nos autem per ſingulos dies offerimus ad recordationem mortis illius. Et ne quis forſitan arbitretur inde conſequens eſſe in quotidiana oblatione, quam in memoriam illius facimus, non eſſe verum Chriſtum, ſed tantū veri Chriſti memoriale ſignum, adicit ſtatim. Vnus ubique eſt Chriſtus hic plenus exiſtens, & illic plenus. Et ſicut quod ubique offertur, vnum eſt corpus, & non multa corpora, ita & vnum eſt ſacrificium.

Sed non hoc idem ſacrificiū dicitur Chriſtus obtuliſſe, & offerre tanquam ſacerdos ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchizedec, vt explicatum eſt, quia Aaron ſanguinem animalium in ſacrificium cruentum effundebat, Chriſtus vero ſemel duntaxat ſacrificium cruentum ſui corporis Deo obtulit, cum ſemel pro peccatis mortuus eſt, at que ideo non eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinē ipſius Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchizedec. Ecce ergo ſacrificiū iuſtitix, quod tēpore militatix Eccleſiæ per illā particulam, tunc priori, loco poſitā, ſignificato, Deus acceptaturus erat. Quod etiam oblationes, & holocauſta iuſtitix vocat, quia eorum omnium rationem, & ſimilitudinem habuit, imo & omnigenum ſacrificium fuit: fuit enim hoſtia, holocauſtum, ſacrificium pro peccato & pro delicto, ſacrificium pacificorum, oblatio, & munus. Nam hoſtia & victima illa eſt, quæ offertur, vt docent qui linguæ Latinæ peritiā habent; quando quis aggreditur hoſtes, aut de illis victoriam vel triumphum reportat. Vnde Poeta quidam ait.

Chryſoſt.

5
Quare Chriſtus dicatur ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedec, nõ vero ſecundum ordinē Aaron.

6
In Euchariſtia omnigenum ſacrificium offertur, cuius ratio aſſignatur.

Victi

Victima quæ dextra cecidit victrici vocatur:

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Christus itaque aggressus hostem humani generis se ipsum obtulit patri hostiam viuam, & cum dei-
ciens, & debellans, se in victimam maçtauit, vt simul
victoriam repotaret, & se in hostiam hostibus debel-
latis offerret. Quapropter ait Paulus in Epistola ad
Ephes. Christus dilexit nos, & tradidit se metipsum
pro nobis oblatione & hostiam Deo in odorem sua-
uitatis. Et in Epistola ad Hebr. Nunc autem semel
in consummationem sæculorum ad destructione pec-
cati per hostiam suam apparuit. Fuit etiam Christus
holocaustum, quod apud Latinos torum combustum
significat: combustus enim fuit igni amoris, & totus
transmutatus. Fuit quoque sacrificium pro peccato, & pro
delicto, de quo inquit Paulus: Eum, qui non nouit pec-
catum pro nobis peccatum fecit: id est, hostiam pro peccato.
Fuit etiam hostia pacificioris, vt testatur Paulus scribens
ad Col. dum ait: pacificas per sanguinem crucis eius siue
quæ in cælis, siue quæ interris sunt. Et vos cum esse-
tis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus
malis nunc reconciliauit in corpore carnis huius, per
mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & ir-
reprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in
fide fundati, & stabiles & immobiles à spe Euangelij
quod audistis, & prædicatum est in vniuersa creatu-
ra, quæ sub cælo est. Fuit etiam Christus munus, seu
oblatio; nam oblatus est, vt ait Isaias, quia ipse vo-
luit, & vt ait Paulus ad Ephes. Tradidit semetipsum
oblationem. Et ad Hebr. Sanctificati sumus per obla-
tionem corporis Iesu Christi, &c. Fuit denique mu-
nus

Ephes. 5.

Heb. 9.

2. Cor. 5.

Colos. 1.

Isai. 53.

Ephes. 5.

Heb. 10.

nus quod minha dicūt Hebræi: quod etiā significat
 donum sponte oblatum, quasi in signum amoris abs-
 que aliqua obligatione, differtque ab oblatione
 proxime commemorata, nam ipsa dabatur in signū
 feudi, & subiectionis. Hoc igitur donum in signum
 amoris datum optime Christum significare explicat
 Paul. ad Rom. sic scribēs. Dominus Deus proprio fi- *Rom. 8.*
 lio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit
 illū, quomodo non etiam cum illo omnia nobis do-
 nabit. Omnia autem hæc, & præsertim oblatio, holo-
 causta, & sacrificium iustitiæ in Christo Domino
 hoc loco dicuntur propter veram iustitiam, quæ no-
 bis ex eo efficienter emanat, à qua in nobis inhære-
 te iusti dicimur: sicut aer etiam dicitur lucidus for-
 maliter à lumine solis, non quidem in eodem sole
 existente, sed ab eodem sole efficienter communica-
 to, vt sessione .6. sacri concilij Trid. c. 8. diffinitum *Conc. Trid.*
 est. Et quia sic se habet Deus in hoc diuinissimo sa- *Aug.*
 crificio iustitiæ, ait August. in quodam serm. de eo
 quod Eucharistia est oblatio benedicta, per quam be-
 nedicimur. Ascripta per quam omnes in cælo ascri-
 bimur. Rata, per quam in visceribus Christi cense-
 mur. Rationalis, per quam à bestiali sensu exuimur:
 Acceptabilis vt qui nobis displicemus, per eam ac-
 ceptabiles eius vnico filio simus. Quapropter meri-
 to sacrificium, & oblatio iustitiæ dicitur.

Diximus autem hucusque sacramentum Eucha-
 ristia esse sacrificium, quia ipsa Eucharistia vtrum-
 que habet, esse nimirum sacrificium, & esse simul sa-
 cramentum. Quatenus sacrificium est, repræsentat
 diuinissimum illud passionis Christi sacrificium in
 ara crucis pro hominibus oblatum, & hoc modo om-
 nibus

7
*Eucharistia
 est sacramē-
 tum & sa-
 crificium.*

nibus illis, scilicet, viuis, & mortuis, si in purgatorio sint, & similiter offerentibus maxime prodest & iuamen præstat. Et de eo sic sumpto ait Augustinus de Ecclesiast. dogmat. quod non in merito cōsecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris: nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum demeritis attenuatur. Quia propter merito sacrificium iustitiæ dicitur ad differentiam eorum quæ in sola virtute sacrificantis tantum modo Deo erant accepta. Quatenus vero sacramentū est, soli recipienti prodest, siue sacerdos, siue laicus sit, dū modo omni mortalis criminis reatu careat. Si enim eodem fuerit infectus, maximum nocumentum eidem inferet. Quam obrè Paulus ait. Probet. i. autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat indigne iudicium sibi manducat & bibit. Tunc vero se probabit, quando se bonum sibi ostenderit testimonio trium (quia Math. 18. in ore duorum, vel triū stat omne verbum) nimirum testimonio contritionis cordis, confessionis oris, & satisfactionis operis. Quæ testimonia perhibente conscientia, homo se probabit, vt hoc sacramentum possit ita accipere, vt illi proficiat & non noceat, & eius suauitatem experiatur.

Augusti.

8
Probare se
debet homo
vt Eucharisti-
am sumat

1. Cor. 11.

Matt. 18.

Psal. 131.

9
Ostenditur
Eucharistia
simul esse sa-
cramentum
& sacrifi-
cium.
Felix.

Esse autem simul & sacramentum & sacrificium innuitur Psal. 131. Quo loco, vbi nos legimus cum D. August. & alijs. Viduam eius benedicens benedicā & pauperes eius saturabo panibus, vocabulum Hebræum viduæ correspondens, est, Ceda, quod vocabulum licet viduam significet escam tamen, & cibū & victum, vel cibū viaticum significat, vt transfert Felix, Quam obrè quando sanctus Ioseph fratres suos dimisit

dimisit dicitur Genesis. 42. quod dimisit illos datus cibarijs in via: vt ex eodem solo nomine Hebræo Ceda noster interpretès transtulit. Quapropter etiam Rabbi Auenezra, qui Christi aduentum magno temporis interuallo præcessit, sine eo quod mysterium intelligeret, nudum tamen duntaxat Hebraicæ veritatis contextum secutus, docuit, Ceda, hoc loco cibaria ad viam significare. Dicitur ergo in hoc Psalmo, in quo de Messia est sermo, cibum viaticum, hoc est, corpus ipsius Christi Domini, benedicens benedicam, quasi dicatur: efficiam, vt cum vnus sit viatorum cibus, duas tamen benedictiones habeat: alteram quidem, qua sit sacramentum: alteram vero, qua sit sacrificium. Et ita ex ea parte, qua sacramentum est, erit benedictio ad saturandum, & reficiendum pauperes panibus, hoc est, fructibus, quos hic diuinus cibus in eis producet. Ex ea vero parte, qua sacrificium est Deo pro viujs, & mortuis ad satisfactionem culpæ & pœnæ offeretur, & tanquam sacrificium iustitiæ ab eodem acceptabitur. Desiderabant vehementer patres antiqui rem aliquam Deo gratissimam, quam illi offerrent. Dicebat enim Dauid Psal. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Quia Deus etiam dicebat, vt habetur Psal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos: quoniã meæ sunt omnes feræ siluarum. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Et nullam propterea rem eidem Deo gratissimam, quæ iam Dei non esset inueniebant, nec ipse Dauid, nec antiqui patres. Quoniã autem solus Deus (si ita dici potest) suus non fuit, quando pro nobis se à se ipso quodam

Gen. 42.

Rabbi Auē
ezra.

10
In Eucharistiā aliquid Deo offertur, quod eius quodam modo non erat, & ideo est eidem maxime acceptum.

Psal. 115.

Psal. 49.

*Psal. 21.
Esai. 53.*

Simile.

¹³
*Caro Christi
est ille vere
cibus in quo
pater bene se
bi cōplacuit
Ioan. 6.*

norat. Præcipue enim caro hic aduenit, mirabilis pro
fecto carnis exinanitio in passione, cum vermibus repu-
tata est, & non homo, cū nouissimus virorum & des-
pectus apparuit. Sed multo mirabilior est exaltatio,
dum non solum super omnes cælos nō solum super
seraphim, Non solum sub pedibus eius collocat, quæ
creata sunt, sed & ipsa etiam diuinitas in hoc sacra-
mento, & eius ordine concomitatur carnem, vt pe-
dissequa. & ei quodam modo conciliatur; ei primum
concedit locum sibi secundum vsurpat. Sed, quia res
ista ita est admirabilis, vt humanum captum superet
amplius exemplis est illustranda. Cum primū sacrū
sacerdos simplex facit, adest ei Episcopus patrinus.
In se cōsideratis personis, & absolute, Episcopus dig-
nior est, sed in eo actu mssæ nouæ præcipuus sacerdos
est, Episcopus vero eius adiutor & cōcomitās. Simi-
liter in baptismo, vel nuptijs, est Rex patrinus Præ-
cipua quidem in se persona Regis est, & dignior bap-
tizato, aut sponso, at in eo actu, potior sponus, aut
baptizatus, & Rex solum est concomitans, & ho-
norans illum. Quam corporis, & carnis suæ exalta-
tionem Christus Dominus ostendit, cum non dixit,
Ego sum cibus sed caro mea vere cibus, & sanguis
meus vere est potus, quia hæc sunt, quæ præcipue
in hoc sacramento ex vi ipsius existunt. Ex hac er-
go summa celsitudine, & supremo honore, in quo
Deus factus homo in hoc sacramento corpus suum
collocauit, colligitur, quam acceptum ipsi sit sacrifi-
cium, quod ex eo ipsimet etiam fit.
Quin etiam ea ratione, qua est sacramen-
tum est similiter Deo maxime acceptum. De illo
enim ait Ioan. 6. Caro mea vere est cibus. Et quidē
ille

ille cibus est, de quo Pater æternus Matth. 4. dixit, In quo mihi bene complacuit Genes. 23. refertur Patriarcham Isaac filium Iacob benedixisse maximis benedictionibus, quia rebecca mater eiusdem Iacob præparavit ipsi Isaac cibum eidem valde acceptum, quod ipsimet bene complacuit. Quo quidem significatum est propterea diuinum Isaac Deum, scilicet, benedixisse quemcunque Rebeckæ, hoc est, naturæ humanæ filium prædestinatum significatum per Iacob, quia ab ipsa natura humana subministrante materiam præparatus fuit Deo cibus ille acceptissimus, de quo Christus Dominus dixit. Caro mea vere est cibus, Dicitur autem esse acceptissimus Deo hic cibus, quia omnium ciborum perfectiones & cuiuscunque veri cibi conditiones in se continet. Quod attinet ad perfectiones, illud certissimum est. Quid quid enim Deus potest dare, in se habet, siquidem ipsum Deum habet, nec aliquid aliud Angelis in cœlo dat, quod in ipso non sit. Vnde fit, quod omnium ciborum perfectiones in se contineat. Quod significatum est in manna dato filijs Israel in deserto, in quo omnium ciborum sapes continebantur. Quod Moyses panem vocavit cum dixit, panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum, vt significaret ipsum figuram esse huius diuini cibi, quem Christus Dominus diuinus Moyses modo panem, modo carnem, modo vero cibum appellauit. Dicebat enim: Qui manducat hunc panem, &c. Et rursus. Qui manducat meam carnem, &c. Et denique caro mea vere est cibus. Vt autem in hoc cibo omnes alios contineri significaret sanctus Patriarcha Isaac Genesis. 27. filio suo Esau ei

Genes. 23.

14
Omnes cibi
perfectiones
in eucharis-
tia continen-
tur.

Exod. 16.

Genes. 27.

dicens. Nunquid non reseruasti mihi benedictionem? Respondit: frumeto & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi ultra quid faciam? Quasi diceret, omnes benedictiones in hac includuntur, quia omnes cibi, imo omnia bona in hoc frumento, & vino continentur, hoc est, in frumento, & vino per hoc ipsum frumentum, & vinum figurato, in quo omne bonum continetur, & ad quod respiciebat sanctus patriarcha quando ea verba dixit. Quis igitur dubitabit, hunc cibum esse Deo in maxime acceptum.

15
*Nulla veri
 cibi cōtinio
 in Eucharis
 tia desidera
 tur in pri
 mis quia dat
 eis esse.*
Psal. 67.
Psal. 99.
.Cor. 11.

Quod vero attinet ad conditiones veri cibi, nulla profecto in ipso deficit. Nam in primis, dulcis, & suavis est panis Christi, de quo dicitur Psal. 67. parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Vbi cum non dicatur, quid paratum sit in dulcedine plane ostenditur, illud tanquam ineffabile dici non posse. Et Psal. 99. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Quod si hanc suauitatem non percipimus, nec sentimus, illud ex defectu nostro prouenit. Quapropter ait Paul. 1. Corin. 11. probet autem se ipsum homo & sic probatus, scilicet, de pane illo edat, & de calice bibat, ut supra explicuimus. At si postquam se probauerit suauitatem adhuc non percipiat, illud est, quia eam Deus ipsi denegat: quoniam sic fieri eidem maxime oportet. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, inquit Dauid Psalm. 30. quam abscondisti timētibus te. Quia nempe dulcia lieni nocēt, & illa suauitas similiter si ab eo homine iusto cognosceretur, fortasse quasi inflatum eundem in superbiendi occasione constitueret; qua propter illa dulcedo ipsi valde noceret. Nec etiam ijs, qui eiusdem dulcedinem maximam, & suauitatem placidissimā percipiunt

Psal. 30.

cipiunt, & affluenter experiuntur fastidium aliquod asserunt, vt. 2. Pet. c. 1. insinuatur, vbi dicitur de Angelis: Quorum ipse panis est: in quem desiderant Angeli prospicere. Quibus verbis innuitur, quod licet angeli affluenter eo fruantur, semper tamen eo frui desiderant, eiusque fruitione mirum in modum delectantur.

Præstat deinde hic cibus vigorem, robur, & fortitudinem ijs, qui eo vescuntur. Vnde de ipso, vbi nos legimus Psalmo. 77. panem Angelorum manducauit homo, habet Diuus Hieronymus. Panem fortium manducauit homo. Et Psal. 22. de eodem habetur: Paraisti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Et Psal. 72. vocatur firmamentum, quasi præstans robur, & firmitatem. Nam vbi ibidem nos legimus: Erit firmamentum in terra in summis montium, transfert Hieronymus ex Hebræo, Erit memoriale triticum in terra, Et Paulus Burgensis legit affirmans idem in Chaldaica translatione (quæ ante Christi aduentum fuit facta) reperiri: Erit placentula tritici in terra in capitibus sacerdotum. Vbi plane perspicitur potest, ibi teri sermonem de sacrosancta hostia super capita sacerdotum tempore militantis Ecclesiæ eleuata, vt à populo Christiano adoreretur. Ostendi etiam potest ex his verbis quod diuini simus hic cibus firmamentum est ad conseruandam gratiam in anima, cui tanquam ipsius nutrimentum, vires elargitur. Vnde Actorum. 2. dicitur, quod fideles erant perseuerantes in cōmunicatione fractionis, panis qua propter labores, afflictiones, & tyrannorum persecutiones non reformidabant. Pone me iuxta te, aiebāt

16.
Eucharistia
vigorem &
robur dat su
mentibus ip
sam.

Psal. 77.

Hieron.

Psal. 22.

Psal. 72.

Hieron.

Paul. Bur.

Act. 2.

Iob. 17.

Iob cap. 17. & cuiusuis manus pugnet contra me, Si ergo Deus iuxta hominem existens, ipsum ita corroborat, quid si intra ipsum sit, faciet? Habet igitur hic cibus hanc veri cibi conditionē quod scilicet, vigorem firmitatem, & fortitudinem eo vescentibus præbeat.

17.
*Eucharistia
præstat etiã
salutem ani
mæ.*

Cyprian.

Est denique hic cibus maxime salutaris. Nam de eo ait Cyprianus in serm. de cæna Dom. Panis iste substãtialis ad totius hominis vitam salutemque proficit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanãdas infirmitates, & purgandas iniquitates existens.

Psal. 146.

Deus dat escam omni carni, & pullis coruorum inuocantibus eum, producēs fœnum iumētis, & hærbam seruituti hominum, quod etiam satiaret animam inanem, & animam esurientem impleret bonis, pane, scilicet, & vino sacratissimo, eamque sine cibo non relinqueret.

Psal. 106.

Luc. 1.

Psal. 144.

Et præterea quod siquidem oculi omnium in ipsum sperant, & dat illis escam in tempore opportuno, & aperiens manum suam, implet omne animal benedictione, sine ipsa non relinqueret animam eamque de medicamento salutaris ad eius læguores, miserias, & infirmitates prouideret, siquidem tor herbarum genera corporibus mendendis vtilia ad hominum vsum produxit. Cũ ergo hic diuinus cibus, nempe corpus Christi Domini, sit tam dulcis, tam suavis tam salutaris, & tantum roborat, & fortificet, quid mirum est, quod sit acceptabilis, & quod de eo dicat Dauid cum Deo loquens, Tunc acceptabis, seu erit tibi acceptabile illud sacrificium (quod simul sacramentum erit) quod tibi de bo fiet & offeretur.

Terium

Tertium tandem ſenſum efficit illa particula, tūc ſecundo loco poſita quando, ſcilicet, dicitur, tūc, imponent ſuper altare tuum vitulos, ſi referatur ad ſecūdam etiam particulam præcedentis verſus, nempe, vt ædificentur muri Hieruſalem, & talis erit ipſe ſenſus. Quando muri eius quæ ſuſum eſt Hieruſalem mater noſtra, viu is ex lapidibus, hoc eſt, ex iuſtis hominibus ædificati fuerint, tunc Angeli meſſores (vt explicat hoc loco author incognitus) imponent ſuper altare tuum ante te vitulos. Hoc eſt, eos populos, qui nunquam iugum legis carnis, & peccati experti ſunt, illud, ſcilicet, de quo ait Diuus Petrus Actorum. 15. iugum quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus. Tum quia ſecūdam Galatinū li. 4. de arcanis catholicæ fidei, habebat. 613. præcepta. Tum etiam, quia non tam tollebat peccata, quam faciebat iuſtam ipſorum punitionem: quia, vt de eadem lege ait Paulus, lex iram operatur. Et præterea lex ſubintravit, vt abundaret delictum. Et denique Rom. 3. ex operibus carnis, non iuſtificabitur omnis caro. Per legem enim, cognitio peccati, hoc eſt, notum faciebat lex in quo, quomodo & quando homo peccaret & non eūdem lauabat à peccato. Erat velut ſpeculū, quod licet maculā in facie oſtēdat, nō lauat. Et nō erat ſicut fons aquæ, quæ maculas, & oſtēdit, & eaſdem ſimul lauare ſolet, qualis eſt lex gratiæ quæ vtrūque effectū in maculis peccatorū operatur. Quapropter iā non ſimpliciter iugū, vt lex vetus, ſed iugū ſuaue appellata eſt à Chriſto Domino Matt. 11. Merito ergo atque optimo iure lex illa vetus iugum dicebatur, & populi liberi ab eo iugo, qui ſub ea nō fuerunt, nec tale iugum experti ſunt. Merito etiam

Incognitus.

18
*Discrimen
inter legē ve
terem & le
gem gratiæ
Act. 15.
Galatinus.*

*Rom. 4.
Rom. 5.
Rom. 3.*

*Simile.**Matth. 11.*

19
Deum in caelo laudare erit sacrificium iustitiae illi exhibere.

Psal. 49.
1. Timot. 1.

vituli dicuntur, quasi noui & innocētes. Vel per vitulos hoc loco illi intelligendi sunt, de quibus dicitur Oleæ. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Quod idem est ac immolabimus Deo sacrificiū laudis, quod etiam sacrificium iustitiæ erit. Nam cum Deum laudare sit illi sacrificare iuxta illud Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Et cum iustitiæ munus sit, reddere vnicuique quod suum est, & soli Deo honor & gloria debeatur, vt ait Paul. 1. Timot. 1. Inde est quod sacrificare Deo hostiam laudis seu ipsum laudare sit merito atque optimo iure vitulos labiorum collocare in altari Dei, nempe in caelo in quo sol luna & astra, tamquam lucidissima luminaria ad tale sacrificium & oblationem faciendam maxime cōducunt.

20
Semper nouae & nouae laudes Deo in caelo reddentur, nec ipse vt par est laudabitur.

Psal. 119.
Psal. 97.
Apoc. 5.

Significantur autem per vitulos illae laudes, quae in caelo Deo dandae sunt, debere esse semper nouae, licet in omnem eternitatis durationem ipsi absque vlla intermissione reddantur. Nā vituli novos boues tantum significant ac proinde gratias & laudes Deo in caelo dandas, semper nouas debere esse, nec iterū fore repetēdas insinuant. Vnde Psal. 149. dicitur. Cāntate Domino canticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum. Nempe in illa, quae iurium est Hierusalē Et Psal. 97. Cantate Domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Et Apocal. 5. vbi mysteriole significatur, gloria, & exercitiū sanctorum in caelo dicitur etiam, prod ipsi cātant, quasi canticum nouum dicētes: Dignus es Domine, &c. Itaque volentes Dominum laudare secundum multitudinem magnitudinis eius, & secundum numerum miserationum eius, & secundum mirabilia, quae fecit, & semper facit:

nouas

nouas ac nouas illi laudes semper reddunt: Nec eūdem pro dignitate vnquam laudabunt, si singulis ipsius beneficijs, singulisque rebus laude dignis, nouæ laudes gratiarumque actiones sint responsuræ. Nec enim eidem vnquam sufficienter & adæquate poterit correspondere propter infinitatem, quam habent. Hos igitur nouarum laudum vitulos imponent sancti super cœleste Dei altare, quando cœlestis Hierusalem muri viuis ex lapidibus fuerint ædificati.

Illud vltimū circa hunc Psalmum adnotauerim, ipsum nempe, constare ex viginti versibus, quasi scalam quandam ex viginti gradibus, per quos quicunque vere pœnitens, à miserijs terræ, quas in primo versu Dauid insinuauit dicens. Miserere mei Deus, &c. poterit cum eodem ascendendo peruenire & pertingere ad gloriam cœlestis Hierusalem, quam etiam in hoc vltimo versu innuit inquitens: Tunc imponent super altare tuum vitulos, vt dictum est. Hęc autem scala cum ea, similitudinem habet, quam vidit Iacob ex inferiori patre tangentem terram, quæ miserijs plena existit: ex superiori vero, cœlū, quod bonis omnibus circumfluit. Constat autem, quasi scala ex viginti gradibus Psalmus hic ex viginti versibus, nec pluribus, nec paucioribus. Quoniam cum duo peccata nempe adulterium & homicidium Dauid præcipue commiserit contra duo legis præcepta atque ideo omnium præceptorum reatum bis legem transgrediens incurrerit, iuxta illud Iacobi. 2. Qui in vno offenderit, factus est omnium reus, inde fit, quod viginti versus quasi viginti gradus pœnitentiales fecerit, quibus egrediens, & ascendens à duplici illo omnium præceptorum reatu, quem bina legis transgressio-

27
*Quid per
 principium
 & finem, &
 viginti ver-
 sus huius psal-
 mi significetur.*

Gen. 28.

Iacobi. 2.

gressione simul incurrerat in divinam gratiam quā amiserat, iterum ascenderet, & regrederetur.

EXPLICATIO VERSVS

Gloria patri & filio, &c. quo Psalmus hic concluditur.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, sicut erat in principio & nunc & semper & in secula seculorum amen.

Quare hic versus hoc loco explicatur.

2. Cor. 3.

1. Cor. 15.

Duo sunt, quæ ad huius etiam versus explicationem me hoc loco impulerunt. Quorum primum illud fuit. Nam cum in eo soli Deo honor & gloria esse attribuenda insinuetur, cumque non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo sit, ut inquit Paulus. Huc ipsum ego versus explicans, simul exponam: quod licet multa meditatus fuerim, & plurimum in explicatione præcedentium versuum laborauerim, quia non ego, sed gratia Dei mecum (ut inquit Paulus. 1. Cor. 15.) hoc opus efficit, idcirco Deo ipsi habenda est illius gratia, & danda gloria, quo autore ipsum gestum est: nam ego ipse nihil aliud quam manum & operam condonavi. Quod etiam Sathonem Athenien-

theniensium ducem aliquando dixisse (cum de præclaro quodam opere ab eisdem laudaretur) ex Plutarcho supra dum explicaremus versum vñdecimum, retulimus. Ad quem similiter modum Catholica Ecclesia diuina sancti Spiritus motione afflata constituit, ut hic versus in fine omnium Psalmorum (qui inter omnes diuinæ scripturæ partes sunt maxime vtilis, ut docet Augustinus) semper adhibeatur, & recitetur. Est enim oratio (& præcipue ea, quæ in ipsis continetur) ascensus mentis in Deum, ut ait Anselmus. Quod Dionysius hac similitudine explicat. Quem admodum si è cælo cathena aurea penderet, & aliquis ipsius desiderio motus in eiusdem partes aureas alternatim, modo vnam manum, modo vero alteram inijceret, ipsaque partes eisdem alternatis manibus sursum versus apprehenderet, existimans se cælum ipsum, eiusque partes ad se attrahere, in idem cælum potius deduceretur, & attraheretur: sic etiam sæpenumero contingit, ut qui mediantibus orationibus quasi manibus quibusdam aliquid ex cælo ad se attrahere & ab ipso comparare nititur, potius ab eiusdem cæli viribus ad ipsummet attrahatur, & eleuetur. Cum igitur tanta sit orationis vis, tantumque

Plutarch.

²
Quare versus Gloria Patri, &c. in fine omnium Psalmorum adhibeatur. August.

³
Quid sit oratio, & quæ eius vis & potentia. Anselm. Dionys. simile.

tumque orādi robur, vt per illud maxime homo eleuetur, & extollatur, ne hoc fiat per inanem gloriam in dicente Psalmos (quorū vnusquisque perfecta est oratio) ideo in cuiusque ip forum sine versus ille, nimirum, Gloria patri & filio, & Spiritui sancto diuinitus adhibetur. Vt nimirum intelligatur quod etiam nostræ orationis laus honor, & gloria Deo tanquam præcipuo eius auctori proculdubio debetur, & quod nos de ea licet tam bonum, & tam sanctū opus sit non possumus gloriari. Quod insinuat Isai. cap. 10. dum ait nunquid gloriabitur securis, &c. Eius rationem reddit cap. 26. dicens. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine, &c. Cū ergo in fine cuiusque Psalmi, in quo oramus, dicimus, Gloria patri, & filio & Spiritui sancto, idē facimus quod Dauid. Psal. 140. vbi dicit. Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Quasi dicat, precor Domine, vt ex hac mea oratione non procedat inanis gloriæ fumus, sed quasi fumus incensi, qui ab igne charitatis emissus flagrantia quandam suauem, & odorem eximitum in conspectu tuo efficiat. Secundum vero quod me excitauit, vt explicationem huius versus. Gloria patri & filio & Spiritui sancto nō prætermitterem, est maxima illa reuerentia, cumqua ab

Ecclesia

Isai 10.
Cap. 26.

⁴
Quid homo
in fine cuius
que Psalmi,
& orationis
faciat, & fa
cere debeat.
Psal. 140.
Simile.

Ecclesia catholica sancti Spiritus motione affla-
 ta tā frequenter, & plusquā ceteri omnes vsur-
 patur, & dicitur. Nam licet, vt iacet non sit ali-
 qua peculiaris diuinæ scripturæ pars, siue sit vt
 aliqui sentiunt, à D. Hieronymo compositus,
 & infine cuiusque Psalmi, dum eosdem trāstu
 lit, adhibitus siue sit, vt alij existimant in conc.
 Niceno ordinatus, & ad expressam significatio-
 nem mysterij beatissimæ Trinitatis ibidē pro-
 positus: In tanta nihilominus veneratione est
 ab Ecclesia catholica habitus, vt nemo in diui-
 nis officijs nisi stans, & aperto capite, ipsum vel
 audiat, vel proferat, quod tamen ceteris versu-
 bus non cōtingit. His igitur rationibus in eam
 sententiam adductus sum, vt aliqualem ipsius
 explicationem hoc loco non pratermitterem.

Opis nā fue-
 rit antor hu-
 ius versus
 & quanta
 cum venerē
 riarecitetur
 Hieronym.
 Con. Nice.

Gloria patri, &c.

Quoniam hoc nomen, gloria duas peculiare
 habet significaciones, ideo de eo secundū vnā
 quaque earum agendum est. In prima igitur
 significacione acceptum nomen, Gloria, æternā
 beatitudinem significat, quomodo se habet Psalm.
 149. vbi dicitur. Exultabunt sancti in gloria, & læta-
 buntur in cubilibus suis. Et Rom. 8. vbi habetur:
 Non sunt condignæ pāssiones huius temporis ad fu-
 turam gloriam. Et Luc. 24. vbi etiam habetur. Opor-
 tuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.

6
 Gloria aci-
 pitur in sa-
 cris lsteris
 & à sanctis
 Doctoribus
 pro celesti
 beatitudine
 Psal. 149.
 Rom. 8.
 Luc. 24.

Iuxta

*D. Greg.
D. Bernar.*

Iuxta quam significationem hoc vocabulo vtuntur
Diuus Gregor. 16. moral. dicens. Quærenda est glo-
ria Dei per vias eius. Et Diuus Bernar. serm. 12. super
Cantica: In gloria cælesti mira serenitas plena securi-
tas, æterna fælicitas. Et ibidẽ: In gloria recedet error
à ratione, dolor à voluntate à memoria timor. Et in
Doct. Ad æternitatis gloriam acquirendam nullus
labor durus, nullum tempus lógum videri debet. Et

August.

Augustinus in Enchiridion: Quæ autem lingua dice-
re, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ fæ-
licitatis quâta sint gaudia Angelorum choris interes-
se cum beatissimis spiribus gloriæ conditoris assiste-
re, &c. Gloria ergo accepta pro æterna beatitudine

7
*Quid sit bea-
tudo obie-
ctiua & bea-
tudo for-
malis.*

adhuc accipitur à theologis: interdum pro beatitu-
dine obiectiua, hoc est, pro essentia diuina seu pro
ipso Deo: interdum vero pro beatitudine formali,
quæ est beatifica visio, & immanens quædam intel-
lectus actio ad Deũ ipsum terminata, & in clara eius-
dem quoad essentiam, & potentiam cognitione con-
sistens. Pro qua accipitur gloria Hebr. 1. dum filius
Dei ibi dicitur esse splendor gloriæ, & figura substã-
tiæ eius. Quorum verborum explicatio, quia non so-
lum conducit ad explicandum quid significet glo-
ria sic accepta, de qua in hoc versu agimus, sed etiam
ad exponendam personarum diuinarum multiplica-
tionem, de qua in eodem fit tam expressa mentio:
ideo hic nobis sigillatim declaranda sunt. Et in pri-
mis aduertendum est priorum verborum intelli-
gentia Dei nimirum beatitudinem in sola ipsius es-
sentia cognitione ita consistere, vt eadem cognitio
sit ipse etiam gloria. Quæ ideo vocatur essentialis
Dei sapiëntia, quia Deus in hoc solum quod se ipsum

8
*In quo con-
sistat Dei
beatitudo
seu gloria.*

cognos-

cognoscit, sapiens existit. Cuius ratio est, quia cognoscens Deus suam essentiam, omnes etiam creaturas possibiles, quas eadem repræsentat, simul cognoscit, & in eadem se ipsum, filium, & Spiritum sanctum, uniuersaque attributa diuina, & omne id, quod fieri, vel sciri potest, videt, quia propter in eo solum quod se ipsum cognoscit, sapiens, ut diximus, existit.

Deinde sciendum est, quod ex hac Dei essentiali sapientia, seu, quod idem est, essentiali diuinæ cognitione verbum diuinum procedit. Quia quemadmodum in nobis ex cognitione rerum, quas intelligimus in nostro intellectu procedit quædam earum imago, quæ à philosophis verbum mentale appellatur: sic in Deo ex ipsius essentiali cognitione, quæ est eius essentialis sapientia, procedit verbum, quod est quædam eiusdem essentiali & omnium rerum per ipsam repræsentatarum imago.

Denique considerandæ sunt nonnullæ proprietates, quas uniuscuiusque corporis luminosi (quale est sol & ignis) splendor habet, quarum una est ipsum splendorem ex eodem corpore luminoso procedere: Alia vero est eundem splendorem esse corpori luminoso coæuum, hoc est, æqualiter cum ipso diuturnum seu antiquum. Tertia denique est mediante ipso splendore idem corpus luminosum, & omnia in medio, per quod diffunditur, contenta, cognosci & videri, ut patet in splendore solis, qui ab ipso ita procedit à suæ productionis principio, ut illo mediante ipse sol, & omnia inter nos & ipsum interiecta, cognoscantur.

9
*Filius Dei
 quare dica-
 tur splendor
 gloria.*

His omnibus ita animaduersis, non erit iã difficile horum verborum literalem sensum assignare. Idẽ est enim dicere filiũ Dei esse splendorem Gloriã, ac dicere, verbum æternum esse veluti quendam splendorem, qui ex sapientia ingenita, quæ est gloria patris, vt dictum est, nascitur. Quia quemadmodũ splendor ex sole procedit, sic sapiẽtia genita, quæ est filius Dei, procedit ex æterni patris Gloria, quæ est visio & cognitio quã pater de sua essentia habet, & ex hac clara visione, cognitione, seu notitia, quæ simul gloria & sapientia patris est, procedit verbũ obiecti beatifici (nimirum diuinæ essentiæ) repræsentatiuũ, ad eum modũ, quo in nobis ex obiecti cognitione verbum procedere solet. Gloria igitur æterni patris sapiẽtia ingenita, & immanens actio filij Dei productiua pro eadem nimirum cognitione, quã pater de sua ipsius essẽtia habet, accipiũtur. Ex eo enim quod ipsam cognoscit, sapiens est, & filiũ producit, & hæc cognitio filij productiua, est actio realis immanens, quæ quia gloria dicitur, dicitur etiã filius esse splendor Glorię, quia, ad modũ solaris splendoris procedit, vt etiã in nobis ex obiecti cognitione, verbũ eiusdem repræsentatiuum. Vnde fit verbum appellari sapientiam genitam de sapientia ingenita, & lumen de lumine, quia nimirum procedit ex paterna cognitione, quæ est sapientia patris, & lumen mediante quo ipse quidquid æternum & temporaneum est, cognoscit. Sicut præterea splendor corpori luminoso, à quo producit, coęuus est, vt in solis splendore patet: sic filius suo patri est coæternus. Vt denique per splendorem corpus luminosum, à quo procedit, cognoscimus, vt etiam in sole patet,

qui

qui si splendorem non emitteret minime à nobis
 cognosceretur, quippe cum corpus esset opacum:
 sic per Verbum diuinum carnem, hoc est, ho-
 minem factum, & patrem & beatissimæ Trinitatis
 mysterium, & admirabilis ipsius incarnationis sa-
 cramentum cognoscimus. Id quod Ioannis. 1. *Ioan. 1.*
 docuit, dum de Trinitate agens dixit. In princi-
 pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum:
 & de incarnatione paulo inferius. Et Verbum ca-
 ro factum est. Et denique respondens tacitæ cui-
 dam obiectioni, quam quispiam aliquando ipsi
 posset proponere, nimirum, vndenam tam pro-
 funda mysteria ipse didicisset, & an aliquo for-
 tasse tempore Deum ipsum vidisset, dum etiam di-
 xit, Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus, qui
 est in sinu patris, ipse narravit. Quasi diceret: il-
 le, qui splendor & lumen est, illud mihi reuela-
 uit, & aperuit. Quem quidem splendorem desi-
 derabat Isaias, cum, vt capitulo .62. notatum est, *Isai. 62.*
 dicebat. Propter Sion non tacebo: & propter
 Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt
 splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lam-
 pas accendatur: & videbunt gentes iustum tuum,
 & cuncti Reges iudicium tuum. Quasi diceret
 Propheta, aperiens desiderium Redemptoris
 mundi, quo mirum in modum flagrabat, a-
 more quo Israeliticum populum prosequor com-
 pulsus, prædicationi finem non imponam, imo
 vocibus & clamoribus cælum ipsum per infinitum
 temporis spatium implebo & penetrabo: donec
 in orbe terrarum filius Dei veluti quidam splendor
 appareat: vt eos qui in tenebris & in vmbra mortis
 sedent

sedent illuminet. Et hunc splendorem Sionis & Hierusalem appellat eiusdem Salvatorem, & simul lampadem incensam. Quia licet ei tantum modo fuerit promissa eiusdem incarnatio, tamen quasi lampas ardens ita totum mundum erat illustraturus, ut etiam gentes infinitis ignorantiae, & errorum tenebris inuolutae, ipsum essent cogniturae, & tanquam Deum & Dominum recepturae.

IO
Explicatur
distinctio in
ter patrem
& filium re-
perta.

Per verba, quae sequuntur: Et figura substantiae eius, exponit Apostolus distinctionem, quae inter hunc splendorem filium, scilicet, Dei & eius aeternum patrem simul cum unitate & aequalitate essentiae utriusque reperitur. Quam distinctionem inter utrumque interiectam exponit, cum filium esse figuram, seu effigiem patris, affirmat. Ad cuius expositionem illud primum notandum occurrit, huic, scilicet, nomini, substantia, quae in Latino contextu est, in Graeco hypostasim respondere. Habetur enim in ipso: ὁς ὡς ἀχώρητα τῆς θεότητος καὶ ἀρρακτῆς ὁμοιωσεῖται αὐτῷ.

II
Quid sit fi-
gura, imago
seu effigies.

Hypostasimque Graece, Latine significare personam sicut etiam ἔσθια substantiam Latine sonat. Scien- dum est deinde figuram idem esse ac imaginem, seu effigiem, quae nihil aliud est, quam similitudo alicuius rei, ea intentione facta, ut eandem rem repraesentet: qualis est figura D. Petri, seu imago eiusdem, quae ipsi similis est, & ad eundem repraesentandum effecta fuit. Ex qua definitione sequitur, non omnem similitudinem alicuius rei esse eiusdem imaginem: ut patet in vno viro probo, qui alterius probi similitudo est, & non imago, quia non ea inten-
tione

tione productus fuit, vt ipsum repræsentaret. Vnde etiam non est dicendum, vnum ouum alterius esse imaginem: licet eiuidem dici possit similitudo. Aduertendum est tandem, imaginem dupliciter accipi solere. Quædam enim imago est, quæ solum illud, cuius est imago, repræsentat, ita tamen vt ipsa & id quod repræsentat inter se specie differant. Quæ imago adhuc duobus modis accipitur. Primo quidem pro ea, quæ rei per ipsam repræsentatæ similis in sola externa corporis figura existit; sicut in cuiusuis depicta imagine experientia docet. Secundo vero pro ea, quæ rei, quam repræsentat similis est, non solum in externa figura, sed etiam in omnibus externis accidentibus, secundum gradum & modum, quo in eadem re, quæ repræsentatur, inueniuntur. Cuius modi sunt non solum imago, quæ est in speculo, sed etiam ea, quæ in oculis, seu intellectu reperiri solet: & qualitates, motusque corporis & oris, eorundemque affectus nimirum risum, locutionem & omnia alia huiusmodi expresse repræsentat: ac proinde in his omnibus illi similis existit. Quo pacto in rebus creatis filius est imago patris, qui cum in natura sibi similem ideo produxit, vt ipsum repræsentaret: & vt in eodem filio specifica ipsius patris natura conseruaretur. Id quod ex sacris literis Genesis. 5. plane colligitur, vbi hæc verba reperiuntur: Vixit Adam centum & triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam vocauitque eum Seth. In quibus verbis propterea Seth filius ipsius Adami appellatur, quia ab ipso in natura specifica similis, vt nimirum eundem,

¹²
Quibus modis accipitur imago.

repræsentaret, & vt in ipso esse specificum continuaretur, productus fuit. Et huic fundamento nituntur leges ciuiles, quæ filium patris defuncti personam repræsentare, ac propterea omnes eiusdem patris actiones ipsi met filio esse attribuendas, declarant, & decernunt.

14
*Filius est
 propria imago
 personæ
 Patris.*

His animaduersis, sic verba Apostoli, Et figura substantiæ eius, sunt exponenda, vt dicatur illud relatiuum, eius, Deum nempe patrem in principio capituli positum referre, ac proinde idem esse dicere filium Dei esse figuram substantiæ eius, ac dicere filium Dei esse imaginem hypostasis, seu personæ ipsius Dei quæ est pater æternus. Quod vero filius proprie imago personæ patris dicatur, ex eo ostenditur. Quia quemadmodum, vt dictum est, in rebus creatis filius ideo imago patris est, quia ab eodẽ similis ipsi in specifica natura productus est: sic etiã in diuina filius est maiori cum ratione figura, seu imago æterni patris, quia ab eo productus est similis in diuina natura, nõ solum specifica, sed etiam numerica, & non solum in essentia, sed etiam in eiusdem essentiæ attributis. Est enim filius, sicut pater omnipotens, infinitus, æternus, sapiens, iustus, & misericors. Quia autem ad rationem imaginis, vt supra notatum est, non sufficit similitudo rei, sed vltcrius requiritur, quod ea intentione producta sit, vt eandem rem, repræsentet. Propterea asserendum est à patre æterno Verbum diuinum productum esse, vt ipsum patrem repræsentet. Id quod ex eo probatur quia Verbum productum est per eam intellectus operationem, cuius finis & scopus est producere verbum & notitiam, obiecto ita similem, vt in omnibus ipsum repræsentet. Vnde

de fit quod licet Spiritus sanctus fir patri filioque in
 essentia, & essentia attributis similis, non tamen pa-
 tris & filij imago possit appellari: quia nimirum ipse
 Spiritus sanctus productus est per quandam volun-
 tatis operationem, cuius finis nō est producere actū
 circa obiectum eidem similem: sed ex se elicere ac-
 tum, qui duntaxat ipsam voluntatem inclinat in e-
 iusdem obiecti, seu rei dilectæ & amatae propensio-
 nem, & benevolentiam. Et quidem ex hoc loco aper-
 re colligitur contra Sabellium realis illa distinctio,
 quæ inter diuinas personas inuenitur. Ipse enim im-
 pudenter asserbat, vnicam tantum personā esse in
 Deo, quæ tamen ratione diuersorum effectuum, di-
 uersis etiam nominibus appellabatur. Dicebatque
 ipsam ratione creationis patrem, ratione vero incar-
 nationis filium, ratione denique iustificationis Spi-
 ritum sanctum nuncupari. Ex eo igitur hic nefarius
 error refellitur. quia si filius figura est & imago pa-
 tris, fieri non potest patrem & filium esse vnā tan-
 tum personam, sicut etiam fieri non potest figura
 & figuratum, quæ correlatiua sunt, esse vnum ac
 idem suppositum. Colligitur præterea ex hoc loco in-
 ter eundem filium Dei & creaturas quantum attinet
 ad similitudinem, quam cum Deo habent, hoc esse
 discrimen, quod filius solius patris imago est. Ait
 enim Apostolos: Et figura hypostasis eius, nempe
 patris. Rationalis vero creatura est omnium trium
 diuinarum personarum imago, vt ex illis Genesis
 verbis, nempe, Faciamus hominem ad imaginem
 & similitudinem nostram, aperte deducitur. Fi-
 lius præterea est patris imago in natura & naturæ
 attributis: homo verò solum in potentij animæ,

14

*Spiritus san-
 ctus licet sit
 similis pa-
 tri & filio,
 non tamen
 est ipsorum
 imago.*

15

*Error Sabel-
 lij circa di-
 uinas perso-
 nas.*

Genes. 1.

16
 Error Ar-
 rij circa idē
 tiam sub-
 stantie diui-
 narum per-
 sonarum.

& in operationibus eidem Deo similis existit. Id quod propterea circa hunc locum notandum fuit ut ex illius prava & male sana declaratione, seu interpretatione, illi, qui Arianorum nefariam hæresim sectantur non deducāt filium non habere esse substantiale eidem cum æterno patre. Quia cum patri similis sit, & similitudo etiam non sit identitas, nec simile sit idem, videtur sequi quod pater & filius idem esse substantiale non habeant. Nam responderi facillime potest huic apparenti argumento, filium & patrem licet sint substantialiter idem, non tamen idem personaliter esse, ac proinde vnam personam posse esse alterius similitudinem & imaginem. Ex dictis iam constat non solum in Deo esse diuinarum personarum multiplicationem, cuius in hoc versu sit expressa mentio, sed etiam, in quam re illa Dei gloria sita sit, quam in eodem ipsi Deo attribuimus dicentes. Gloria patri & filio & Spiritui sancto, sicut erat in principio, &c.

17
 Dubiū cir-
 ca gloriam
 & eius soliti-
 o.

Cæterum circa hoc statim se se offert obiectio. Nam si gloria beatitudinem significat, & Deus ab æterno est beatus, quo pacto inuimus ipsam eidem esse temporalem & non æternam, cum dicimus, ut sit ipsi gloria, sicut in principio creationis rerum fuit, insinuantes ipsam cum principio creationis rerum incepisse? Sed ad hanc obiectionem facile quis respondebit, si dixerit, quod ea verba, Sicut erat in principio, sic possunt intelligi, ut illa Ioann. 1. In principio erat verbum, &c. Quæ hunc sensum efficere possunt, nimirum, quod in principio, vt habetur Genesis. 1. quando crea-
 uit

uit Deus cœlum, & terram, iam erat Verbum quod tali principio caret, quia aternū est, & iam erat quādo creaturę cōdi inciperēt, vt explicat Ioānes Ferus loco Ioanis citato. Ad quēmodum de Gloria, que Deo est aterna, non repugnat dicere, & desiderare quod sit illi nunc & semper, sicut eidē iam erat quando in principio creationis rerum ipsa producebantur. Nam illud verbum erat in principio denotat esse aternam, siquidem ante omne principium iam erat.

Ioan. Ferus

Alia etiam dubitatio circa hoc idem proponi potest, & ea est: Quare dicamus quod gloria hoc est, aterna beatitudo sit Deo, quasi illam ipsū velimus, de mus, & concupiscamus, aut desideremus, tanquam si eadem careret, cum tamen illa sit ipsi Deo aterna & essentialis, vt ex dictis iam patet: Sed ad hanc etiam dubitationem respondetur, quod peculiare charitatis opus & maxime meritoriuū est velle Deo illud bonum quod ipse iam habet, licet illud sit eidem aeternum. Pertinet enim talis amandi actus ad amorem amicitie, qui amore concupiscentie multo præstantior existit, vt ex Diuo Thoma. 1. 2. quaestione. 26. art. 4. colligi potest. Et ex ea charitate procedit, de qua ait Bernardus, quod perfecta charitas mercenaria non est, cum tamen sine maxima mercede non sit. Sicut enim grauissimum peccatum committeret, qui vellet & cuperet, quod Deus eam gloriam non haberet, quam habet, & pro eo peccato maximo & horribili supplicio afficeretur. Sic etiam cum Deus pronior sit ad miserendum, quam ad puniendum, qui Deo vult & concupiscit illam gloriam, quam

18

*Quam meri-
toriuū sit vel
le pro illā
gloriā quā
ab aeterno
habet.*

*D Thom.
Bernard.*

Pfal. 148.

habet, plurimum meretur, & plurimis gloriae sempiternae voluptatibus pro eo cumulabitur. Quam obrem Psal. 148. ait David loquens de Deo cum caelestibus spiritibus: Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Quod non dicit sanctus propheta ignorans Angelos & ceteros beatos semper Deum laudare, vel videns ipsos hoc non facere, volens eosdem ad hoc ipsum incitare, sed ut ostendat se de ipsis laudibus ab Angelis Deo datis peculiarem voluptatem percipere. Ad quem etiam modum pater familias, qui in vineam suam operarios misit, si eos maxima sollicitudine in ea laborantes inuenit, eisdem dicit: Laborate filij, laborate filij, non quia ipsi otio tunc languescant, sed, ut de labore ipso, quem impendunt, se voluptatem percipere significet. Quia igitur David ipsam similiter recipiebat de laudibus, quibus Angeli Deum iam extollebant, ideo dixit. Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Ad talem quidem charitatis actum erudiebat Paulus Romanos sic ad eos scribens capit. 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Et de Ietro Exod. 18. habetur, quod licet rusticus & gentilis esset, nihilominus laetatus est super omnibus bonis, quae fecerat Dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum, & ait: Benedictus Dominus, qui eruit Populum suum de manu Aegypti. Multo igitur maiori cum ratione Christiani homines debent gaudere, non solum de bonis suorum proximorum, & pro eisdem gratias Deo agere iuxta illud Ephes. 5. Gratias agentes Deo pro omnibus: sed multo magis pro bonis ipsius Dei laetari similiter debent, eidemque gratias pro illis semper agere cum

Simile.

19
Valde meritorius charitatis actus est, gaudere de bonis proximorum.
Rom. 12.
Exod. 18.

Ephes. 5.

cum Ecclesia dicentes illud toties ab ea vsurpatum : Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam , quod idem fere significant , quando simul cum ipsa dicunt: Gloria patri & filio & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. In hoc enim versu non solum de gloria Dei se lætari innuunt, sed etiam ipsum laudant , & quodammodo pro eadem gratias largiuntur.

Secunda significatio huius nominis, gloria, est illa, in qua ipsa nihil aliud est apud Latinos, quam frequens fama de aliquo cum laude, vt Marcus Tullius in sua Rhetorica ait. Siue vt est apud eundem in oratione pro Marco Marcello, est illustris ac peruulgata multorum, & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritum. In qua significatione Poete etiam gloriam vsurpant. Nam Horatius lib. I. Sermonum habet.

²⁰
Alia significatio huius nominis gloria.

Marc. Tul.

Horat.

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru

Non minus ignotos generosis.

Et Ouidius in Ponto.

Laudataque virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet

Sancti Doctores similiter gloriam accipiunt de ea enim dicit Ambrosius super Epistolam ad Rom. quod est clara cum laude lætitia, quem etiam refert Antoninus Florentinus in . 4. p. suæ summę

*D. Amb.
D. Anton.*

Et Au-

- August.* Et Augustinus, quod est iudicium hominum bene
Cassiodor. de hominibus opinatum. Et Cassiodorus lib. 1. Ep.
 23. quod laborem non refugit, qui virtutis gloriam
 cupit. Quo denique modo hoc vocabulum accipit
Boetius. Boetius lib. 8. de consolatione prola. 6. Gloria igitur
Tullius. sic accepta & presertim illa, quæ, ut ait Tullius.
 21.
Soli Deo dā 3. Tulculana est solida quædam res, & expressa, & nõ
da est gloria adumbrata: & cõsentiens laus bonorum incorrupta
 vox bene iudicantiũ de excellenti virtute, soli Deo
 1. *Timo. 1.* danda est. Soli enim Deo, ut inquit Paul. 1. Timo. 1.
 honor & gloria in sæcula sæculorum. Ac propterea
 merito atque optimo iure dicimus gloria patri & fi-
 lio & Spiritu sancto, sicut erat in principio & nunc &
 semper, & in sæcula sæculorum. Quia vero soli ipsi
 Deo debetur honor & gloria, ait ipse Isai. 44. gloriã
Isai. 44. meam alteri non dabo. Significans gloriam esse suã
 22
Quibus sup & alteri non esse dandam, nec proinde ab altero ac-
plicijs affe- cipiendam, & multo minus fore quærendam. Acto.
cti fuerint 12. refertur, quod Angelus Herodẽ percussit, eo quod
qui sibi & non dedit honorem Deo. Et Rom. 1. ait Paulus: in
non Deo glo- omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum Do-
riam bono- minũ nostrum. Et de Romanis, & de philosophis ibi
rum operum dem ait: Non sicut Deum glorificauerunt, aut Gra-
dederunt. tias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis
Act 12. & obcuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se
Rom. 1. esse sapientes, stulti facti sunt. Qua si dicat: Propte-
 rea hoc maximo supplicio affecti sunt, quia gloriam
 soli Deo debitam, non eidem, sed sibi dare voluerũt
 de Phidia statuaria quasi maximum scelus refert.
Val. Max. Valerius Maximus lib. 8. de cupiditate gloriæ. Et
Tullius. Marcus Tullius. 1. Tulculan. quæstion. quod clypeo
 Mineruæ effigiem suam inclusit ita inseparabiliter
 qua

qua cōuulsa tota operis colligatio solueretur. Quod si hoc scelus maximum arbitrati sunt homines fidei lumine carentes; quia qui illud commiserat gloriam Mineruæ vanæ scientiarum Deæ debitam (vt illi inaniter existimabant) sibi ipsis tribuere conati sunt: quanto maius & grauius crimen illi perpetrabunt, qui non verum Deum, sed se ipsos impudenter glorificent, Deoque debitum honorem quasi eiusdem fures sibi surripiunt, scelus Luciferi simul rememorantes? Quod Isai. 14. sacra pagina enarrat. Ad quod Paulus respiciens Philip. 2. de Christo Domino dicit. Quod cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinaniiuit, &c. Insinuans nimirum illam æqualitatem, & similitudinem Dei, quam Christus habebat, nō esse habitam per eam rapinam, per quam Lucifer eandē similitudinem, & æqualitatem nefarie, & impudenter habere procurauit, quā ob causam non solū illam non habuit, sed etiam multa bona, quæ iam habebat amisit. Quia autem eius crimen aliquantulum imitatur quicumque gloriam soli Deo debitam sibi attribuere audet, timeat ne simili supplicio plectatur. Nam in quocunque bono quod homo fecerit, duo considerari possunt, & honor & commodum, ex quibus Deus voluit sibi honorem eligere homini autem lucrum & commodum reseruare. Et propterea si gloriam & honorem Deo debitum manu violenta & sacrilega arripuerit, eidem auferret proculdubio ipse Deus præmium, & commodum, quod ex bono opere esset reportaturus: ac proinde tantum aberit, vt pro eo, præmio dignus iudicetur, quin potius supplicio maximo sit afficiendus

*Isai. 14.
Philip. 2.*

Simile.

Genes. 39.

duſ, puniendusque tãquam latro, qui non ſolum quod abſtulit, reſtituere cõpellitur, verũ etiam bonorum ſuorum ſeptuplũ exoluit. Qua propter quemadmodum ſanctus Ioseph, vt habetur Genes. 39. quãdo im pudica eius Domina eum ad peccandum cum ipſa ſollicitabat, eidẽ dixit, Dominus meus tradidit mihi omnia præter te, quæ vxor eius es, quomodo poſſum peccare in Dominum meum? Sic etiam vnusquique ſiquidem licet eidẽ Deus tradiderit omnia, non tamen tradidit ipſi gloriam, quam alteri nõ dare decreuit, eandem nullo modo ſibi quærat, imo nec oblatam accipiat, ſed tanquam Deo debitam eidem relinquat, reddat.

Ioan. 5.

23
Non ſolum
qui gloriam
quærit, ſed
qui oblatam
accipiunt pu
nientur.

Phariſæis dicebat Chriſtus Ioan. 5. Quo modo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis. In ſinuans, videlicet, ipſos in infidelitatem incidiffe, quia gloriam ab inuicem oblatam accipiebant, vt ex magnitudine talis ſupplicij magnitudinẽ etiam, & grauitatem ſui peccati intelligerent. Quod ſi tam graue peccatum eſt gloriam oblatam acceptare, quã graue peccatum erit eandem affectare, & quæſere? Ego non quæro gloriam meam, inquit Chriſtus Ioan. 8. licet ipſa eſſet ſua, quia non per rapinam æqualis Deo exiſtebat, vt ſupra explicatum eſt. Gloria ergo, quam appetere debent homines in hac vita, illa eſt, de qua Paul. 2. Corinthi.

Ioan. 8.

24
Quam glo
riam ſibi in
hac vita ho
mo procura
re debeat.
2. Cor. 1.
Socrates.

1. ait. Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. De qua etiam Socrates ſolitus erat dicere, viam ad gloriam proximam eſſe, & quaſi compendiariam, ſiquis, ſcilicet, id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet, alias fortis eſſe & magnanimi viri gloriam non appetere, ſed ſola ſuorum

reæt

recte factorum conſcientia contentum eſſe. Cui conſonat illud Martialis libr. 5. Epigrammaton ad Regulum, nempe. *Martialis.*

Nil opus inuidia eſt, procul abſit gloria vulgi,

Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.

Et illud tanquam prouerbiū maxime uſurpatum.

Sape uiris maior gloria ſp̄reta redit.

Vnde etiam Chryſoſtomus homil. 4. Si gloriari cupis, gloriam deſpice, & omnibus glorioſior eris. Vnde patet, quantum conſueat ipſam gloriam etiā vltro oblatam non accipere, & quanta obligatione vnusquique teneatur, vt eam ſoli patri & filio & Spiritui ſancto reddat.

Sed quæret aliquis, quare Deus ſic de ſua gloria ſolicitus fuerit, vt illam nec alteri det, nec dandam eſe conſentiat. Ad quod reſpondendum eſt Deum hoc non ſui cauſa, ſed propter nos facere. Nimis enim periculoſum eſſet nobis placere, quia inde poſſemus ſuperbiendi anſam accipere. Ipſe autem qui ſuper omnia habitat, quantumcunque ſe extollat, non poteſt ſuperbire, nec magis extolli quantumcunque ſe laudibus efferat. Quid quid igitur boni homo fecerit, & quid quid laude dignū, in eo cognoſcere debet, Dñm Deū ſuū, eius præcipuum autorem eſſe, ſeque ipſum inutilem ſeruum conſiderare

D. Chryſoſ.

25.
*Quare Deus
velit gloriā
ſibi dari,
quam homi-
nibus probi-
bet.*

siderare, & vile gratiæ suæ instrumentum. Et licet Deo seruiat ijs muneribus, quæ de liberali ipsius manu accepit, consideret. Quod si eadem peccatoribus ipsis similiter fuisset concessa, melius forsan, quam ipse operarentur, & ita potius se seruum inuilem iudicabit, quam gloriabitur, dicitque cū Paulo.

2. Tim. i. Regi sæculorū immortalī & inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Siue cum Ecclesia, Gloria patri & filio & Spiritui sancto. Hoc est. Gloria patri, magnorum patri, & patri paruulorū & orphanorum patri, gloria patri luminum, & luminī patrū nostrorum. Gloria patri iustorum, & peccatorum patri sit gloria eorū, qui efficaciter volunt iustificari. Gloria patri, qui proprio filio nō pepercit, vt pater fieret eorum, qui filij sui esse noluerunt. Gloria patri, à quo omne, quod habemus, recepimus: & à quo speramus quod deest nobis. Gloria patri, qui nos diligit tanquam filios, & tanquam pater suffert. Gloria patri patrum nostrorum, patri fratrum nostrorum, & patri omniū patrem habentiū. Et gloria sit filio huius tanti patris. Gloria filio, qui tātī patris nos filios effecit. Gloria sit filio, qui est gloria patris, & Ecclesiæ pater. Gloria filio, qui non est minor, nec posterior patre. Gloria filio, qui obediens fuit patri vsque ad mortem, & per ipsam dedit vitam filiis patris sui. Gloria filio, qui pater est matris suæ. Et Gloria Spiritui sancto, qui lumen est omnis creaturæ. Gloria Spiritui sancto, qui dat spiritum, replet spiritu omnes, quos replere sibi placet. Gloria Spiritui sancto, cuius linguæ igneæ sunt, ex igne, qui illuminat, sed non vrit: splendet, sed non denigrat, nec fuligine inficit: ignis malum consumens, fortificans,

2. Tim. i.

26

Quomodo
Deo sit dan-
da gloria.

& coagmētās bonū. Gloria Spiritui ſancto qui deſolatorū eſt ſolatiū & viuificator cordium, quæ illi ſe ſubmittunt. Id eſt, Gloria Patri magnorum & humiliū, & orphanorum. Gloria ſit Patri luminum, & patrum noſtrorum lumini. Gloria ſit Patri iuſtorum, & patri peccatorum, qui voluntate efficaci ab eo iuſtificari deſiderāt. Gloria ſit patri, qui etiam proprio filio non pepercit, vt poſſet eſſe pater eorum, cuius voluerūt eſſe filij. Gloria ſit patri, à quo omne quod habemus accepimus & à quo omne etiā quod nobis deficit, ſperamus. Gloria ſit patri, qui nos tāquam filios diligit, & nos tanquam pater ſuffert. Gloria ſit patri noſtrorum parentum, & patri fratrum noſtrorū & patri eorum, qui patrem habent. Gloria etiam ſit filio tam boni parentis. Gloria ſit filio, qui fecit nos eſſe filios tanti parētis. Gloria filio, qui eſt patris gloria, & pater Eccleſiæ. Gloria ſit filio, qui non minor nec patre poſterior eſt. Gloria ſit filio, qui fuit obediens patri vſque ad mortem, & per ipſam filijs ſui patris vitam tribuit. Gloria ſit filio, qui eſt pater matris ſuæ. Gloria ſit etiam Spiritui ſancto, qui eſt omnis creaturæ lumen. Gloria ſit Spiritui ſancto, qui ſpiritum tribuit, & omnes ſibi gratos ſacro flamine complet. Gloria ſit Spiritui ſancto, cuius linguæ ſunt ignis, qui illuminat, nō tamen cōburit, emicat nihilo minus non ſcēdat, ignis tandem, qui malum conſumit, bonum vero corroboret, & auget. Gloria ſit Spiritui ſancto, qui conſolatur deſolatos, & corda ſibi ſe ſubmittentia viuificat. Hoc modo has diuinas perſonas aſidue laudemus cum amore, quando quidem tanta cum obligatione ad hoc conſtringimur.

*Sicut erat in principio & nunc & semper, & in se-
cula seculorum.*

27
*In principio
creationis
quia omnia
bene se habe-
bant, Deo
gloriam da-
bant, quod
modo non fa-
ciunt.*

Rom. 8.

Eccles. 1.

Luc. 15.

QVia in principio creationis erant omnia valdè bona, nò solùm cæteræ creaturæ, de quibus Genes. 1. dicitur: Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erāt valde bona, sed etiam ipse homo (fecit enim Deus hominem rectum, vt habetur Ecclesiastes. 7.) Idcirco cum in homine etiam sensus rationi, ratio vero subiecta tūc esset Deo, bene omnia se habebāt, ac proinde ab omnibus mirum in modum eo temporis principio glorificabatur. Postquam vero ipse homo in peccatū incidit, & in suarū potētiarū animæque viriū deordinationē deuenit, omnē creaturam suæ vanitati subiecit, ipsamque quodam modo vanam reddidit. Quapropter Paulus Rom. 8. ait. Vanitati creatura subiecta est nò volēs. Et addit paulo post: Omnis creatura ingemiscit, quia nimirū homo ipsa creatura post peccatū tam vane uti solet, vt propterea Ecclesiastes cap. 1. dicat, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quasi homo eandem creaturā ipsam met vanitatem efficiat. Hanc autem violentiā, quam homo creature peccando infert innuit filius prodigus Luc. 15. dicēs. Pater peccavi in cælum & coram te. Insinuans, eum, qui pec-

peccat, non solum contra Deum peccatum cōmittere, sed etiam contra ipsum cælum, cuius diurno lumine ad tendenda retia, & eiusdem luminis absentia ad eadem extrahenda in nocturnis tenebris (abutendo simul portione substantiæ suæ, hoc est, reliquis creaturis) male vritur, efficitque q̄ dies mali sint, vt inquit Paul. Ephes. 5. ratione ipsius cum dese sint boni, & quod creaturæ, quæ similiter erant valde bonæ tales non appareant, siquidem post hominis peccatum ratione ipsius, non ita Deum glorificāt, sicut id erat in principio quādo omnia bene se habebant, vt dictum est.

Ephes. 5.

GLoria igitur sit Deo nunc, sicut in principio creationis rerum eidem erat. Hoc est, nemo in tempus futurum Dei glorificationem differat, sed in tēpore præsentis per, nunc, significato, ipsum glorificet: nec enim scit vtrū ad futurū sit peruenturus. Ecce nunc tēpus acceptabile ait Paul. 2. Corinth. 6. Quasi dicat: Aduertat vnusquisque quod, nunc, hoc est, tempus huius breuissimæ vitæ præsens, est tempus peculiariter acceptabile ad Deum glorificandum. Quamobrem 1. Corinth. 6. non ait, glorificabitur, & portabitur Deum in corpore vestro: sed glorificate Deum in corpore vestro, nunc in tempore, scilicet præsentis. Quapropter similiter sanctus Ezechias, Esai 38. ait: Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie. Quasi dicat: Dum homines sunt in hac præseti vita, quæ quasi quoddā nūc,

28
Non sunt
differendæ
laudes Dei
in tempus
futurum sed
in præsentis
est illi dāda
gloria.
1. Cor. 6.

seu instans breue est, debent confiteri, hoc est, laudare & glorificare Deum; sicut ego hodie facio, timens ne crastina dies, aliudve tempus futurum ad hoc idem faciendum mihi desit.

29 Sicut ergo in principio gloria Deo fuit, illi modo & semper sit, hoc est, non solùm hoc præsentis tēpore Deum glorificemus, sed omni etiam tempore futuro vnusquisque se idem facturum esse proponat, dicatque cum Dauid Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Qui enim habitant in domo Domini, hoc est, in Ecclesia Dei, in sæcula sæculorum laudabunt eū, hoc est; Non solùm in hac vita, sed multo melius in alia dicent (quod etiam ego in fine huius operis dico) illud Apocalip. 5. Sedit in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum, Amen.

FINIS!

INDEX PRÆCIPVARVM

huius operis sententiarum, & earum rerum,
de quibus in eo copio-
sius agitur.

A



Cerbitas, & amaritudo ex peccato proueniens
quanta sit. fol. 233.

Adulatores fugiendi, & procul pellendi sunt, fol.
107.

Adulatores Regibus, & Principibus maxime nocēt, fol. 108.

Adulatores Regum opes consumunt, & illis consumptis sta-
tim abeunt fol. 110.

Adulatio quid faciat, quid vera amicitia ibidem.

Albedo significat gratiæ præstantiam. fol. 215.

Albedo est fundamentum cæterorum colorum. fol. 217.

Amor lasciuus quare nudus à poetis depingatur. fol. 25.

Amor proprius quid sit, & quid in homine faciat. fol. 155.

Animi motus in corpus, & corporis in animum penetrāt. fol.
159.

Animi integritas & simplicitas in quonā consistant. fol. 188.

Appetuntur magis aliena, & quæ magis prohibentur. fol. 23

Augustinus in exemplum pœnitentiæ adductus. fol. 34

Auerto verbum, quid in scriptura significet, fol. 230.

B

Beati quodam modo possunt iusti dici in hac vita sicut
impij in ea dici possunt maledicti, fol. 226.

Beatitudo cælestis de iustitia æquitatis debetur homi-
nis operibus cum Christi meritis per fidem & charitatem
vnitis, fol. 277. & 281.

Beatitudo cælestis de iustitia conuenientiæ debetur homini
bene operanti, quia eidem illam Deus promisit, ibidem.

Beatitudo obiectiua & beatitudo formalis quid sit, fol. 400.

Beatitudo seu gloria Dei in quo consistat, ibidem.

Be nigne facit Deus cum homines laboribus afficit in hac vi-
ta, fol. 372.

INDEX.

- Benignitas est propria Dei, & in vnoquoque principe debet reperiri ibidem.
- Benignus qui sit, & quid benignitas, fol. 373.
- Beneficium incarnationis. verbi diuini fuit gratuitum, fol. 370.
- Boni se potius accusant acriter, quam aliquo modo excusent, fol. 193.
- Boni quod in alijs excusant & minuunt in se ipsis exaggerant, fol. 196.
- Boni vt plurimum in bene composita ciuitate & republica, viuunt, fol. 376.

C

- C**aro Christi seu corpus est ille vere cibus in quo pater sibi bene complacuit, fol. 388.
- Caro potius per fugam quam per resistentiam vincitur, fol. 21.
- Carnem vincere fugiendo est maxime gloriosum, fol. 22.
- Carnis fragilitate sanctissimi. etiam viri superari solent, fol. 24.
- Carnis peccatum in miserrima seruitute hominem constituit, fol. 320.
- Castitatis exempla singularia, fol. 20.
- Cæcitas mentis & cordis durities vnde proueniant, fol. 83.
- Clementiæ, & misericordiæ laudes, & quid de illis dicant profani autores, fol. 67.
- Carnalis turpitudine propria est pecudum & ferarum, fol. 197.
- Charitas debet esse regula nostrarum operationum, fol. 246.
- Charitas erga Deum debet esse sine modo, fol. 247.
- Christus quare sanguinem sudauit in horto, fol. 131.
- Christus cæterorum laborum sitiens opprobrii tamen saturatus fuit, fol. 133.
- Christus factus est pro nobis peccatum, vt nos efficeremur in ipso iustitia, fol. 172.
- Christus quomodo dicatur factus pro nobis maledictum, folio 173.
- Christus pro homine rigore Dei iustitiæ satisfecit, fol. 174.

I N D E X.

- Christus quomodo satisfecerit rigoroſe declaratur duobus
 exemplis. fol. 175. & 176.
- Christus venit in mundum vt vera nomina rebus imponeret.
 fol. 18.
- Christus ſolus fuit verè humilis, fol. 207.
- Christus per hyſtopum fuit ſignificatus, fol. 212.
- Christus ſuo ſanguine in cruce effuſo ſolus nos potuit mun-
 dare, fol. 213.
- Christus lauit nos ſanguine ſuo & candidos fecit, fol. 214.
- Christus Eccleſiam offert & in ea ſimul offertur in ſacrificiũ
 iuſtitia, fol. 379.
- Christus qui ſe per ſacrificium cruentum ſemel obtulit, per
 incruentum ſemper idem facit, fol. 380.
- Christus quare dicatur ſacerdos in æternũ ſecundũ ordi-
 nem Melchizedech, & non ſecundũ ordinem Aaron,
 fol. 381.
- Christus ſolus hominem potuit redimere à peccati ſeruitu-
 te, fol. 320.
- Christi tempus, dicitur tẽporis plenitudo & quare, fol. 288.
- Christi meritum infinitum cauſat in hominis operibus quod
 de iuſtitia æquitatis ei debeat beatitudo, fol. 283.
- Christus quare ſuper Lazarum fuit lachrymatus, fol. 33.
- Chriſtiani etiam ſæpenumero veritatẽ odio habent, fol. 184.
- Cognitio ſui & peccatorum valde conducit ad peccatoris ſa-
 lutem, fol. 105.
- Cognitio ſui eſt ab vno quoque homine maxime procuran-
 da, fol. 106.
- Cognoscere ſe ipſum eſt valde difficile, fol. 110.
- Cognoscere peccatum exactè quoad malitiã eſt valde dif-
 ficile, fol. 117.
- Confefſio peccati, eſt quædam ſanguinis emiſſio, fol. 322.
- Confefſio peccatorum debet fieri ſine vlla excuſatione & cũ
 maxima humilitate, fol. 363.
- Confefſio peccati quã exactè facienda ſit, fol. 237.
- Concionandi munus quã difficile & laborioſum ſit, fol. 302.
- Concionator omni labe carere debet & ſanctitate abundare,
 fol. 304.

Concio-

I N D E X.

- Concionator debet docere & prædicare verbo & exemplo, fol. 306.
- Concionator quantum libertatem debeat habere ad reprehendendum, & unde illa in ipso nascatur, fol. 318.
- Con sanguinei maxime solent nocere sacerdotibus, fol. 323.
- Contritio tanta potest esse in peccatore ut præstantior sit in corruptione & innocentia, fol. 364.
- Consideratio peccati est utilis ad animæ amaritudinem, & ad gemitus & lachrymas effundendas, fol. 362.
- Conscientia quid faciat in peccatoribus suis morsibus, fol. 221.
- Conscientia magnam vim habet ad puniendum, fol. 222.
- Cor dis contritione vincitur quodam modo Deus, fol. 6.
- Cor dis munditia quam necessaria sit ad Deum videndum, fol. 97.
- Cor impij in peccato existentis quale sit, fol. 206.
- Correctio & reprehensio valde utilis est peccatori, fol. 105.
- Creaturæ omnes peculiarem nobilitatem consecutæ sunt ex verbi diuini incarnatione, fol. 289.
- Crux Christi dicitur statera, & quare, fol. 279.
- D**Auid quomodo peccauit, fol. 11.
- DAuid quam misericors fuerit cum suis inimicis, fol. 62.
- DAuid per peccatum amisit lætitiã, quam ante ipsum habuerat, fol. 276.
- DAuidis peccatum quam graue fuerit, fol. 10.
- DAuidis victoria de suo peccato quam gloriosa fuerit, ibidem.
- DAuidi sub iuramento facta fuit repromissio de verbo ex carne assumpturo, hoc est ex eius generatione, fol. 139.
- DAuid ex suo peccato occasionaliter multa bona promanarunt, fol. 148.
- DEus quodam modo superatur cordis contritione, fol. 6.
- DEus moleste fert, & sustinet maximum peccati pondus, fol. 31.
- DEus quam facilis sit ad misericordiam, fol. 39. &c. 339.

I N D E X.

- Deus magis sentit labores hominum quam ipsi, & quare, folio 46.
- Deus quasi piissimus pater homines punit, fol. 47
- Deus quare dicatur iratus, zelotes, & misericors, fol. 54
- Deus quomodo sit misericors, fol. 55
- Deus quomodo dicatur habere iram magnam & parvam, folio 60.
- Deus pronior est ad miserendum, quam ad puniendum, folio 71.
- Deus etiam puniendo misericordiosem se exhibet, quam non puniendo in hac vita, fol. 73
- Deus cum miseretur ad suam potius misericordiam quam ad hominis miseriam respicit, fol. 85
- Deus quo pacto pluris faciat unum peccatorem quam nonagintanovem iustos, fol. 136
- Deus in incarnatione videtur quodammodo à se exiisse, folio 143.
- Deus valde pius & mansuetus mansit postquam homo factus est, fol. 145
- Deus solus potest mundare eum qui de semine immundo est conceptus, fol. 152
- Deus in nulla re tantum manifestavit suam iustitiam sicut in morte filij sui, fol. 172
- Deus si proprio filio non pepercit quid faciet reliquis hominibus, fol. 177
- Deus etiam lætatur cum suam iustitiam exercet in impios, & gloriatur cum ipsos punit, fol. 178
- Deus maxime diligit veritatem, quæ est conformitas inter rem & verbum, fol. 183
- Deus cum fuit tristitiæ capax magna propter peccatum affectus fuit, magnoque odio ipsum persecutus, fol. 234
- Deus præ oculis in omnibus operibus à nobis habendus est, fol. 250
- Deus immutabilis est, quomodo mutari interdum dicatur, folio 271.
- Deus quam utile pactum ineat cum homine bene operante, fol. 279

I D E X N.

- Deus semper laudandus est. fol. 345.
 Deus solus est vere Dominus & absolutus, homo vero non.
 fol. 374.
 Dei quæ misericordia sit propria. fol. 61.
 Dei iusticia ab eius misericordia circumdata esse videtur.
 fol. 72.
 Dei laus quæ & quanta sit & qualis debeat esse. fol. 334.
 Deo vim quodammodo inferunt lachrymæ & gemitus. fol. 7
 Deo Gloriosum est peccata remittere, & delere. fol.
 135. & 137.
 Dæmon quare lumen diuinæ gratiæ in homine conetur ex-
 tinguere. fol. 28.
 Dæmon per resistentiam superari solet. fol. 22.
 Dæmon per hominis peccatum procurauit impedire diuini
 verbi incarnationem. fol. 147.
 Dæmon omnia mendacijs replet, quia pauci sunt qui verita-
 tem loquantur. fol. 186.
 Dæmon maxime affligitur lachrymis peccatoris. fol. 361.
 Debitum maximum est peccatum erga Deam. fol. 124.
 Dilectio recta quæ nam dicatur. fol. 249.
 Distinctio diuinarum personarum Patris scilicet & filij ex-
 plicatur. fol. 407.
 Dubium circa meritum nostrorum operum & eius solutio.
 fol. 280.
 Dubium optimum & eius solutio. fol. 49.
 Dubium circa laudem Dei & eius solutio. fol. 334.
 Dubium circa gloriam & eius solutio. fol. 408.

E

- E**rror Sabellij circa diuinas personas. fol. 407.
 Error Arii circa identitatem substantiæ diuinarum per-
 sonarum. fol. 403.
 Esse naturale & supra naturale quod à Deo accipimus quan-
 ti faciendum sit & quæ gratiæ pro eo Deo agendæ. fol. 348.
 Exemplum bonum quantum pro fit & malum quantum ob-
 fit. fol. 97.

I N D E X.

- Exemplum malum parentum filios eorum nequissimos red-
dit. fol. 165.
 Eucharistia est sacramentum & sacrificium simul fol. 383.
 & 384.
 Eucharistia est omnigenum sacrificium & quare. fol. 381.
 Eucharistia non debet sumi nisi ab eo qui se prius probaue-
rit. fol. 384.
 Eucharistia quando offertur, aliquid Deo offertur, quod
 eius quodammodo non erat, ideoque est illi maxime
 acceptum. fol. 385.
 Eucharistia cōtinet carnem Christi ad summā & maximam
 celsitudinem eleuatam. fol. 386.
 Eucharistia continet omnes perfectiones veri cibi. fol. 389.
 Eucharistia est cibus dulcis & dat vigorē & salutem animæ
 fumentibus illam. fol. 390. & 391.

F

- F**igura, imago, & effigies in quo differant, & quid sint. fol.
 404. & 405.
 Fator peccati quantus sit, quantaque corruptio. fol. 235.
 Filius Dei quare dicatur splendor Gloriæ. fol. 402.
 Filius Dei est propria imago personæ Patris. fol. 406.
 Filius similior videtur esse matri quam patri. fol. 164.
 Filij interdum puniuntur à Deo propter peccata parentum.
 fol. 42.
 Filij quare puniantur propter parentum peccata à Deo.
 fol. 403.
 Filij interdum bonis à Deo cumulantur propter parentum
 virtutes. fol. 405.
 Filij sæpe habent mores & propensiones suorum parentum.
 fol. 160.
 Filij ab ineunte etate bonis moribus sunt instruendi. fol. 168.
 Filix sæpe mores, & propensiones suarum matrum habent.
 fol. 163.

G

- G**ratia quo ad pulchritudinem significatur per albedi-
 nem. fol. 215.

I N D E X.

- Gratiæ semper sunt à nobis agenda; Christo, qui pro nobis
 ipsis rigorose satisfecit, fol. 326
- Gratias pro acceptis beneficijs reddat Deo qui maiora ab eo
 accipere voluerit, fol. 319
- Gratias Deo agunt iulli quando ipse in illis peccata punit,
 fol. 330.
- Gaudium & lætitia magna resultat in anima postquam ab ea
 peccatum est depulsum, fol. 226
- Gemitus & lachrymæ vim quodammodo Deo inferunt,
 fol. 7.
- Gloria nostræ iustificationis & nostrorum bonorum operum
 Deo est referenda, fol. 239
- Gloria accipitur interdum pro beatitudine, fol. 399
- Gloria alias habet significationes, fol. 411
- Gloriam soli Deo danda & fol. 412
- Gloriam bonorum operum sibi ascribere, quanta iniquitas
 sit, fol. 243.
- Gloriam velle Deo quam iam ab æterno habet est valde me-
 ritorium, fol. 409.
- Gloriam bonorum operum, qui sibi & non Deo dederunt,
 quibus supplicijs affecti fuerint, fol. 412
- Gloriam sibi oblatam qui accipiunt punientur, quanta-
 magis qui eam quærunt, fol. 414
- Gloriam sibi homo in hac vita procurare etiã potest & qua-
 nam illa sit. ibidem.
- Gloriam quare Deus sibi dari velit, quam hominibus prohi-
 bet, ibidem.
- Gloriam Deo quomodo debeant homines dare, fol. 416
- Gloriam Deo dabant omnia in principio creationis, quia
 omnia bene se habebãt, quod modo non faciunt, fol. 417
- Gloriam & laudes debet homo Deo dare in tempore præsen-
 ti & non in futurum eas differre, fol. 417
- Gratitudo maxime à nobis amplectenda est, fol. 327

H

Hypocrita qualis sit ex D. Bernardo, fol. 189
 Hypocritæ quam perniciosi sint inter cæteros pec-
 catores ibidem, fol. 191

Hy

INDEX.

- Hypocritæ quam infœlicia opera faciant. *ibidem*.
- Hypocritæ quam deprauatam intentionem habeant. fol. 192.
- Homo sic viuere debet, ac si à Deo & hominibus semper spectetur. fol. 126. & 127.
- Homo peccans occasio fuit vt Deus homo fieret per incarnationem. fol. 148.
- Homo post peccatum originale qualis manserit. fol. 156.
- Homo qui de se bene sentire voluerit non qualis sit cogitet, sed qualis fuerit. fol. 200.
- Homo non cognoscit onus & grauamen peccati nisi post ab eo exiuit. fol. 201.
- Homo à facie Dei proiectus, in maxima mala incurrit, folio 258.
- Homo vt non peccet, oportet vt consideret quantam nobilitatem ex verbi diuini incarnatione adeptus sit. fol. 293.
- Homo abutens creaturis eas vanas reddit & vanitati seruire facit. fol. 347.
- Homo quid in fine cuiusque Psalmi & orationis facere debeat. fol. 398.
- Homo secum proponere debet se in omni tempore esse Deum laudaturum. fol. 414.
- Homini nobilitas quanta fuerit postquam verbum diuinum incarnatum est. fol. 141.
- Homini interdum multa bona occasionaliter ex suo peccato proueniunt. fol. 148.
- Homines qui sine Dei dono in virtute se posse perseuerare arbitrantur, sæpe miserabili ruina prolabuntur. fol. 265.
- Humilitas significatur per hyssopum, & quare. fol. 01.
- Humilitas procedit in homine ex cognitione Dei & sui ipsius. fol. 202.
- Humilitas iram Dei mirabiliter mitigat. fol. 209.
- Humilitas omne vitium enervat. fol. 210.
- Humilitas plus cum peccatis quam superbia cum virtutibus potest. fol. 211.
- Humilitas est fundamentum cæterarum virtutum. fol. 217.
- Humilis paruulus est in oculis suis, & magnus in oculis Dei. fol. 202.

I N D E X.

Humilis quis vere sit. fol. 207.

Humiles quales sint, qui sunt saluandi. fol. 190.

I

Ignobiles sunt, qui Deum offendunt. fol. 294.

Imago quid sit seu effigies. fol. 405.

Iniuria Deo per peccatum facta multo maior est quam facta homini. fol. 123.

Iniuriæ nec per iustitiam sunt vindicandæ sed remittendæ ad misericordiam Dei conciliandam. fol. 66.

Iniurias ab inimicis accepisse, eisque eas dimittere vtilissimum est. fol. 65.

Incarnatio diuini verbi fuit promissa sub iuramento Dauidi. fol. 139.

Incarnatio diuini Verbi multorum honorum causa extitit. fol. 140.

Incarnatio Verbi diuini, filios spurios, legitimos effecit ibidem.

Incarnatio Verbi diuini hominem fecit nobilissimum esse. fol. 141.

Incarnatio diuini Verbi hominem ab abiectissimo statu nobilissimum reuocauit. ibidem.

Incarnatio diuini Verbi effecit vt Deus pius & mansuetus redderetur. fol. 145.

Incarnatio diuini Verbi toti Trinitati gloriosa fuit. folio 150.

Incarnatio diuini Verbi fuit toti mundo causa lætitiæ & nobilitatis. fol. 286.

Incarnatio Verbi diuini fuit beneficium gratuitum ex voluntate & benignitate Dei prodiens. fol. 370.

Incarnationis diuini Verbi & honoris ab ipsa prouenientis maximum fuit olim desiderium. 142. & 144.

Incarnationis mysterium procurauit impedire demon per hominis peccatum. fol. 147.

Inconstantia & instabilitas quam perniciofa sit præsertim religiosi. fol. 262.

In

I N D E X.

- Inconstantia** si reperitur in bene operantibus quam inutile sit bene incepisse. fol. 263.
- Inconstantia** in bonis operibus saepe reperitur propter hominis miseriam. ibidem.
- Inconstantia** est pœna peccati, virtutis autem præmium constantia in virtute. fol. 265.
- Inconstans** non perseverans & relapsus in peccatum ab eo difficilius exit. fol. 267.
- Inconstans** & non perseverans in virtute, quasi retro aspiciens à dæmone capietur & ludibrio habebitur. folio 268.
- Inconstans** & non perseverans in multa mala incurret quæ illi Deus minitatur. fol. 270.
- Ingratitudo** quam fugienda sit. fol. 327.
- Ingrati** non erit Deus immemor. ut ipsum puniat. fol. 328.
- Inimicitia** & non inimicus interficienda est. fol. 174.
- Iniusti** & impij semper se à peccato excusant, quod altera culpa. est. fol. 194.
- Intentio** recta in operando, quæ nam sit. fol. 151.
- Intentio** bona & mala quantum valeat in nostris operibus. fol. 253.
- Iubilei** tempore quid olim fieret. fol. 1.
- Iudicium** & manus Dei non effugiet, qui effugit iudicium & manus hominum. fol. 120.
- Iudex** inustus ille est, qui punit peccatum quod in se non habet. fol. 121.
- Iudices** cum peccata puniunt Deo quodammodo sacrificium offerunt. fol. 179.
- Iustitia** Dei in nullare tantum manifestata fuit. sicut in morte filij eius fol. 172.
- Iustitia** Dei quare non dicatur in scriptura vnquam magna sicut misericordia quæ saepe magna dicitur. folio. 332.
- Iusti** quare laboribus affligantur in hac vita. fol. 51.
- Iusti** elaborare debent ut magis ac magis ad huc iustificentur. fol. 98.

I N D E X.

- Iusti in omnibus operibus suis Deum semper præ oculis habent non autem sic impij. fol. 127.
- Iusti potius se acriter accusant quam aliquammodo excusant. fol. 193.
- Iusti nomen non amittit, qui sic cadat in peccatum ab eo statim resurgit, ibidem.
- Iusti quod in alijs excusant in se accusant & exaggerant. fol. 196.
- Iusti proprium est etiam postquam à peccato exiit, se semper peccatorem existimare. fol. 199.
- Iusti consolabuntur iuxta mensuram suorum laborum. fol. 228.
- Iustitiæ non nullæ laudes. fol. 180.
- Iusti plurimis consolationibus abundant in laboribus quos patiuntur. fol. 275.
- Iustificatio impij quantum Dei opus sit. fol. 41.
- Iustificatio impij dicitur quædam creatio & quare. folio. 238.
- Israeliticus populus aliquando errabat in offerendis sacrificijs ex defectu intentionis. fol. 354.

L

- L**achrymæ tam fortes sunt erga Deum ut eidem quodam modo vim inferant. fol. 7.
- Lacrymæ non solum videntur, sed etiam audiuntur à Deo. fol. 37.
- Lacrymæ quam utiles sint ad delendum peccatum. fol. 360.
- Lacrymæ quantum affligant dæmonem. fol. 361.
- Lacrymæ solum pro peccatis sunt effundendæ ibidem.
- Lacrymæ unde oriantur. fol. 362.
- Lacrymæ sua amaritudine interficiunt peccata sicut amaritudo maris interficit pisces fluuiorum aquæ dulcis. 362.
- Laus propria Dei, quæ & quanta sit. fol. 334.
- Laus non speciosa in ore peccatoris. fol. 336.
- Laudem Dei loquitur os apertum per gratiam. fol. 337.
- Laudem Deo dare, est ipsi sacrificium offerre. fol. 351.
- Lau-

INDEX.

- Laudes nouæ ac nouè Deo in cœlo redduntur, & ipse non vt
parest laudatur. fol. 349.
- Laudes Dei non sunt in tempus futurum differendæ, sed in
præsenti est illi danda gloria, & quomodo. fol. 418.
- Laudare debet Deum homo non solum propter se sed etiam
propter creaturas quibus vtitur. fol. 345.
- Laudare Deum & lætitia perfrui simul sunt in iustis homini-
bus. fol. 343.
- Laudare Deum in cælo erit illi sacrificium iustitiæ offerre.
fol. 349.
- Leprosi emundatio quomodo fiebat olim & quid significa-
bat. fol. 211.
- Lex vetus & lex gratiæ in quo differant. fol. 393.
- Librorum lasciuorum lectio quam fugienda sit. fol. 14.
- Libros impudicos esse exterminandos. fol. 15.
- Locus medius est cæteris præstantior. fol. 2.
- Luxuria quam perniciosum vitium sit. fol. 19.
- Luxuria magis quam cætera vitia coinquinat animam.
fol. 88.
- Luxuria hominem irrationalem & quasi non hominem red-
dit. ibidem.
- Luxuria non solum animam vt cætera vitia, sed etiam cor-
pus maculat. fol. 90.
- Luxuria quam contagiosum vitium sit. fol. 93.
- Luxuriæ peculiare est binos & binos in infernum deijcere
quod cætera vitia non faciunt. fol. 89.
- Luxurioso difficile est à suo vitio exire & mundatum euade-
re. fol. 93.
- Luxuriosum detractionibus infestantur. omnes. fol. 94.

M

- M**alitia peccati quanta sit. fol. 32.
- Malum pænæ quam paruum sit si cū malo culpæ cõ-
paretur. fol. 56.
- Malum pænæ non est vere malum, sed quasi malum, ibi-
dem.
- Malum culpæ quam magnum sit & quibus pænis punien-
dum. fol. 57.

I N D E X.

- Malum culpæ quanto magis noceat quam malum poenæ. folio 59.
- Malum semper fallit subratione boni, & ideò valde conducit ipsius deformitatem cognoscere. fol. 115.
- Malum poenæ vsque ad carnem, malum verò culpæ vsque ad ossa penetrare dicitur. fol. 227.
- Malum loquitur os apertum à dæmone. fol. 338.
- Mater plus diligit filium quam pater. fol. 164.
- Matres quam auidæ sint honoris filiorum. fol. 44.
- Martyrum cicatrices erunt ipsis in cælo gloriôsæ, & peculiaris gaudij incitamenta. fol. 229.
- Matrimonialis copula an possit habere peccatum. folio 159.
- Maculam peccati si Deus non lauet semper ipsa remanebit. fol. 90.
- Mendacium qui diligunt, quales sint. fol. 188.
- Mediocritas seu medius locus est cæteris præstantior. folio 2.
- Misericordia quid sit. fol. 55.
- Misericordia magna quomodo dicatur esse in Deo. folio 56.
- Misericordia propria Dei quænam dicatur. fol. 61.
- Misericordia vti erga proximum ad misericordiam Dei consequendam valde conducit. fol. 64.
- Misericordia quare per oleum significetur. fol. 74.
- Misericordiæ vocabula geminata circa Deum, quid in ipso insinuent. fol. 71.
- Misericordiam à Deo tam misericorde postulare non est temeritas, licet ea simus indigni. fol. 39.
- Morbi spirituales & corporales in quo differant. fol. 27.
- Mundus quomodo sit superandus. fol. 22.
- Mundus tunc solum suum finem consecutus est, quando Verbum diuinum fuit incarnatum. fol. 286.
- Mulier quam perniciofa res sit. fol. 21.
- Mulieris nuditas conspecta maximam vim habet ad homines superandos. fol. 2.
- Mulieris contactus quantum noceat homini. fol. 19.
- Mulieris

INDEX.

Mulieris communicatio quam fugienda sit. *ibidem*.
 Mulieri, cohabitare quam periculosum sit. fol. i.

N

Natiuitas & incarnatio Verbi diuini causa fuit lætitiæ
 totius mundi. fol. 2.

Nigredo est color mali significatiuus. fol. 216.

Nobilitas generis magnum adiuuentum est virtuti. folio
 293.

Numerus quinquagesimus quid in Psalmo Miserere signifi-
 cet. fol. 3.

Numerus vigesimus quid in versibus Psalmi Miserere insi-
 nuet. fol. 365.

Nuditās mulieris conspecta, quantum noceat. folio
 24.

Nudus quare fingatur amor lasciuus à poetis. folio
 25.

O

Oleum quare misericordiam significet. fol. 74.

Opera hypocritæ quam infœlicia sint. fol. 191.

Opera bona quæ facimus potius Dei, quam nostra di-
 cenda sunt. fol. 239.

Operum bonorum gloria est Deo attribuenda, licet illa fe-
 cerimus. fol. 241.

Operibus bonis quomodo mereamur, si quidem in illis creati
 dicimur quasi nihil in illis faciamus. fol. 242.

Operatio directa quænam dicatur. fol. 246.

Operatio nostra debet regulari per charitatem. *ibidem*.

Opera hominis cum meritis Christi per fidem & charitatem
 vnita merentur cælestem beatitudinem de iustitia. fo-
 lio 277.

Oratio eius qui pro suis inimicis orauit est efficacissima. fo-
 lio 63.

Oratio ante concionem est concionatori habenda. fol. 304.

Oratio



I N D E X.

- Oratio quid sit, & quanta eius vis & potentia. folio
397.
- Originale peccatum qui contraxit in iniquitatibus conce-
ptus esse quare dicatur fol. 153.
- Originale peccatum contrahentes in multa incommoda in-
currunt, & quæ illa sint. fol. 154.
- Originale peccatum nec in corpore, nec in anima separatis,
sed in illis vnitis reperitur. fol. 158.

P

- P**atres antiqui quantam lætitiã habuerint de Christo
ex ipsis nascituro. fol. 287
- Parentes plus sentiunt labores filiorum quam suos pro-
prios. fol. 45.
- Parentes suo malo exemplo filios nequissimos reddunt. fol.
165.
- Parentes quomodo filios educare debeant. fol. 167.
- Parentum mores & propensiones in filiis sæpe reperiuntur.
fol. 160 & 162.
- Peccatum quam magnus hostis hominis sit. fol. 9.
- Peccatum magis nocet quam dæmon nocere possit ibi-
dem.
- Peccatum quomodo sit cognoscendum ab vnoquoque ho-
mine. fol. 12.
- Peccatum in alijs iudicamus esse quod in nobis tale non ar-
bitramur. fol. 14.
- Peccatum suo pondere ad aliud trahit. fol. 77.
- Peccatum primum diligenter fugiendum est, propter il-
la quæ ex eo sequuntur ibidem. fol. 78 & 80.
- Peccatum vnum est alterius sæpe pæna. fol. 81.
- Peccatum omne maculat animam. fol. 87.
- Peccatum quãto diuturnius est, tanto difficilius expellitur
ab anima. fol. 101.
- Peccatum tanquam homini cõtrarium semper illi debet dis-
plicere. fol. 111.
- Peccatum quantum debitum sit erga Deum. fol. 224.
- Pecca-

INDEX.

- Peccatum ideo magnum est, licet quodcumque sit, quia coram Deo factum est, fol. 125.
- Peccatum originale, vide verbum, Originale.
- Peccatum ex infirmitate procedens & excusationem habēs, facile dimittit Deus, aliud vero non, fol. 169
- Peccatum tanto grauius est quanto ex minori ignorantia procedit, fol. 189
- Peccatum quam odiosum & execrabile sit Deo, fol. 232
- Peccatum quam amarum & acerbum sit, fol. 233
- Peccatum quātum horrorem, fœtorem, & corruptionem ex se emittat, fol. 235
- Peccatum quod homo fecit, efficiet vt ipsum proiciat Deus à facie sua, fol. 271
- Peccatum per sanguinem significatur in sacris literis, fol. 319
- Peccatum hominem seruum facit in misera seruitute constitutum, fol. 320.
- Peccatum carnis in misera seruitute hominem constituit, folio 322.
- Peccatum quod est veluti spina quædam, quomodo sit ex anima euellendum, fol. 360
- Peccatum vnus solet esse in causa, vt Deus alios interdum puniat malis pœnæ, fol. 367
- Peccati grauitas & pondus quanta sint, fol. 31
- Peccati consideratio interdum plurima bona causat, fol. 113
- Peccati malitia quanta sit, fol. 31
- Peccati cognitio est valde utilis ad peccatoris salutem, folio 105. & 106. & 114.
- Peccati onus nō sentitur ab homine nisi postquam ab eo exiit, fol. 201
- Peccata multa subsequuntur ex vno peccato, fol. 76
- Peccata etiam iam dimissa adhuc sunt deslenda, & pro illis debemus in gemiscere, fol. 86
- Peccatorum principijs obolare oportet, fol. 102
- Peccator est cæcus & miser, & hoc ipsum ignorat, fol. 29
- Peccator esse cæcus ostenditur, ibidem.
- Peccator si cæcus nō esset, peccatū non committeret, fol. 30.
- Peccator in quam abiecto statu ponatur per peccatū, fol. 32
- Pecca-

INDEX.

- Peccator quàm infirmus & ager sit. ibidem.
- Peccator quomodo peccati morte sit resurrecturus. fol. 34.
- Peccator audeat videretur se gerere cum postulat à Deo vt sibi misereatur. fol. 38.
- Peccator laborat extrema necessitate. fol. 42.
- Peccator ad quam miserum statum possit propter sua peccata peruenire. fol. 84.
- Peccator à Deo lotus valde laborare debet, ne in peccati maculam iterum recurat. fol. 91.
- Peccator in peccato existens perturbatione & metu afficitur. fol. 219.
- Peccator qualiter crucietur à conscientia morsibus, folio 221.
- Peccator ille qualis sit qui in peccato existens, nec tristitiã, nec animi perturbationem sentit. f. l. 224.
- Peccatoris caritas est peccati causa, & peccati cognitio est eiusdem destructio. fol. 36.
- Peccatoris cor quale sit cùm in peccato existit. fol. 220.
- Peccatoris magna pœna est, peccasse. fol. 222.
- Peccatores quia peccata sua non cognoscunt, ea non deplorant. fol. 27.
- Peccatores quando peccant, Deo terga vertunt, & ad creaturas couertuntur. fol. 316.
- Petendum quid sit à Deo, & quid non petendum. folio 40.
- Pœnitentia quid efficiat, & quid per ipsam recuperetur. folio 4.
- Pœnitentia tanta potest esse in homine vt præstantior sit innocentia & incorruptione. fol. 364.
- Perseuerantia est Dei donum à Deo postulandum. folio 258.
- Perseuerantia quàm necessaria sit vnicuique. fol. 29.
- Perseuerantia in virtute quantum conducatur. fol. 261.
- Perseuerantia quàm utilis sit religiosis. fol. 262.
- Perseuerantia vt in homine non deficiat quid cogitare debeat. fol. 266.
- Perseuerantia si deficiat in virtute, peior manet homo quam erat ante ipsam virtutem, fol. 267.

I N D E X.

Perseuerantia laudatur & persuadetur à profanis autoribus.
fol. 268.

Psalms Miserere mei, cur sæpius quàm alij recitetur ab Ec-
clesia, fol. 2.

Psalms Miserere mei, quare reliquis sit præstantior.
ibidem.

Psalms Miserere mei est simul propheticus, moralis & de-
precatiuus. fol. 3.

Pudor, vide verbum, Verecundia.

Puniri in hac vita à Deo melius est quàm impunitum relin-
qui. fol. 331.

Q

Quies non inuenitur in peccatore, sed potius inquietu-
do & perturbatio. fol. 219.

Quinquagesimus numerus quid in Psalmo mise-
rere mei significet. fol. 3.

R

Reges reprehendere quàm difficile sit. fol. 109.

Reges & Principes maiori supplicio afficientur quàm
cæteri homines. fol. 119.

Reges non debent vti potentia sua ad vexandos, sed ad tuen-
dos subditos. fol. 120.

Reges debent diligere iustitiam. fol. 180.

Reges suis peccatis sunt in causa vt propter illa subditi eo-
rum puniantur à Deo malis pœnæ. fol. 366.

Regum peccata quam contagiola & scandalosa sint. fol. 95.

Regum opes solent consumere adultores. fol. 110.

Regibus & Principibus maximè nocent adultores. folio
108.

Rectus spiritus quid sit, & quid animi rectitudo. folio 245.

Recta operatio quænam dicatur. fol. 246.

Recta intentio in operando quænam sit. fol. 251.

Renouatio hominis quam necessaria sit, & quanto cum la-
bore fiat. fol. 255.

Reno-

I N D E X.

- Renouatio animi quomodo fit facienda ibidem, 31
- S
- Sacrificium iustitiæ quodnam sit, fol. 377. 379.
- Sacrificia veteris legis nec gratiam conferebāt, nec illam habebant sicut sacrificia nouæ legis. fol. 352.
- Sacrificia veteris legis ad quid fuerint instituta. fol. 354.
- Sacrificia veteris legis figuræ & vmbra fuerunt sacrificiorū nouæ. fol. 355.
- Salus à Deo tamquam à præcipuo eius autore prius quærenda est, deinde ab alijs medicis. fol. 324.
- Sancti etiam de damnatorum supplicijs maxime lætantur. fol. 179.
- Sanguis peccatum significat. fol. 215. & fol. 319.
- Sacerdotes sic se habere debent ac si penitus careant sanguineis, qui ipsis maximè nocent. 323.
- Sensualis turpitudō propria est pecudum & ferarum. fol. 197.
- Similitudo est causa amoris. fol. 164.
- Spiritus rectus quid sit, & quid animi reſtitudo. fol. 245.
- Spiritus Sāctus quomodo in viris iustis peculiariter esse dicitur. fol. 273.
- Spiritus Sanctus homines liberales facit, & in elargiendo principes. fol. 295.
- Spiritus Sanctus licet sit similis patri & filio, non est tamen ipsorum imago. fol. 407.
- Spiritus contribulatus est sacrificium maxime Deo acceptum. fol. 357.
- Spiritus quando & quomodo contribuletur. fol. 358.
- Scriptura sacra quam honestis verbis vti soleat. fol. 15.
- Scrupuli metus hominē à peccato semouere debet. fol. 221.
- Status in quibus homines possunt saluari, sunt multi & varij. fol. 314.
- Supplicium maximum est erga hominem proijcere ipsum Deum à facie sua. fol. 270.
- Supererogationis opera an dari possint fol. 99.
- Supererogationis opera quomodo dentur. fol. 100.
- Superbia est maximus animi morbus ex quo plurimi nascuntur. fol. 204.

INDEX.

Superbia non solum cætera vitia peiora reddit, sed virtutes inquinat. fol. 205.

Superbia tale vitium est vt ad eius curationem virtutes interdum amittere necesse sit. fol. 206.

Superbia iram Dei irritat, humilitas autem mitigat. fol. 209

Superbia minus potest cum virtutibus quam humilitas cum vitijs. fol. 211.

T

TAcere tempore loquēdi quam perniciosum sit. fol. 341.
Tacendi tempus quod nam sit & quam difficile tacere in eo. fol. 342.

Tituli Psalmi miserere mei variæ expositiones. fol. 6.

Tribulationes quibus homines in hac vita affliguntur à benignitate Dei procedunt, ideoque sunt vtilissimæ. folio 372.

Tribulationibus & laboribus expoliuntur à Deo homines in terra vt cælesti ædificio coaptentur. fol. 371.

Trinitas diuinarū personarum innuitur in Psalmo miserere Per trinam spiritus repetitionem. fol. 296.

Trinitas personarū diuinarū fuit olim sæpe figurata & significata. fol. 297.

Trinitatis mysterium requirit omnino fidem vt cognoscatur. fol. 298.

Trinitatis mysterium mirabiliter confirmatur sigulari quodam exemplo. fol. 301.

Trinitati personarum diuinarum Gloriosa fuit diuini verbi incarnatio. fol. 150.

Tristitia iustorum conuertetur in gaudium. fol. 228.

Tristitia & lacrymæ iustorum plenæ sunt consolationibus. fol. 275.

V

Verecundia & pudor maxime conducit ad euitanda peccata. fol. 129.

Verecundia est vltimum & efficacissimum remediū ad non peccandum. ibidem.

INDEX.

- Verecundia est proprium hominis supplicium, & maxima eiusdem poena. fol. 131.
- Verbalauo, mundo, aspergo, & dealbo, quid peculiariter in Psalmo Miserere significant. fol. 217.
- Verba vniuscuiusque ipsum manifestant, & quale cor habeat. fol. 337. & 338.
- Verbum diuinum incarnatum quare dicatur salutare nostrum. folio 290.
- Verbum incarnatum quare dicatur salutare Dei. folio 291.
- Veritas significat interdum iustitiam. fol. 171.
- Veritas sumitur pro conformitate inter res & verba ipsas significantia. fol. 181.
- Veritas omnibus tribus diuinis personis appropriatur. folio 182.
- Veritas maximè diligitur à Deo. fol. 183.
- Veritas non reperitur inter homines, sed veritatis odium. ibidem.
- Veritas non in communi, sed in particulari odio habetur, & quare. ibidem.
- Veritas etiam inter Christianos odio habetur. fol. 184.
- Veritas quando in veritate non docetur, licet dicatur, non prodest. fol. 185.
- Veritas quare sæpe non dicatur ab hominibus. fol. 187.
- Veritas significat etiam cordis simplicitatē & animi integritatem. fol. 188.
- Verba futuri sæpe in scripturis sumuntur pro verbis imperatiui. fol. 199.
- Versus Gloria Patri, quare in fine Psalmi explicetur. folio 396.
- Versus Gloria Patri, quare in fine omnium Psalmorum adhibetur. fol. 397.
- Versus Gloria Patri quisnam fuerit autor, & quanta cum reuerentia recitetur ab Ecclesia. fol. 399.
- Via illa quoduplex sit per quā homo ambulare potest in hac vita. fol. 311.
- Via hominis & via Dei in quo differant. ibidem.

I N D E X.

- Via hominis quare dicatur lata & spatiosa, & quis sit eius terminus. fol. 312.
- Via Dei quænam sit, & quomodo se debeat habere qui per illam ambulat. fol. 313.
- Via vtriusque Dei, scilicet, & hominis, aliqualem cognitionem habuerunt Philosophi. ibidem.
- Via multæ sunt, multique vitæ status quibus homines ad cælum ire possunt. fol. 314.
- Victoriæ vocabulum in titulis Psalmorum adhibitum, quid significet. fol. 6.
- Virtus vera & non apparens diligitur à Deo. fol. 189.
- Voluntas hominis diuino auxilio adiuta, quam potens sit. folio 5.
- Voluntas propria est sacrificium Deo offerendum priusquàm aliud. fol. 357.

Z.

- Z**elotes dicitur Deus visitans iniquitatem patrum in filijs vsque ad tertiam & quartam generationem, & faciens misericordiam in millia ipsorum. fol. 332.
- Zelus, ira, & misericordia, quomodo reperiantur in Deo, cùm ipse immutabilis sit. fol. 55.

CONTINENTVR

IN HOC ELENCHO MAN-
 nuductiones quadam, quibus plurima ex ijs, quæ in hoc
 opere inueniuntur, poterit quispiam facillimo negotio
 applicare ad conciones, tum temporis, tum etiam San-
 ctorum, quæ per totum anni decursum haberi consueue-
 runt, quod si ipse maiori ingenij dexteritate præditus
 fuerit, eadem & multa alia, quæ ex hoc ipso opere de-
 sumi possunt, ad easdem conciones accommoda-
 tius fortasse, quam hic insinuata sunt,
 applicare valebit.

DOMINICA I. ADVEN-
 tus. Erunt signa, &c. Luc. 21.

E runt signa in Sole & Luna, &c. vt, scilicet, homines fu-
 giant à facie arcus diuinæ punitionis conuertendo se,
 quæ signa eis dabit Deus tanquam pius Pater suis filijs
 cum ipsos corrigere procurat. fol. 47.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potesta-
 te magna & maiestate. Veniet enim tunc ita gloriosus, quia læ-
 tari etiam solet ipse cum iustitiæ suæ actus exercet, & glo-
 riosiari solet cum peccatores punit. fol. 178.

Tunc videbunt, &c. Illa particula tunc, significat eos scilicet
 tēpore videbunt venire Christum Dominū ad iudicandū ho-
 mines, vnde quicumque colligere potest homines non esse ab
 æterno iam iudicatos & condemnatos, sed propter peccata
 quæ fecerunt, faciunt, & facient, esse condemnandos. fo-
 lio 271.

Cum potestate magna. Quia, scilicet, veniet puniturus poten-
 tes & Reges terræ. fol. 119. & 120.

INDEX.

Leuate capita vestra. Hoc facturi sunt eo tempore iusti iustitiæ signa ostendentes, quia Deum impios punire videbunt. fol. 178.

Item eodem versu latè ostenditur quantum Deus iustitiã & veritatem diligit, vnde multa desumi possunt, ex quibus conficiatur sermo de iudicio.

Circa iudicium etiam dici potest, quod qui iudicium & manus hominum effugit, iudicium & manus Dei non effugiet. fol. 120.

DOMINICA II. ADVEN- tus. Cum audisset Ioan. in, &c.

Matthæi 11.

Ioannes in vinculis. Quæstio optima, quare Deus iustos & innocentes qualis erat Ioannes, laboribus affligat & affligi permittat, & eiusdem quæstionis responsio, & alia ad hoc spectantia. fol. 49.

Euntes renuntiate Ioanni quæ vidistis & audistis, cæci vident, claudi ambulant, &c. Significat his verbis, qualis debeat esse vnusquisque diuini Verbi concionator, nempe docens verbo & exemplo, de qua re multa. à fol. 302. vsque ad fol. 312.

Arundinem vento agitatam. Per hæc verba significatū fuit, quanta fuerit constantia, seu perseuerantia Ioannis in virtute, & quantum ipsa sit amplectenda, siquidem de ipsa à Christo laudatus fuit. à fol. 258. vsque ad fol. 270.

DOMINICA III. ADVEN- tus. Miserunt Iudæi, &c.

Ioannis 1.

Confessus est, & non negavit, quia non sum ego Christus. Et rursus dixit: cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum soluere. Circa humilitatem Ioannis multa de humilitate dici possunt. à fol. 201. vsque ad fol. 211.

Dirigite viam Domini. De directione operis & intentionis multa desumi possunt ex versu 11. Cormundum crea in me,

Ff 3 super

I N D E X.

super illa verba, Spiritum rectum innoua. à fol. 245. vsque ad fol. 255.

Item quotuplex sit via, & quæ Dei, & quæ hominis. à fol. 312. vsque ad fol. 316.

D O M I N I C A I I I I. A D V E N - t u s. *Luca 3.*

A Nno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, &c. Vt Euangelista ostendat in quanta perditione & miseria esset mūdus cōstitutus quando Christus venit eidem opitulaturus, enumerat multos perditos & malos Principes, sub quorum imperio & regimine tunc erat circa quod ex versu 3. Amplius laua me. à fol. 293. aliqua desumi possunt ad ostendendum quam perniciosi sint mali Principes suis subditis.

Factum est verbum Domini super Ioannem. Ostenditur his verbis quod in bono concionatore prius debent esse facta, deinde verba, & quod debet esse vox, hoc est, debet esse id quod prædicat & vociferatur. à fol. 302. vsque ad fol. 312.

Videbit omnis caro salutare Dei. Quare Verbum diuinū in carnatum dicatur salutare Dei. fol. 290. & 291.

I N N A T I V I T A T E D O - m i n i. *Luca 2*

E Xijt edictum à Casare Augusto vt describeretur orbis. Circa molestiam & vexationem qua Cæsar suos subditos afficiebat imperando illis, vt describerētur poteris agere de supplicijs quibus ipsi Reges affiendi sunt, quia subditos suos molestijs & vexationibus persequuntur. foli. 119. & 120.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus. Agi potest circa hæc verba, de latitia Natiuitatis Christi. folio 285. 286. 287. & 288. & 289.

Et facta est cum Angelo multitudo militia celestis laudantiū Deum. Circa quod nota, quod potiori iure nos tenemur laudare

INDEX.

dare Deum pro beneficijs nobis collatis, siquidem pro ipsis Angeli ipsum laudant, de qua re & de laudibus Deo reddendis multa dici possunt. à fol. 343. vsq; ad fol. 347. & fol. 417.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Quod gloria soli Deo fit danda, & multa de hac re. à folio 412. vsque ad fol. 418.

DOMINICA INFRA OCTA uam Natiuitatis. Erat Ioseph & Ma- ria, &c. *Luc. 2.*

Q*uæ non discedebat à templo, &c. obsecrationibus seruicus nocte ac die.* Qui orant & obsecrant Deum, ipsi maxime seruiunt, in primis quia eiusdem voluntati & desiderio maxime conforme est hominibus id concedere quod ab eo petunt, vt videri potest. folio 39. & 40. & folio 339. Deinde quia oratio & obsecratio maxime placent Deo. fol. 397. & fol. 7. Et postremo, quia oratio & obsecratio sunt plenæ Dei laudibus, quæ quia ipsi maxime placent, sunt ei dandæ die ac nocte, hoc est, iu omni tempore. folio 345. & 394.

IN CIRCUNCISIONE Domini. Postquam consummati sunt, &c. *Luc. 2.*

P*ostquam consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, &c.* Cum Sacramenta veteris legis essent egena & gratia carentia, & maximam difficultatem continentia, vt patet in circuncisione, in qua sanguis effundebatur, & caro scindebatur, maxima promptitudine homines se eo tempore illis subiciebant, eademque summa deuotione celebrabant: quo tamen modo his legis gratiæ temporibus se non habent homines erga ea Sacramenta, quæ præterquàm quod facillima sunt gratiam continent & elargiuntur, de qua re. à fol. 352. vsque ad fol. 355.

I N D E X.

Vt circumcideretur. Magnum laborem passus est Christus effundendo eo tempore à tam teneris membris sanguinem. Sed multo maiorem laborem tunc passus est accipiens similitudinem carnis peccati, seu quod idem est, illud Sacramentū accipiens quod erat peccati denuntiatiuum & solis peccatoribus necessarium molestius enim semper tulit verecundiā & pudorem quam quemcumque alium laborē, & si acerbissimum. à. fol. 129. vsque ad. fol. 133.

Potest etiam nō abire agi hoc loco de profundissima Christi humilitate cuius excellentissimū actū exercuit subijciedo se circumcisionis legi solis peccatoribus proposita: qua de re à. fol. 201. vsque ad. fol. 211.

I N E P I P H A N I A D O M I - ni. Cum natus esset Iesus, &c.

Matth. 2.

R *Ex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, &c.* Vicia Regum & Principum facillime in suos subditos deriuantur & sepiissime in ipsis reperiuntur. fol. 93.

Cum inueneritis renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Sicut Herodes fingunt multi deuotionem vt quod cupiunt consequantur: contra quos & eos qui virtutem non veram sed fictā insectatur multa dici possunt. à fol. 189. vsq; ad. fol. 191.

Ganisti sunt gaudio magno valde. Quia nimirum Christum natum inueniebāt: ad amplificandum gaudium & lætitiā Christi nati multa habes à. fol. 285. vsque ad. fol. 289.

Et apertis Thesauris suis obtulerunt ei aurum, &c. Quia nimirum spiritus sanctus, quo ducti Christum quærebant, eos faciebat liberales, quod est ipsius spiritus sancti proprium. folio. 295.

D O M I N I C A I N F R A octauam Epiphaniæ,

Luc. 2.

C *Vm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymā, secundū cōsuetudinē aiei festi, &c. remāssi puer, &c.*

N D E X.

Et Sacratissima virgo & beatus Ioseph solebāt ire cum pue ro Iesu cum esset annorum duodecim in ciuitatem Hierusalē ad celebrandam diei festi solemnitatem: vnde perdiscere pos sunt parentes ab ineunte. atate filios bonis moribus & pijs cōsuetudinibus imbuere & bene educare. De qua re multa di ci possunt à. fol. 167. vsque ad. fol. 168.

Dixit mater eius ad illum, fili quid fecisti nobis sic. Notari potest circa hæc verba, quanta lætitia perfunderetur Beatissima Ma ter quando filium suum, quem amiserat cum [duodecim esset annorum inter doctores in templo disputantem in uenit. Nam matres bona & honores filiorum maxime de siderant quod viderit poteri. fol. 44.

D O M I N I C A. I. P O S T Epiphaniam. Ioan. 2

N*Vptia factæ sūt in Cana Galilæa & erat mater Iesu ibi. Ad fuit non solum Beata Virgo, sed etiam ipse Christus Dominus his nuptijs, vt statum matrimonij honora ret, & approbaret. Nota quod homines nō solum in vnico religionis statu, sed etiam in alijs saluari possunt, & quod etiam in matrimonij statu viuentes possunt esse perfectissimi. folio. 314.*

Implete hydrias aquæ. Saltem vult Deus vt ex parte nostra adhibeamus quod habemus, nempe nostram frigiditatem significatam per aquam, vt in nobis ipse producat charitatem significatam etiam per vinum, vt nimirum intelligamus ad consequendam diuinam gratiam ipsamque promerendam nos saltē id quod possumus licet admodū exiguū sit debere adhibere, Deus enim quod maximum est adhibebit. fol. 242.

Et manifestauit gloriam suam. Cum tam paruum & exiguū sit quod in nostris bonis operibus ex parte nostra ponitur, & tam magnum quod in illis ex parte Dei etiam ponitur, eorundem bonorum operum gloria soli Deo attribuenda & danda est, ideo enim dicitur gloria sua seu eius, & non nostra: de qua re. fol. 239. & 240. & 241.

Do.

INDEX.

DOMINICA. II. POST
Epiphaniam. Cum descendisset
Iesus de monte. *Matth. 8.*

Domine si vis potes me mundare. Leprosus hic, qui à Domino mundatus est significat hominem sensualitati deditum, qui propriissime immundus dicitur & per leprosum significatur vt late ostēditur à folio. 88. vsque ad folio. 94.

Potes me mundare. Quasi dicat tu solus potes, & nemo alius potest, & ideo tu munda me. fol. 152. & 154. & fol. 90. & 213.

DOMINICA. III. POST
Epiphaniam. Ascendēte Iesu in nauiculam. *Matth. 8.*

Ipse vero dormiebat & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes Domine salua nos, perimus, & suscitauerunt eum. Nota quod quia oculi Christi nō erant super discipulos, imo dormiebat, ipsi tam non perseuerabant in prospera nauigatione, imo penitus peribant. Multa circa hoc dici possunt à fol. 258. vsque ad fol. 265.

Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes salua nos. Cum Deus sit nostræ salutis autor, quando ipsam non habemus ab eodem potius quam ab alio illa est petenda & querenda. folio 324.

Quid timidi estis modicæ fidei? Reprehendit eos, quia modicam fidem habebant Vnde quisque colligere potest oportere sibi maiorem ac maiorem cuiuscumque generis virtutem adquirere, & non debere contentum esse ea, quæ modica & mediocris sit, vt sic faciendo ea, saltem qua Deo placere possit, non careat à folio. 98. vsque ad folium. 116.

DO-

I N D E X.

D O M I N I C A . I I I I . P O S T
octauam Epiphaniæ.*Matth. 13.*

C*um autem dormirent homines venit inimicus homo. Quia dormiebāt, hoc est, sine solitudine quieti & otio languescebant, occasionem præbuerunt dæmoni ut ipsos tentaret superseminando zizania vnde intelligi potest quod nostrorū peccatorum culpam quam in dæmonem conijcere semper solemus dicentes ipsum nos fefellisse, nostram potius quam ipsius esse, quia ipsi eidem præbuimus occasionem ut nos tentaret, quā ob rem Petrus Act. 5. Ananiā reprehēdit dicens. Anania tur tentauit Sathanas cor tuū. De qua re. fol. 195*

Inimicus homo hoc fecit. Per hunc hominem inimicum significatur Dæmon quia ipsi homini in malitia assimilatur, & per hominem inimicum caro humana designatur, quæ innuitur magis inimica esse quam ipse Dæmon, siquidem ad eiusdem Dæmonis malitiam exaggerādā quoad ipsam comparatur ipsimet carni, circa quod potest explicari quantum hostis animæ sit caro, & quod ipsa fortior hostis & terribilior quam Dæmon. fol. 21. & 22. & 322.

D O M I N I C A . V . P O S T
octauam Epiphaniæ*Matth. 13.*

S*imile est regnum cælorum grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus, cum autem creuerit maior est omnibus oleis. Hac similitudine exponitur quod humilis qui paruulus & minimus est in oculis suis maior est cæteris hominibus in oculis Dei, in cuius conspectu maxime crescit, de quo. & de cæteris humilitatis effectibus, deque effectibus superbiæ eidem humilitati contrariæ late agitur. à folio. 201. vsque ad. foliū 211. & foliū. 217.*

D O -

I N D E X.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA. Simile est regnum cælorum.

Matthæi 20.

Homini patri familias. Quod Deus sit hominum Pater, & sic se habeat erga ipsos. fol. 47.

Primo mane. Quod parentes debeant filios ab ineunte ætate bonis moribus instituere, & quomodo ipsos debeant educare. fol. 167. & 168.

Conventione facta de denario diurno. Quod pactum & quam vile fœdus Deus ineat cum homine in sua vinea laborante, seu quod idem est, bene operante. fol. 279.

Quod iustum fuerit dabo vobis. Latissime explicatur quomodo non solum de iustitia convenientiæ, sed etiam de iustitia æquitatis homini in gratia bene operanti, debeatur cælestis beatitudo. à fol. 277. vsque ad fol. 283.

Quia nemo nos conduxit. Omnes iniusti se solent excusare quando aliquod peccatum committunt, quod alteri culpa est, quam tamen iusti non committunt, qui se maxime accusant, de qua re late agitur. à fol. 193. vsque ad fol. 196.

DOMINICA IN SEXAGESIMA. Cum turba plurima.

Luca 8.

Exijt qui seminat, seminare semen suum. Comparatur concionator seminatore, quia sicut sine manu nemo bene seminat, sic nec aliquis bonus est concionator, nisi quod ore prædicans loquitur, manu operando simul exequatur. à fol. 302. vsque ad fol. 311.

Vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant. In poenam peccatorum solet Deus impios mentis cæcitate aliquando percutere. fol. 83.

Vt videntes non videant. Tales sunt peccatores, id quod ostenditur. fol. 29. & 30.

D O.

I N D E X.

DOMINICA IN QVIN-
quagesima. Assumpsit Iesus, &c.

Luc. 18.

Iesu fili David miserere mei. David suis inimicis parcebat & benefaciebat, vt patet. fol. 62. & ideo Christum vocat filium ipsius David, vt sibi misereatur, licet sit peccator ac proinde eiusdem inimicus.

Miserere mei. Circa hæc verba agi potest de misericordia Dei late à fol. 71. vsque ad. fol. 74.

Domine vt videam. Quantum quisque elaborare debeat vt videat & se ipsum cognoscat. Ex eo enim quod cæcus est, te ipsum non cognoscit maxime autem oportet vnumquemque se ipsum, suaque peccata videre & cognoscere, de qua re late agitur. fol. 105. 106. 110. 113. 115 &. 117.

Et omnis plebs vt vidit dedit laudem Deo. Quomodo Deus sit laudandus & quam debita sit illi laus late agitur à fol. 343. vsque ad. fol. 347.

I N D I E C I N E R V M, C V M
ieiunatis, &c. *Matth. 6.*

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas vt appareat hominibus ieiunantes. Quod sola vera virtus & non apparens Deo placeat & quam pernicio si sint hypocritæ & multa alia de ipsis ad hoc Euāgelium spectantia continentur à fol. 189. vsque ad fol. 192.

Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Quia scilicet sui ieiunij & bonorum operum, gloriam, quæ soli Deo tamquam debita est danda, sibi applicari vane procurarunt. Circa quæ verba ostendi potest quod nostrorum bonorum operum gloria soli Deo est referenda & danda, & non nobis à. fol. 239. vsque ad. fol. 243 & à. fol. 412. vsque ad. fol. 416. itaque ex his locis late ostendi potest, quod illi, qui suo ieiunio & bonis operibus vanam gloriam quærunt nullum ex ipsis aliud cōmodum accipient præter ipsam gloriam vanam, quia eorum dem ipsi soli Deo tamquam debita danda est.

I N D E X.

F E R I A . V I . I N C A P I T E

ieiunij. Audistis quia dictum est antiquis

Matth. 5.

Diligite inimicos vestros & benefacite ijs qui oderunt. Circa hæc verba quamplurima dici possunt à. fol. 61. vsque ad. fol. 69. agitur de misericordia qua debemus vti erga inimicos.

Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Quam efficax sit apud Deum oratio eius, qui pro inimicis orauit. folio. 63.

Estote ergo perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est. Docet homines non solum debere procurare esse bonos, sed simul debere procurare esse perfectos, quia si hoc procurauerint imitando Deum qui perfectus est saltem boni euadent, quales fortasse non erunt si boni solum esse contenderint. fol. 98. vsque ad. fol. 103.

D O M I N I C A . I . Q V A D R A

gesimæ. *Matth. 4.*

Dictus est Iesus à spiritu in desertum ut teteretur à diabolo. Relinquens Christus occasiones quæ sunt in mundo & proficiscens in desertum ibidem cum Dæmone congressurus docuit quod ex nostris inimicis caro præsertim vincenda est per fugam occasionum, Dæmon vero per resistantiam occurrendò fortiter ipsi. fol. 21, & 22.

Nota quod diabolus nullum nocumentum homini inferre potest sine peccato, hoc est sine eo quod ipsum peccare faciat, quod ipse procurauit triplici illa tentatione qua ad Christum Dominum superandum vsus est, quapropter maior hostis est, & magis nocere potest peccatum quam dæmon ipse. fol. 9.

Dic ut lapides isti panes fiant. Nō dicit. Et comede in vitijs enim ad carnem spectantibus sat esse arbitratur hominem

in

I N D E X.

in occasione ipsorum committendorum constituere, ut ipsa committat, ubi potes ostendere quantum oporteat fugere occasione vitiorum carnaliū qualis etiā est fractio ieiunij & prefertim corū que ad sensualitatē spectāt. fol. 18. 19. 10. 21 & 22.

Scriptum est, &c. Nota quod Christus se defendebat à dæmone scriptura dicens scriptum est, &c. & dæmon ipsum defendebat dicens, etiam scriptum est, quo ostenditur quantum emolumentum secum afferat lectio bonorum librorum & maxime sacræ scripturæ, quæ honestissimis verbis uti solet, & quantum etiam nocenti secum afferat lectio librorum lasciuorum, & impudicorum. fol. 14.

FERIA. IIII. POST DOMINICĀ. I. QUADRAGESIMÆ, ACCESSERUNT, &C.

Matth. 12.

Magister volumus à te signum videre. Adulabantur Pharisæi Christo vocando ipsum magi strum, qui miracula facere valebat, sed propterea adulationē ab eodem acriter obiurgati & reprehensi sunt dum ipsos vocavit generationem malam, & adulteram circa quod ostendi potest quantum noceant adulatores & quam fugiendi sint à. fol. 107. vsque ad. fol. 110.

Itē circa illud (*volumus*) nota quantum oporteat relinquere propriam voluntatem. fol. 357.

Generatio mala & adultera. Circa hos qui ex patribus iam quodammodo habebant esse malos & peruersos ostendi potest quod nequissimorum parentum nequissimi etiam sæpe solent esse filij à. fol. 160. vsque ad. fol. 168. ubi docetur quomodo patres filios educare debeant.

FERIA. VI. POST DOMINICĀ. I. QUADRAGESIMÆ, ERAT DIES FESTUS, &C. Ioan. 8.

Erat autem quidam homo ibi 38. annos habens in infirmitate sua. Nota quanto magis profuit huic homini diuturna in

I N D E X.

infirmitas, quam profuisset eidem desiderata sanitas, siquid ē ipsa infirmitas quæ in punitionem peccati eidem fuit à Deo adhibita, fuit in causa vt corporaliter & spiritualiter sanus euaderet. fol. 330. & 331.

Vis sanus fieri. Propterea Christus hoc ab infirmo interrogauit, vt ostenderet ad salutem spiritualem consequendam necessarium esse concurrere saltem cū Deo ipsam operante nostram voluntatem, nosque ex nostra parte ad ipsam consequendam aliquid debere agere. fol. 242. vbi in antecedentibus & subsequentibus nonnulla reperiuntur ad hoc spectantia.

Iam noli peccare ne tibi deterius aliquid contingat. Hoc dixit illi infirmo iam ad pristinam sanitatem reuocato, vt ei ostenderet peccatum quod malum culpæ est, deterius & peius malum esse quocunque malo pœnæ, qualis erat illa corporalis infirmitas quam pertantum temporis spatium passus fuerat. à fol. 56. vsque ad fol. 59.

Item nota quantum elaborare debeat qui à peccato exijt, ne in ipsum iterum recurrat. fol. 91.

D O M I N I C A I I. Q V A D R A - g e s i m æ. A s s u m p s i t I e s u s, & c.

Matth. 17.

E*T duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Soli illi qui à Christo ducti montis asperitatem sunt experti, vt ipsum ascendentes gloriæ transfigurationis eiusdem Christi fuerunt participes ipsa fruentes, nā iuxta magnitudinem laboris solet à Deo dari ipsum patientibus consolatio & lætitia. fol. 228. & 229.*

Domine bonum est nos hic esse. Hoc dicebat Petrus maxima lætitia affectus, nec mirum est quod eam haberet, videns filium Dei ita gloriosum, siquidē sola spes videndi ipsum incarnatum lætificabat patres antiquos, & exultabant vt viderent diem eius, Maiori igitur cum ratione lætarentur, qui Verbum ipsum incarnatum oculis ipsis viderent, & multo maiori qui idem Verbum incarnatum tanta gloria affectum
eisdem

X I N D E X.

eisdem oculis conspicerent in transfiguratione, circa quæ nõ
nulla dici possunt. fol. 287. vsque ad fol. 289.

Et dicabant excessum quem completurus erat in Hierusalem.
Ait alter Euangelista: Circa quod dici potest, quod Filius
Dei cœpit in incarnatione excessum facere, & exire quo-
dammodo à se, quem excessum compleuit in die passionis
suæ. fol. 143.

F E R I A. I I I I. P O S T I I. D O M I N I C A M
Quadragesimæ. Ecce ascen-
dimus. *Matth. 20.*

T*Vnc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi adorans & pe-
tens aliquid.* Mirum est quam auidæ & cupidæ houo-
rum filiorum suorum sint matres. fol. 44.

Vt sedeant hi duo filij mei. Quasi dicat, peto vt præcipuas
sedes in tuo regno à te obtineant hi, qui, quia sunt filij mei,
tibi sunt consanguinei: nota quantum consanguinei vniuf-
cuiusque eidem soleant nocere, & præsertim Ecclesiasticis
qualis erat Christus Dominus, quem tamen ipsi imitari de-
bent in modo quo se habuit erga eosdem. fol. 323.

Non est meū dare vobis. Explicari circa hæc verba, potest,
quare Deus qui procliuius & facilis est ad miserendū & con-
cedendum quod ab eo petitur, interdum neget quod ab eo-
dem postulatur. à fol. 39. vsque ad fol. 42. vbi declaratur quid
ab eo postulandum sit.

F E R I A V I. P O S T I I. D O M I N I C A M
Quadragesimæ. Erat pater
familias. *Matth. 21.*

V*Erebuntur forsan filium meum.* Hoc est, forte qui non
metuunt, & ideo talia mala audent facere, videntes fi-
lium meum, verecundia & pudore afficientur, & illa

X L I N D E X.

mala amplius non perpetrabunt. Nota quod verecundia plusquam timor valet ad cohibendos homines à peccatis, & est ad hoc vltimum & efficacissimum remedium, & multa alia optima de hac re. à folio 129. vsque ad fol. 133.

Malos male perdet. Hoc dicit de Pharisæis, de quibus alibi etiam dicit. Et in peccato vestro moriemini, quia perditum sunt ad suum malum, alij autem sunt bene perditum, hoc est, qui peccant ad suum bonum, quia, scilicet, peccatum eorum eisdem est occasio multorum bonorum. Quod explicari solet, con la semejança de hueuo perdido que realmente es bueno, y se suelen aprovechar dellos hombres, porque echandole en las brasas encendidas: luego le sacan dellas y no le dexan quemar. Y del hueuo mal perdido que echado en las brasas se quema del todo en ellas. Exemplo del bien perdido: Potest esse Dauid, qui Psalm. 118. ait: Bonum mihi, quia humiliasti me, per peccatum, scilicet, de qua re copiose agere potes. à fol. 111. vsque ad folium 113. & à folio 143. vsque ad folium 150. & fol. 364.

Et cum audissent, &c. cognouerunt quod de ipsis diceret. Vt notastra peccata cognoscamus, eadem in alijs, & præsertim in nostris inimicis per considerationem ponere debemus, quia quod in nobis virtutem, in alijs peccatum iudicamus. folio 12. & 14.

DOMINICA III. QVADRA-
gesimæ. Erat Iesus eijciens, &c.

Luca 11.

Et illud erat mutum. Infirmitates corporales (qualis erat hæc priuatio locutionis) ideò permittebat Deus in hominibus, vt per eas morbi & infirmitates spirituales ab ipsis cognoscerentur ac cognita curarentur, de qua re agere potes. fol. 27.

Item

I N D E X.

Item quod peccatum sit infirmitas & peccator infirmus, poteris ostendere. fol. 32.

Item quam utile sit loqui tempore loquendi, & quam perniciosum eo tempore tacere. fol. 341.

Et locutus est mutus. Nota quod peccatum dicitur sanguis in diuina Scriptura, & qui ipsum commisit laborat sanguine, & cum ipsum met confitetur per locutionem fit in illo salutaris quædam sanguinis emissio. folio 322.

Omne regnum in se diuisum desolabitur. Nota quod homines qui inter se se sunt diuisi, & non sunt in pace conformes, peiores aliquo modo dici possunt demonibus, qui inter se diuisi non sunt. fol. 56.

Cum immundus spiritus exierit de homine. De hac spiritus immunditia copiose agere poteris. à folio 87. vsque ad folium. 103.

F E R I A I I I I . P O S T D O M I - nicam Tertiam Quadragesimæ.

Accesserunt ad Iesum.

Matth. 15.

Q*uare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum.* Murmuratio & verba, quibus Pharisei utebantur, ostendebant quales ipsi erant, quod etiam cer- nitur in omnibus hominibus. fol. 338.

Quare & vos transgredimini, &c. Et infra, *hypocritæ.* Circa hanc vehementiam, qua Christus obiurgauit & increpauit Scribas & Phariseos, qui Principes erant inter habitatores Hierusalem. Nota quod tam difficile est increpare & arguere Præsides, Principes & Reges, vt necessarius omnino sit ad ipsum spiritus Dei. fol. 109.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias dicens, &c. Circa hanc obiurgationem Christi in hypocritas poteris inueni in ipsos. à fol. 189. vsque ad fol. 192.

Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

Gg 2 Circa

I N D E X.

Circa hæc verba, potes agere de adulatoribus, à fol. 107. vsque ad folium 110.

F E R I A V I. P O S T D O M I N I C A M I I I. Q u a d r a g e s i m æ. V e n i t I e s u s i n c i u i t a t e m, & c. I o a n. 4.

Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Circa hanc fatigationem & laborem quæ læpe patiebatur Christus, quando circumibat per vicos, castella & ciuitates, prædicans verbum Dei. Ostendi potest quam difficile & laboriosum sit ipsum verbum Dei prædicare. folio. 302.

Si scires donum Dei & forsitan petijsses ab eo, & dedisset, & c. Circa hæc verba, in quibus cum dubio dicit, nos à Deo peti-turos esse, & sine dubio asserit nos ipsos fore accepturos, eūdemque nobis daturum quæ petierimus. Ostendi potest quā propensus sit Deus ad dandum quod ab ipso petitur, & quā-tum desideret quod ab ipso petamus, & quam facilis sit ad concedendum. fol. 39. & 40. & fol. 339.

Et mirabantur quia cum muliere loqueretur. Poterit circa hæc verba explicari, quam periculosa res erga homines sint mulieres, quam malæ, & quam fugiendæ, & quomodo se debeant habere erga ipsas. à fol. 18. vsque ad fol. 27.

D O M I N I C A Q V A R T A Q u a d r a g e s i m æ.

Et cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Si ante acceptum beneficium pro ipso gratias reddebat, quid faceret post acceptum, & quid nos debemus facere propter infinita beneficia quæ semper à Deo accipimus. Circa quod non abs re agere poteris de gratitudine & gratiarum actione. à fol. 326. vsque ad fol. 328.

Cum

I N D E X.

Cum subleuasset ergo oculos, &c. Nota quod siquidem Christus adeo demissos oculos habebant respectu gentium quæ eum sequebantur, vt etiam in monte existens eas non videret sine eo quod oculos subleuaret. Maxima diligentia debent fragiles homines oculos auertere ab ijs gentibus quæ suis moribus Deum non sequuntur, & præsertim ab earum dempartibus nudatis, quarum visio ad turpitudinem sensualem maxime prouocat etiam eos, qui sanctitate sunt eximij. folio 24. & 25.

Sed hæc quid inter tantos. Quia Philippus dixerat ducentorum denariorum panes non sufficiunt vt modicum quis accipiat. Dixit Andreas sequens eius exemplum, & male se habens sicut ipse, hæc quid inter tantos. Circa quod ostendi potest quam vtile sit præbere bonum exemplum & quam perniciosum præbere malum. fol. 95. & 97.

F E R I A. I I I I. P O S T D O M I - nicam. 4. Quadragesimæ Præteriens Iesus. Iuan. 2.

Vidit hominẽ cæcum à natiuitate. Nota quod peccator bene significatur per hunc hominem, quia peccator proprie dicitur cæcus. fol. 29. & 30.

Nec hic peccauit nec parentes eius. Queri potest circa hæc verba quare Deus iustos & innocentes interdum laboribus affligat, cui quæstioni responderi potest optime. folio 49. & 51.

Mè oportet operari opera eius qui misit me, dñi dies est. Hoc dicit, quia dum dies est, hoc est, in tempore præsentis ea in quibus manifestatur gloria Dei operanda sunt, & non sunt reseruanda in futurum sicut nec eiusdem Dei laus & ipsa gloria in futurum seruandæ sunt. fol. 419.

Da gloriam Deo. Circa hæc verba quam plurima dici possunt ex versu à. folio. 412. vsque ad. folium 420.

I N D E X.

F E R I A V I. P O S T D O M I -
nicam III. Quadragesimæ. Erat qui-
dam languens. *Ioan. 11.*

Miserunt ergo sorores eius ad eum. Ostenditur in his ver-
bis, quod infirmi à Deo potius quam ab hominibus
salutem etiam corporalem procurare debêt. fol. 324.

Ecce quem amas infirmatur. Nota quod quia illi quos Deus
diligit castigat, & infirmitatibus afficit, lætari ipsi debent
quibuscunque laboribus & pœnis à Deo inflictis. fol. 330. &
331. & fol. 47. & 51.

*Iesus infremuit spiritu & turbavit semetipsum, & dixit: Vbi po-
suis eum? & lachrymatus est, &c.* Circa causam propterquam
Christus sic se habuit erga Lazarum, & lachrymatus est, mul-
ta dici possunt. à fol. 27. vsque ad fol. 37.

D O M I N I C A V. Q V A D R A -
gesimæ. *Ioannis 8.*

Quis ex vobis arguet me de peccato? Voluit Christus ostē-
sa suæ vitæ puritate & innocentia, suam etiam doctri-
nam bonam ostendere, & tanquam veram confir-
mare, vt doceret tales debere esse concionatores qui alios ar-
guunt, vt faciant quod docent, & caueant ab eo quod repre-
hendunt. à fol. 304. vsque ad fol. 310.

Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Circa hæc ver-
ba quamplurima dici possunt. à fol. 182. vsque ad fol. 188.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu. In eodē pec-
cato perseuerabant, cuius complacentiam habebant Phari-
sæi, & similiter in eisdem peccatis sunt, qui quando ea ipso-
rum, memoriæ occurrunt, de eisdem sibi complacēt. fol. 111.

Ego non quero gloriam meam. Non gloriam nostram, sed glo-
riam Dei quærere debemus in nostris bonis operibus, quia
ista nostra bona opera potius sunt Dei, quàm nostra. à fol. 239.
vsque ad fol. 243. & à fol. 412. vsque ad fol. 418.

INDEX.

FERIA IIII. POST DOMI- nicam V. Quadragesimæ.

Ioannis 10.

Facta sunt eucenia in Hierosolymis &c. Circa festum reuo-
uationis templi per encenia significatum, ostēdi potest
quo pacto vnusquisque se (qui templum est Spiritus san-
cti) renouare debeat, à fol. 255. vsque ad fol. 257. quia quan-
do aliquis exiit veterem hominem & induit nouum, Deus
eidem peccatum remittit, eademque peccata delet, idē fe-
stum talis renouationis quæ ad gloriam Dei spectat, est festū
ipsius Dei. à fol. 135. vsque ad fol. 137.

Est item festum renouationis animæ per gratiam, festum
& lætitia ipsiusmet peccatoris iam ad Deum conuersi, quia
tristitia quam in ipsa anima causabat peccatum, conuersa est
in gaudium. fol. 228. & 229.

Circumdederunt eum ergo Iudæi. Circumdantes Iudæi ipsi
significabant fore ab eisdem ipsummet lapidandum & occi-
dendum, nisi se ab ijs quæ verissime dixerat, mentiēdo re-
traheret, quod ipse Christus Dominus facere minime vo-
luit, imo se imminente periculo libenter pro veritate expo-
suit. In quo significatum est potius quodcumque malum pœ-
næ esse Christianis subeundum, quàm quamlibet cul-
pam esse ab eisdem committendam, quia quodcumque
malum pœnæ minus est quolibet malo culpæ. à folio 56.
vsque ad fol. 59.

FERIA VI. POST DOMINI- cam V. Quadragesimæ. Collegerunt Pontifices. *Ioan. 11.*

Expedi nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota
gens pereat. Per Prophetam hoc dictum est, in primis,
quia propter mortem Christi Filij Dei, hominibus Pa-
ter æternus conuenientissime pepercit sua peccata. fol. 326.

Gg 4 Deinde

INDEX.

Deinde quia omnes simul periremus in infernum detrufi, fi Christus per fuā mortē non efficeret, vt nobis bene in gratia operātibus, deberetur propter ipsius merita cælestis beatitudo, quod quomodo factum fit, late explicatur. à fol. 277. vsque ad fol. 283.

Postremo necessarium & expediens fuit vt Christus pro nobis moreretur, ne nos ipsi æternaliter moreremur, sicut Dei iustitia postulabat, cui moriens ipse Christus pro nobismetipsis rigorose satisfecit. De qua re multa dici possunt, à fol. 172. vsque ad fol. 176.

DOMINICA IN RAMIS

Palmarum. Cum appropinquaret,

&c. *Matth.* 20.

Dicite ei, quia his Dominus opus habet. Quasi diceret, dicite quod ille qui per antonomasiam & excellentiam dicitur Dominus, quia solus est absolutus Dominus, his animalibus opus habet. Quod solus Deus fit absolutus Dominus, & nemo alius talis sit, ostenditur. fol. 374.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. De benignitate & mansuetudine Dei, & de ea quam vnusquisque Rex & Princeps debet habere, agitur. fol. 372. & 373.

Fecerunt sicut præceperat illis Iesus, & imposuerunt super eos vestimenta sua. Nota quod amplius aliquid fecerunt quam quod eis mandatum fuerat, vt intelligamus nobis oportere, non solum facere ea quæ sunt de præcepto, sed etiam ea quæ sunt de consilio, quæ opera supererogationis dicuntur. à folio 90. vsque ad folium 92.

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Ante diem festum Paschæ.

Ioannis 13.

COEpit lauare pedes Discipulorum & extergere linteo. Circa hæc verba & alia quæ infra continētur, nempe, *quis lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Potest dici, quæta sit

INDEX.

fit macula & immunditia peccati, quantaque cum diligentia lauari & abstergi debeat. à folio 87. vsque ad folium 99. & fol. 217.

Tu mihi lauas pedes? Coniecit Petrus oculos in altitudinē & magnitudinem Dei, & inde in suam ipsius vilitatem, ac ideo quasi è loco altissimo in profundissimum prospiciens, tremefactus dixit: *Tu mihi lauas pedes?* Circa quod ostendi potest, quod ex cognitione Dei & hominis, procedit in ipso homine humilitas. fol. 202. & de humilitate quæ circa Christi humilitatem habet proprium locum in multis partibus huius Euangelij, habes latissime à folio 201. vsque ad folium 218.

Vos vocatis me Domine, & bene dicitis. Quod Deus sit solus Dominus & absolutus, & verus ostendi potest. fol. 374.

Si ergo Dominus & Magister, &c. Exemplum dedi vobis, vt, &c. Quam vtile sit præstare bonum exemplum, & quam perniciosum præbere malum, præsertim eos, qui dignitate aliqua præfulgent. fol. 97.

FERIA VI. IN PASSIONE Domini. Secundùm quatuor Euangelistas.

Factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrens in terrâ.
Luc. 22. Optima ratio assignatur, quare Christus Dominus sudauerit sanguinem. fol. 131. & 133.

Restituit illi auriculam. Nota proprium esse Dei & eorum qui ipsum sequuntur inimicis benefacere. fol. 61. & 62.

Loquela tua manifestum te facit. Loquela & verba vnius cuiusque, ipsum manifestant qualis sit. fol. 338.

Velabant faciem eius. Hoc ipsum faciunt adulescentes, qui obcæcant homines ne videant, quæ videnda sunt, ac proinde sunt procul pellendi. fol. 106. & 110.

Nolite flere super me. Non Christo qui nullum peccatum commiserat, sed peccatoribus lachrymæ sunt vtilis. fol. 33. & 34.

I N D E X.

Plere super vos . Quia maxime vtilis sunt lachrymæ de quibus. fol. 36.

Deus Deus meus vt quid dereliquisti me . Quando tam solus fuit Christus vt etiam à patre suo fuerit derelictus maxima nostræ redemptionis opus operatus est. fol. 213.

I N R R E S V R E C T I O N E

Domini.

H*æc dies quam fecit Dominus exultemus, & letemur in ea.* Quasi dicat qui in his diebus tranfactis Deum nobiscum non habebamus, in hac quâdo illum habemus exultemus & letemur. Circa quod non abs re potest ostendi quod qui Deum per peccatum amiserunt ac proinde in tristitiam & animi perturbationem incurrerunt peccato ipso per penitentiam deleta, & Deo etiam per eandem penitentiam reconciliato, gaudere & lætari merito possunt. fol. 226.

Item exultemus & lætetur, quia in hac die Christus resuscitatus gloriosus lætatur & exultat. Nota quod valde meritorium est velle Deo gloriam, & gaudere de bonis non solum ipsius, sed cuiuscumque proximi. fol. 409. & 410.

Item in hac die exultando & iubilando Deo salutare nostro lætamur quia in iustis hominibus simul est Deum laudare & lætitia perfrui. fol. 343. Et nota quod hæc per totam octauam paschæ dici possunt ac commodate.

D O M I N I C A I N A L B I S . I .

Post Pascha. Cum esset sero

Ioan. 20.

E*rant discipuli congregati .* Nota quantum bonum sit esse homines per amorem congregatos, & quantum malum sit consequenter esse ipsos per odium inter se diuisos & separatos. fol. 59.

Et dixit eis, pax vobis. Loquitur de ea pace Dei quæ exuperat.

I N D E X.

rat omnem sensum, de qua nonnulla dicere poteris. folio. 226.

Ostendit eius manus & latus. Hoc est, ostendit eius vulnera manuuro & lateris iam gloriosa, & splendorem emittentia. Vbi nota, quæ gloria ex laboribus sub se quatur & quod gloriosa erunt martyrum cicatrices post resurrectionem. folio. 228. & 229.

D O M I N I C A. I I. P O S T

Pascha. Ego sum Pastor bonus.

Ioan. 10.

M*ercenarius autem est qui non est Pastor.* Tales sunt illi Principes, & Prælati ad quos ut inferius dicitur, non pertinet de ouibus, quia mercenarij sunt, & male se habet erga ipsas oues & subditos ipsos potius excoiciantes tōdētes fugētes & vexantes quā fouentes & pascētes cōtra quos. folio. 119.

Et cognoscunt me meæ. Circa hæc verba aduerte quantum oporteat Deum tamquam pastorem recognocere à quo omne ouiuū remediū dependet. Si enim homines sic Deū cognoscūt, statim tāquam oues simplices & humiles euadunt. fol. 202.

Animam meam pono pro ouibus meis. Explicatur. fol. 174 & tribus alijs antecedētibus. Quo pacto Christus pro nobis vitā suam amisit, hoc est animam suam pro ouibus suis posuit.

D O M I N I C A. I I I. P O S T

Pascha. *Ioan. 16.*

M*odicum, & iam non videbitis.* Per istud modicum significat Christus Dominus tam labores, quos in illo triduo ante resurrectionem passuri erant discipuli, quam illos, quos post ascensionem ipsius in caelum erant similitre, toleraturi, licet maximi essent, ut intelligamus omne malum pænæ esse modicum

I N D E X.

cum & quasi malum & non simpliciter malum. fol. 56.

Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos. Affligendo Deus iustos quales erant discipuli, eis lachrymarum occasionem præbet. Circa quod nota quod quanto homines sunt iustiores, tanto maiorem earumdem lachrymarum occasione dat cuius ratio assignatur. fol. 51.

Tristitia vestra vertetur in gaudiū. Multa habes quæ istorum verborū explicationi accommodari possunt. fol. 228. & 229.

D O M I N I C A. I I I I. P O S T Pascha. Vado ad eum qui misit me. *Ioan. 16.*

T*ristitia implevit cor vestrum, sed ego veritatem dico vobis.* Tamquam verus amicus veritatem eis dicebat, licet ipsos tristitia afficeret: non sic faciūt adultores. fol. 107. 108. & 110.

Nota etiam quod quia veritas dicta causat cui dicitur tristitiam odium parit à. fol. 183. vsque ad. fol. 185.

Cum autem venerit ille spiritus veritatis, &c. Hoc veritatis attributum nempe veritas omnibus diuinis personis appropriatur, quod de cæteris non dicitur. fol. 182.

D O M I N I C A. V. P O S T Pascha. Amen, Amen dico vobis. *Ioan. 16.*

S*I quis petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Nota quod debemus à Deo petere quid, hoc est, rem habentē quidditatem, & non, quæ sunt vana & nihil vt ab eo illā consequamur, & præterea quid ab ipso Deo petendum, vel non petendum sit à. fol. 39. vsque ad. fol. 42.

Vt gaudium vestrum sit plenum. Elaborare debent homines non solum vt quodcumque gaudium cæli consequantur, sed vt plenum & perfectum consequantur, sic enim facientes sal
tem

I N D E X.

tem illud consequentur quod sufficiet quo alias carebunt de
quarè optima dici possunt à. fol. 98. vsque ad. fol. 100.

Ipse enim pater amat vos. Non dicit pater meus, sed pater ab
solute, vt intelligamus esse etiam Deum patrem nostrum, &
tamquã patrè nos diligere, ac proinde nostros labores sentire.

I N A S C E N S I O N E D O M I - ni. Recumbentibus vñdecim

Mar. 16.

EX *probravit incredulitatem eorũ & duritiam cordis, quia &c.*
Confidera, quam utilis sit reprehensio & correctio, &
quantum oporteat peccatorem de suis vitijs admonere
& increpare vt illa cognoscat, & in posterum ab ipsis caueat
& quam fugiendi sunt adulatori qui hoc non faciunt à. fol.
105. vsque ad. fol. 117.

Euntes in vniuersum mundum predicare Euangelium omni, &c.
Videtur Christus postquam reprehendit discipulos ob duri-
tiam, & incredulitatem ipsorum hãc pœnitentiam ipsis impo-
fuisse vt per totum mundum Euangelium prædicarent etiam
duris & incredulis hominibus. Ostenditur eleganter quam
difficile sit munus prædicandi, quantumque laboris secum
afferat. fol. 302.

Postquam locutus est eis assumptus est in celum. Non dicit
Euãgelista quod ascendit cum illud per se possent facere: sed
dicit quod assumptus & sublatus fuit in celum, vt significaret
quod ad hoc vt ab hominibus quos vnice diligebat discederet
quodammodo opus fuit quod ex terra assumeretur & se-
pararetur ab Angelis. Ingrati vero homines facillimo nego-
tio se auertunt & se parant per peccatum à Deo, & non ad ce-
lum sed ad infernum se conuertunt & proficiscuntur. fol. 316.

*Prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confir-
mante sequentibus signis.* Nota quod doctrinam, quam fan-
cti quodam confirmabant miraculis quæ faciebat debent
modo concionatores bonis operibus etiam confirmare ope-
rando quæ docent. fol. 306. vsque ad folium 310.

D O.

INDEX.
DOMINICA INFR A
octauam Ascensionis.

Ioan. 15.

C*um venerit Paracletus.* Prædicens Christus discipulis ipsos fore multis laboribus persequendos & multis calamitatibus affligendos, eisdem pollicetur se missurum esse suum diuinum spiritum, non tanquam liberatorem ab ipsis laboribus, sed tanquam consolatorem seu Paracletum in ipsis. Circa quod in primis adnotare potes quod maximis consolationibus ab spiritu sancto prouenientibus abundat in hoc mundo iusti in suis laboribus & afflictionibus. fol. 275.

De inde notare similiter potes, quod vtilis sunt ipsi labores, siquidem noluit Christus charos discipulos per spiritum sanctum ab ipsismet liberari, sed ipsum in eisdem eos consolari cum tam facile esset ei vnum sicut aliud. Vide quæ ad notata sunt feria sexta ante dominicam quintam quadragesime super illa verba: Ecce quem amas infirmatur.

Hæc facient vobis quia non nouerunt, &c. Quia ignorant non cognoscunt & non intelligunt homines faciunt peccata quæ committunt & ab illis non exeunt. à fol. 34. vsque ad. fol. 36 & sepe non cognoscuntur peccata quia fallunt sub ratione boni, quam ob rem sunt cognita difficilia. fol. 115. & 117. quæ dici possunt, accommodatius forsan circa illa verba, *vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare Deo.*

INDIESANCTO PENTECOSTES. *Ioan. 14.*

S*iquis diligit me sermonem meum seruabit.* Cū enim probatio dilectionis sit exhibitio amoris, ille ostendit se per amorem ad Deum pergere nec ad amorem mundi declinare qui mandata legis eiusdem seruauerit. fol. 246.

Item si quis diligit me sermonem meum seruabit. Hoc est qui me diligere voluerit vt par est sermonem meum, hoc est legem meam de amore (quam per antonomasiam vocat preceptum

I N D E X.

ceptum suū) seruare debet: quod cū sit diliges Dominū Deū tuū ex toto corde & ex tota mēte & ex omnibus viribus tuis & proximum sicut te ipsum: plane colligitur quod ille legē hanc amandi seruauit qui nec minus debito Deura nec plus æquo creaturam dilexerit. fol. 246. & 247. Et de eo qui sic nō amat, dicit, qui non diligit me sermones meos nō seruat, quia nimirum hoc præceptum de amore duplex est, cum, agat de amore Dei & proximi.

Et mansionem apud eum faciemus. Circa hæc verba explicari potest quomodo spiritus sanctus in hominibus iustis peculiariter esse, seu manere dicatur. fol. 273.

Pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Nota quod mundus dat perturbationem & inquietudinem, quæ ex peccato resultat. fol. 220. & 222. Et si dat aliquam pacem, qualis illa sit. fol. 224. Deus autem non talem pacem dat, & qualis illa sit. fol. 226.

F E R I A I I . P E N T E C O S -

tes. Ioan. 2.

S*ic Deus dilexi mundum vt filium suum vnigenitum daree.* Hoc donum diuinæ scilicet incarnationis desiderabat mundus seu Ecclesia (quam mundus hoc loco significat) quando sub nomine sponsæ dicebat Deo, quis mihi det te fratrem meum, &c. de qua re eleganter agitur. folio. 142.

Deinde ex dilectione secuta fuit in Deo erga mundum cōmunicatio & ex amore sequitur datio præsertim si amor fuerit diuinus spiritus. fol. 295.

I N F E S T O B E A T I S S I M Æ

Trinitatis.

G*Loria Patri & filio, & spiritui Sancto.* Versus iste, in quo quia sit expressa trium diuinarum personarum mentio solet sæpe numero in hoc festo non absque explicari, eo piose declaratur in fine huius libri, ac proinde de eo

pe-

I N D E X.

potest fieri integra concio paucis sublatis vt videre est per totam eius explicationem.

Item Circa Euangelij verba Matth. 28. nempe *baptizantes eos in nomine Patris & filij & spiritus Sancti*, de Beatissima Trinitatis mysterio nonnulla dicuntur. à fol. 296. vsque ad folium. 301.

I N F E S T O C O R P O R I S Christi. Ioan. 6.

Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Circa hæc verba & alia huius Euangelij quam plurima sunt quæ dicuntur à fol. 377. vsque ad folium. 392. Ex quibus poterit quis de hoc mysterio sacro sanctæ Eucharistiæ latissime concionari.

D O M I N I C A. I I. P O S T Pentecosten. Luc. 14.

Homo quidam fecit cenam magnam. Hæc cæna vocatur magna, quia in ea datur magnus cibus & magnus potus, ille nempe de quo dixit Christus: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, vide quæ proxime adnotata sunt de Sacramento Eucharistiæ in loco ibi citato.

Et ceperunt omnes excusare se. Quod iusti se accusant, sicut iniusti & impij se excusant late ostendi potest à fol. 193. vsque ad folium. 196. & de excusatione à confessione rei ieienda. folio. 363.

Et alius dixit, uxorem duxi, & ideo non possum venire. Iste quia sensualis erat, non rogauit sicut cæteri, vt se excusatum haberet: sed impudenter dixit. Non possum venire, quia uxorem habeo. In quo ostenditur sensualis inter cæteros peccatores ille esse, qui verecundia, imo & ratione caret. folio. 88. & fol. 197.

INDEX.

DOMINICA. III. POST

Pentecosten, Erāt appropinquan

tes, &c. *Luc. 15.*

Congratulamini mihi, quia inveni ouem meam, quæ perierat.
 Assimilatur peccator oui, quæ perijt seu oui perditæ,
 quia sicut ouis quando à grege deuiat & perit quò vl-
 terius progreditur, eò magis perit, seu perdita manet: Sic etiã
 homo cum per peccatum perditur, cum ipsum suo pondere
 ad aliud trahat, quotidie magis in peccata alia prolabitur.
 De qua re poterit quis concionari. à fol. 76. vsque ad fol. 84.
 Congratulamini mihi, quia inveni ouem meam, quæ perierat.
 Vult Deus, vt ipsi congratulemur de remedio à peccatore
 comparato, quia peccatoris salutem reputat esse suam ipsius.
 fol. 291.

Gaudium erit in celo super vno peccatore pænitentiam agente
 De bonis quæ pænitentia in peccatore operatur, de quibus
 gaudent Angeli, agitur in expositione tituli. à folio. 3. vsque
 ad folium 7.

Item quæ ad faciendam pænitentiam requirantur, late ex-
 plicantur à fol. 357. vsque ad folium 365. In quo vitimo de-
 clarantur nonnulla quæ faciunt ad intellectionem eorum
 nẽpe, maius gaudiũ erit in celo super vno peccatore pænitẽ-
 tiam agente quam super nonaginta nonem iustis.

DOMINICA. IIII. POST

Pentecosten, Cum turbæ irruer-

ent. *Luc. 11.*

Exi à me Domine quia homo peccator sum. Circa hæc verba
 omnia illa possunt adduci quæ dicta sunt. à folio. 230.
 vsque ad folium 237.

Item de malis quæ in peccato reperiuntur ob quæ si Deus
 in illa oculos conijciat peccatores puniet, late agitur. à folio.
 30. vsque ad folium. 34.

Nota etiam, quod iusti proprium est etiam postquam à

I N D E X.

peccato exiuit se peccatorem existimare quod maxime expedit ad humilitatem. fol. 179. & 200.

DOMINICA V. POST

Pentecosten. *Matth. 5.*

A Men dico vobis nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Phariseorum. Quia Iudei solam iustitiam, seu virtutem, externam habebant, & interna omnino carebant, ideo discipulis dicebat Christus ipsos habere debere abundantiore iustitiam, quam illos, hoc est, debere habere veram virtutem & iustitiam, & non, eam, quæ solum apprensus est, à fol. 189. vsque ad folium. 192.

Si offers munus tuum ad altare, &c. Vade reconciliari prius fratri tuo, &c. Circa hoc ostendi potest quanti valoris sit oblatio & oratio eius erga Deum, qui proximo suo sibi inimico pepercit, & eidem benefecit, quod hoc loco per reconciliationem significatur. à fol. 63, vsque ad folium. 66.

Qui viderit mulierem, &c. Quantum oporteat oculos auertere à muliere, maxime si sit secundum aliquam partem nuda data deduci potest. à folio. 24. vsque ad folium. 25.

DOMINICA VI. POST

Pentecosten, Cum turba plurima,

&c. *Marc. 8.*

Misereor super urbem. Compatitur Deus de nostris miserijs & laboribus: imo hæc omnia tanquam piissimus pater plusquam nos ipsi qui filij eius sumus sentit fol. 47.

Accipiens panes, & gratias agens fregit, & dabat discipulis. De gratiarum actione pro acceptis beneficijs agere poteris. à fol. 326. vsque ad folium. 328.

DO-

INDEX.

DOMINICA VII. POST

Pentecosten. *Matth. 7.*

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Colligere hinc possumus cauendum esse unicuique ab adulatoribus, qui Prophetant bonum, hoc est, blando sermone vruntur ut fallant & inde sibi commodare reportent. De quare, à folio. 107. vsque ad folium. 110.

Omnis arbor quæ non facit bonum fructum, excidetur & in ignem mittetur. Quantum supplicium sit Deum per excisionem & separationem à seremouere, & projicere peccatorem. fol. 170. Et quod, hoc non sit factum ab æterno, sed faciendum propter omissionem operum, & commissionem malorum. folio. 271.

DOMINICA VIII. POST

Pentecosten, Homo quidam erat diues, &c. *Luc. 16.*

Et hic diffamatus est. In pessimo statu est peccator, quando diffamatus est, quia tunc amissam habet verecundiam; & pudorem, qui maxime conducit ad vitanda peccata, & est vltimum, & efficacissimum remedium ad non peccandum, propriumque & maximum hominis supplicium. a fol. 129. vsque ad folium. 133.

Quantum debes Domino meo, &c. Nota quod sicut iste remittens debitoribus quæ debebant Domino suo, sibi remedium comparauit: sic qui iniurias sibi factas quæ dicuntur & sunt debita erga Deum, remittit proximo suo à quo illas recepit, remedium, & veniam suorum peccatorum sibi similiter acquirit. à fol. 64. vsque ad folium. 67.

I N D E X.

D O M I N I C A . I X . P O S T

Pentecosten, Cum appropinqua-
ret, &c. *Luc. 19.*

F *Leuit super illam.* Quamnam sit ratio quare Christus plora-
uerit super ciuitatem Hierusalem, & quanta sit utilitas
lachrymarum explicatur. fol. 37. vbi multa dicuntur de
malitia grauitate & cecitate peccati, qua huic loco accōmo-
dari bene possunt.

Item de utilitate lachrymarum, ad quas flens Christus ho-
mines erudit, agitur. à fol. 360. vsque ad. folium. 367.

D O M I N I C A . X . P O S T

Pentecosten, Dixit Iesus ad quos-
dam, &c. *Luc. 18.*

P *Harisæus, stans apud se, orabat, &c.* Et *Publicanus à longe*
stans noiebat nec oculos ad cælum leuare, &c. Circa hæc ver-
ba & quæ postea sequuntur nempe omnis qui se exaltat
humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, agi copiose
potest de humilitate, & de superbia. à folio. 201. vsque ad fo-
lium. 211.

*Percutiebat pectus suum dicēs: Deus propitiū esto mihi peccato-
ri.* Cum adhuc diceret: Deus propitiū esto mihi peccatori
dicitur de eo, descēdit hic iustificatus, in quo cernitur, quod
non dum erat terminata petitio quando iam veniam, quam
petebat obtinuerat, Nota quam facilis Deus sit in miserando
fol. 39. Et quam facilis in concedendo quod ab ipso petitur.
folio 339.

Item nota quod corde, & pectore quod Publicanus per-
cutiebat vicit ipse quodammodo Deum, qui contra eun-
dem propter peccata iratus erat, vbi simul notanda est vis
orationis. fol. 7.

INDEX

DOMINICA. XI. POST PEN
tecosten, Exiens Iesus, &c.

Marc. 7.

Adducit ei surdum & mutum. Horum verborum explica
tioni poterunt inferuire, quæ adnotata sunt in Do
minica Tertia quadragesimæ, & proinde ibi vi
deantur,

Et deprecabatur eum. Horum etiam verborum explicationi
poterunt inferuire quæ circa vim orationis in fine præcedē
tis Dominicæ adnotata sunt: adhuc enim deprecabatur eum, iā
apprehendens eum misit digitos in auriculas eius.

DOMINICA. XII. POST
Pentecosten, Beati oculi, &c.

Luc. 10.

Multi Reges & Propheta voluerunt videre, quæ vos vide
tis. De desiderio quod Patriarchæ, & Propheta, Re
gesque fideles olim habuerūt ad videndum Verbum
diuinum incarnatum. fol. 144.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota ani
ma, &c.* Modus, quo Deus vult ut illum, & proximum diliga
mus explicatur. fol. 246. vsque ad folium. 249.

Et quodcumque supererogaueris ego reddam tibi. De ope
ribus supererogationis, quomodo dentur, & quam utili
tatem secum ferant eleganter agitur. à folio 98. vsque ad fo
lium 100.

DOMINICA. XIII. POST
Pentecosten, Cum iret Iesus, &c.

Luc. 17.

Ocurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe. Per
leprosos istos, quicumque peccator significatur, &

I N D E X.

præsertim ille qui sensualis est, qui magis iumundus & maculatus est, quam cæteri peccatores. à fol. 87. vsque ad folium 95. in quibus dicitur vitium carnis esse maxime contagiosum, quod dici potest super illa verba. *Et steterunt à longe ne scilicet ceteros coinquinarent.*

Non ne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt, Quia ex decem mundatis vnus solus se Deo præbuit gratum magnificans ipsum, cæteri vero se ingratos exhibuerunt eisdem obiurgauit & reprehendit. Circa quod de gratitudine & ingratitude ne potest agi. fol. 327.

D O M I N I C A. X I I I I.

post Pentecosten.

Match. 6.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Quia nimirum vnus est Dominus de quo dicitur. Tu solus Dominus, &c. De qua re Versu. fol. 374.

Deinde non poterit quis Deo & mammonæ iniquitatis simul seruire, quia qui peccat, Deo terga vertit & ad creaturam conuertitur. fol. 316.

Postremo nota quod qui facit peccatum, seruus est peccati, & in quam miseram seruitutem, peccatum peccatorem constituat. fol. 320.

D O M I N I C A. X V. P O S T

Pentecosten. Ibat Iesus, &c. *Luc. 7.*

Quamcum vidisset Dominus misericordia motus est, &c. Quomodo Deus ira, & misericordia moueri dicatur & quid misericordia sit. Exponitur. fol. 54. & 55.

Item de misericordia Dei late agitur. à folio. 71. vsque ad folium. 74.

Noli flere. De lachrymarum vtilitate, & quod ipse solum pro peccatis sunt profundendæ exponitur fol. 361.

Plu-

I N D E X.

Plurima etiam quæ Feria Sexta ante Dominicam passio-
nis adnotata sunt inseruiunt explicationi huius Euangelij
circa suscitationem huius iuuenis.

DOMINICA. XVI. POST Pentecosten, Cum intraret.

Luc. 14.

NEt tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Tan-
quam maximum supplicium minatur ruborem & ve-
recundiam superbo ut ipse timorem incutiat, & me-
ritò quia pudor & verecundia est maximum & proprium ho-
minis supplicium minime commune cum cæteris animan-
tibus. à fol. 129. vsque ad folium. 133.

Qui se exultat humiliabitur. & qui se humiliat exaltabitur. Vi-
de quæ adnotata sunt Dominica Decima post Pentecosten
§. 10. Et præterea. fol. 217.

DOMINICA. XVII. POST Pentecosten Accesserunt ad Iesum,

&c. Matth. 22.

Interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: magister,
&c. In hac tentatione Christum vocabat magistrum, quod
nomen honorabile erat, ut intelligamus quod blandis, &
honorabilibus verbis utuntur adulatorum qui nos decipere
procurant, & ex nobis commoda reportare contendunt.
De quibus. à fol. 107. vsque ad folium. 110.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima, &c.* Vide quæ adnotata sunt Dominica Duo-
decima Post Pentecosten circa hoc ipsum præceptum.

I N D E X.

DOMICA XVIII. POST

Pentecosten. Ascendens Iesus,

&c. *Matth. 7.*

Dixit Paralytico, *Confide fili.* Tali infirmitate afflictum habebat, quem filium vocabat, vt intelligamus Deum eos amare, & tãquã filio tractare, quos laboribus affligit. à fol. 47. vsque ad fol. 51. & fol. 330. & 372.

Remittuntur tibi peccata tua. Quasi diceret, tibi sed nõ mihi remittuntur peccata tua, pro quibus ego passurus sum, & rigore satisfaciam. Vnde colligere debemus quantas gratias eidem Christo Domino reddere debeamus, siquidem peccata ipsa quæ nobis condonauit, rigore in se ipso soluit. fol. 326.

Et glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus. Hoc ipsum omnes agere debemus, nimirum omnium honorum operum quæ fecerimus, & ab alijs fieri viderimus eorum omnium gloriam Deo reddere, tanquam præcipuo eorumdem auctori. à folio 239, vsque ad folium 243. & folio 412. vsque ad fol. 418.

DOMINICA XIX. POST

Pentecosten. *Matth. 22.*

Simile est regnum cælorum homini Regi. Tales esse debent Reges vt sint simul homines, seu humani & benigni, quia benignitas Regum & Dominorum propria est. fol. 372. Item similiter clementia. fol. 67.

Abierunt, alius in villam suam, alius ad negotiationem suam, reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Hi maius peccatum fecerunt, quam illi priores qui aliquam excusationem habuerunt: ac ideo de istis dicitur, quod Rex iratus perdidit homicidas istos, q̄ nõ sic dicitur de illis. Vbi nota, quod peccatum ex infirmitate procedens, & excusationem habens facilius dimittitur à Deo, quam illud quod excusatione caret. fol. 169.

Mittite

INDEX.

Mittite eum in tenebras exteriores. Circa hæc verba, vide quæ adnotata sunt Dominica. 7. post Pentecosten. §. 2.

DOMINICA. XX. POST Pentecosten, Erat quidam Re- gulus, &c. *Ioan.* 4.

Erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Nota quod labores quibus Regulus dignus erat illius filio innocenti dabat Deus, ut ipsum magis affligeret: quia plus sentiunt patres labores filiorum quam ipsi filij. De qua re. à folio 42. vsque ad folium 45. Ex quo multa huic loco possunt accommodari.

Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Solus Deus aut qui peculiari eius auxilio est adiutus Reges & Principes obiurgabit & reprehendet. Est enim hoc tam difficile, ut etiam sancti viri illud non faciant sine ipso peculiari diuino auxilio. fol. 109.

Credidit ipse & domus eius tota. Nota quantum proficit prebere bonum exemplum maxime illos qui superiores sunt. fol. 95. & 97.

DOMINICA. XXI. POST Pentecosten. Simile est regnum cæ- lorum, &c. *Matth.* 18.

Decem millia talentorum. Nota hunc in tantam debitorum multitudinem deuenisse: quia primum debitum quod contraxit alterius debiti causa fuit, nam ex vno peccato, multa subsequuntur, quia suo pondere ad aliud trahit. à fol. 76. vsque ad. folium. 84. ubi de hac materia late agitur.

Cum autem non haberet unde redderet. Nota maximum debitum esse peccatum erga Deum. fol. 224.

Item per talentum significatur grauitas peccati, quæ magna est & eius pondus magnum. fol. 31.

Sic Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, &c. No-

I N D E X.

ta quantum oporteat vnumquemque remittere sibi illas iniurias, vt eidem Deus remittat, sua peccata. à fol. 64. vsque ad folium 66.

D O M I N I C A X X I I . P O S T Pentecosten. Abeuntes Pharisei.

Matth. 22.

V*T caperent eum in sermone.* Nota quod quia homines circa sermonem maximè periclitantur tacendo, quando debent loqui, & loquendo quando debent tacere: ideo Pharisei hoc modo Christum aggrediuntur, fol. 341. *Scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Vide quæ de veritate adnotata sunt circa Euangelium Dominicæ V. in Passione, & præsertim, fol. 185.

Non respicis personam hominum. Iam etiam dixerant, *verax es, & in veritate doces,* & non est tibi cura de aliquo, quæ omnia bonitatem quandam præ se ferebant, & ideò dicebantur vt Christus Dominus ipsis deciperetur. Vbi nota, quod malum fallit sub ratione boni, & ideò est cognitu difficile, ipsiusque cognitio valde utilis, vt deuitetur, fol. 113. & 115.

D O M I N I C A X X I I I . P O S T Pentecosten. Loquente Iesu.

Matth. 9.

D*omine filia mea modo defuncta est.* Vide quæ adnotata sunt Dominica XX. post Pentecosten, super illa verba, cuius filius infirmabatur.

Quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. Nota quod per diuturnitatem morbi significat eius difficultatem, vt intelligatur quantum miraculum Deus in eius curatione operatus sit. Vnde colligitur, quod quanto diuturnius est peccatum, tanto difficilius ab anima expellitur, ac proinde principijs malorum esse obstandum, fol. 101. & 102.

D O .

I N D E X.
DOMINICA XXIII. POST
Pentecosten. Cum audieritis, &c.

Matth 24.

Materia huius Euangelij ea est, de qua in Euangelio
Dominicæ Primæ Aduentus agitur, ac propterea si
videantur quæ in ea Dominica adnotata sunt, expli-
cationi huiusmet Euangelij inferuire poterunt.

I N

I N D E X.
I N F E S T I S
S A N C T O R V M.

I N F E S T O S A N C T I A N -
d r e æ A p o s t o l i . A m b u l a n s I e s u s , & c .

Matth. 4.

Relictis retribus secuti sunt eum. Nota, quod qui peccant Deo terga vertunt, & ad creaturas conuertuntur, qui vero Deum sequuntur, creaturas post tergum relinquunt. fol. 316.

Vidit duos fratres. In eos, qui tanquam fratres inter seipos sunt vnti conijcit Deus oculos, in eos vero qui inter se sunt diuisi, minime, quia sunt peiores ipsis Dæmonibus, quorum regnum non esse inter se diuisum, innuitur Luc. 11. folio 57.

Illi autem relictis retribus & patre secuti sunt eum. Innuitur in hoc quod Ecclesiastici sic se habere debent, ac si non habeant patrem, & maiori cum ratione, ac si non habeant consanguineos. fol. 323.

I N F E S T O C O N C E P T I O -
n i s B e a t æ M a r i æ V i r g i n i s , L i b e r
G e n e r a t i o n i s . *Matth. 1.*

Circa hoc festum agere potes de duplici esse, naturali nimirum & supernaturali, quod Beatissima Virgo in sua conceptione à Deo recepit. fol. 348. & 350. Reliqua circa hoc Euangelium vide in festo natiuitatis eiusdem, vbi ipsum late explicatur.

I N F E S T O

I N D E X.

I N F E S T O S A N C T I T H O -
mæ Apostoli. Thomas vnus de duo-
decim, &c. *Ioan. 20.*

Nisi *videro, &c. non credã.* Circa hoc festũ & alia similia quæri potest, quare in eo illud Euangelium canatur & recitetur, in quo tam graue infidelitatis peccatum sancti Thomæ Apostoli enarratur, cum potius ad eiusdem ce lebritatem illud silentio præterire, ipsiusque virtutes referre magis conducere videatur. Sed ad hoc responderi poterit in primis illud ideo fieri, quia non potest satis cognosci quanta fuerit pugnantis victoria, nisi simul cognoscatur quantus, & quam potens fuerit inimicus superatus, quapropter ex ma gnitudine peccati interdum magnitudo virtutis plurimorum Sanctorum colligitur, & declaratur. Vnde laudans Christus Dominus Magdalenam, dixit: Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. De qua re multa dici possunt. folio 9. & 10.

Deinde responderi poterit de peccatis Sanctorum, fieri interdum mentionem in eorum festiuitatibus, tum quia ab illis multa bona occasionaliter prouenerunt, vt patet folio 149. Tum etiam quia tanta fuit in illis peccatorum pœnitentia, vt fuerit præstantior incorruptione & innocentia, quam ante ipsa peccata habebant. fol. 364.

Ostendit præterea Christus Thomæ latus & manus, & dixit illi: Noli esse incredulus, sed fidelis, & per hunc modum eum reuocauit à peccato infidelitatis, cui maxime adhærebat, vt significaret, quod corde significato per latus, & opere significato per manus, & ore significato per verbum, & dixit ei, &c. reuocandus est à concionatore peccator à suis peccatis, & quod vt ea relinquat eidem persuadere debet hac triplici lingua. à fol. 306. vsque ad fol. 310.

I N F E S T O

I N D E X. II
IN FESTO EXPECTATIONIS
Beatae Mariae, vide in Annuntia-
tione eiusdem.

IN FESTO SANCTI STE-
phani Protomartyris, Dicebat Iesus
turbis, &c. *Matth. 13.*

Venient haec omnia super generationem istam. Saepe gētem illam Iudaeorum perfidam, vocat generationem istam, vel generationem hanc, vt significet ipsos Iudaeos à patribus & maioribus suis iā trahere esse malos & perfidos. Circa quod agi potest quomodo saepenumero nequissimorum patrum filij etiam nequissimi sunt. à fol. 160. vsque ad folium 168. vbi etiam docetur quomodo debeant patres filios educare.

Hierusalem, Hierusalem, quae occidis Prophetas, & ecce relinquetur domus vestra deserta, &c. Dicens Christus, Hierusalem Hierusalem, &c. Ostendit se maxime sentire, & valde moleste ferre labores & supplicia, quibus eam ciuitatem punituruserat, reddendo eam penitus desertam. Itaque ad eò amat Deus homines vt prius sentiat in se supplicium, quo postea eosdem est affecturus, in quo eius paternus amor plane manifestatur, qua de re. fol. 47.

IN FESTO SANCTIO AN-
nis Euangelistae, *Ioannis ultimo.*

Cvm Petrus in verbis immediate praecedentibus Christo diceret se amare ipsum Christum, tamen ab eo ter interrogatus est in hunc modum: Petre diligis me plus his? Innuens nimirum vnumquemque debere ipsum amare, non quomodolibet, sed plus & plus, magis ac magis, ita, scilicet, vt eum sine modo diligere videatur, de qua re multa de amore

I N D E X.

amore hominis erga Deum dici possunt circa peculiarem
 amorem Ioannis erga ipsum. fol. 247.

Quem diligebat Iesus. Peculiariter scilicet, quia peculiari-
 ter etiam præ cæteris bonus erat. Nota quod sicut Deus ma-
 xime diligit bonitatem & bonos, iniquos & iniquitatē odio
 habet, & abominatus est. De qua re multa dici possunt, à fol.
 232. vsque ad fol. 236.

Item peculiariter eum diligebat, quia vt ait Hieronymus,
 castitatis virginitatisque puritatem habebat. Puros enim &
 castos diligit, immundos vero & sensuales odit. à folio 83.
 vsque ad folium 97.

I N F E S T O S A N C T O R V M

Innocentium, Angelus Domi-
 ni, &c. *Matth. 2.*

F*uge in Aegyptum, &c.* Futurum est enim vt Herodes, &c.
 Docet fugiendos esse inimicos, quod non solum est in-
 telligendum de corporalibus, qualis erat Herodes, sed
 multo magis de spiritualibus, mundo, scilicet, & carne, ex
 quibus caro omnino fugienda est in primis, quia erga animā
 crudelior & potētior tyrannus est, quam Herodes erga suos
 subditos. fol. 322. Deinde, quia per fugam caro potius vinci-
 tur, quàm per resistantiam. fol. 21. & 22.

*Tunc Herodes, &c. iratus, mittens occidit omnes pueros qui erāt
 in Bethlehem, & in omnibus finibus eius.* Circa quod nota, quan-
 tis supplicijs Reges & Principes tyranni sunt afficiendi,
 quia potentia sua abutuntur ad vexandos subditos. fol. 119.
 & 120.

Circa hanc Innocentium persecutionem & occisionem
 quæri non abs re potest, quare Deus Innocentes interdum
 laboribus affligat, & affligi permittat, cum iustus sit, & iusti-
 tiam diligat. à fol. 49. vsque ad fol. 51.

I N F E S T O

INDEX.

INFESTO SANCTORVM

Fabiani & Sebastiani. Descendens

Iesus de monte, &c. *Luc. 6.*

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Quia regnum cælorum in quo est possidenda beatitudo vim patitur, vt dicebat Christus Dominus, & lachrymę vim Deo quodammodo inferunt, ideo, beati qui flent. fol. 7.

Item quam vtilis sint lachrymæ. fol. 33. & 37. & à fol. 360. vsque ad fol. 362.

Videantur multa alia ad hoc Euangelium spectantia in festo omnium Sanctorum.

INFESTO PURIFICATIO

nis Beatę Marię Virginis, Postquam

completi sunt dies, &c.

Luca. 2.

Simeon accepit eam in vlnas suas. Non dicit, accepit eum in brachia sua, sed in vlnas, quæ mensuræ sunt, vt significaret quod brachia habentia Christum, seu quod idem est, manus operantes simul cum merito Christi, & cum valore quem ipsis tribuit, sunt mensura iusta cælestis beatitudinis, hoc est, iuste pro ipsis, & de iusticia danda est gloria cælestis hominibus, ita bene operantibus, de qua re multa continentur. à fol. 277. vsque ad fol. 283.

Secundum verbum tuū in pace. Nota in quanta pace & quietudine viuant iusti, qualis erat Simeon: & in quanta inquietudine è contra sint iniusti, & peccator. à fol. 219. vsque ad folium 226.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Explicatur quare diuinum Verbu incarnatum dicatur salutare Dei. fol. 290. & 291. Et circa lætitiã Simeonis potest agi de lætitiã hominis ex ipsius diuini Verbi incarnatione proueniente. folio 285. & 286.

IN FE-

I N D E X.

I N F E S T O S A N C T I M A T-
thiæ Apostoli. *Matth. 11.*

Confiteor tibi pater. Hoc est laudem dico & do tibi Do-
mine quia, &c. circa hæc verba potest explicari quo-
modo Deus sit à nobis laudandus pro beneficijs quæ
nobis elargitur, & pro mirabilibus, quæ operatur. folio 345.
& 351

Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Qui docet debet
se in exemplū imitandū exhibere. à fol. 306. vsq; ad. fol. 310.

Quia mitis sum. Quam misericors & mansuetus sit Deus.
fol. 6. & 62. & à fol. 71. vsque ad. folium 74.

Et humilis corde. De humilitate late agitur. à folio 207. vs-
que ad. folium 209.

Onus meum leue. Lex Christi non dicitur simpliciter onus
sed onus leue, quia per præcepta decalogi quibus lex ipsius
Christi continetur magis exoneramur & magis deobliga-
mur, quam obligemur ac proinde dicitur ipsa lex onus leue
de qua re. fol. 99. & 100.

I N F E S T O A N N U N T I A-
tionis Beatæ Mariæ, Missus est
Angelus, &c. *Luc. 1.*

In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciui-
tatem Galiliæ cui nomen Nazareth ad virginem, &c. Decla-
rantur sigillatim omnes circumstantiæ huius legationis, ni-
mirum quis fuerit legatus, quo tempore à quo & vnde ad quæ
locum & ad quam personam missus, vt inde significetur quã-
ti ponderis & momenti erga homines fuerit negotium de quo
in ea agebatur, nempe diuini verbi incarnatio. De cuius vti-
litate & conuenientijs erga Deum & eosdem homines la-
tissime agitur. à fol. 139. vsque ad folium. 145. & fol. 142. Pe-
culiariter agitur de desiderio Patriarcharum circa honorem
ab ipsa incarnatione hominibus prouenturo (quod ad festum
expectationis maximè spectat) cui etiam couenit quod di-
citur. fol. 285. & 286.

INDEX.

Quæ cum audisset turbata est & cogitabat qualis esset ista saluatio, Audiens Angelum eam laudantem & blando sermone eam alloquentem, timuit, quia pertimescendus & formidandus est quicumque blandus sermo, præsertim si ab adulato-ribus proferatur. De qua re. à fol. 107. vsque ad foliū. 110.

Ecce ancilla Domini, &c. Circa hanc eximiam virginis humilitatem, de humilitate agere poteris. à folio 202. vsque ad folium 211.

IN FESTO SANCTI MAR-
ci Euangelistæ, Vide in communi.

IN FESTO SANCTORVM
Apostolorum Philippi & Iacobi, Non
turbetur cor vestrum, &c.

Ioan. 14.

I*n domo patris mei mansiones multe sunt. Sicut in cælo sunt multe mansiones in quibus sancti æterna beatitudinē perfructur, sic in terra sunt multi status & multe viæ per quos in eas homines possunt ire, nempe per celibatum per religionem & matrimonium. fol. 314.*

Nemo venit ad patrem nisi per me. Quia nempe Christus est splendor Gloriæ & figura & imago patris. fol. 402. & 406. Pater à nobis cognosci non potest nisi per ipsum filium vide loca citata.

IN INVENTIONE SAN-
ctæ Crucis, Erat homo ex Phari-
sæis, &c. *Ioan. 3.*

Q*uod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spi-ritu, spiritus est. Tales solent esse sæpe numero homines quales illi fuerunt à quibus originem duxerunt, qualis pater, talis filius. à fol. 160. vsque ad folium 168.*

Opor-

INDEX.

Oportet vos nasci denuo. Oportet vnumquemque renouari & induere nouum hominē exuereque veterem cū actibus suis. à fol. 255. vsque ad. folium 257.

Ita exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit in ipsum non pereat. Vide circa hæc verba quę adnotata sunt feria sexta post dominicam. s. Passionis circa illa expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat,

IN FESTO SANCTI IOANNIS Baptistę, Elisabet impletum

est, &c. Luc. 1.

M*agnificauit Dominus misericordiam suam cum illa. Non legitur similiter quod magnificauit iustitiam suam Deus cū aliquo, & sic similiter de misericordia Dei sepe dicitur in diuinis literis quod sit magna, non vero de iustitia ipsius Dei. 332.*

Innuebant patri eius quem vellet vocari. & c. Zacharias erat mutus & Elisabet sterilis, licet ambo essent iusti coram Domino, vt intelligamus Deum iustos sæpe laboribus afficere de qua re & quare hoc faciat vide. fol. 330. & 331. à fol. 47. vsque ad. folium 51. & fol. 372.

Apertum est illico os eius, & lingua eius, & loquebatur bene dicens Deum. Ex abundantia cordis os apertum loquitur. fol. 337. Simul est in iustis Deum laudare & lætari, vt faciebat Zacharias. fol. 343. & multa alia ibi reperiuntur quę huic loco accommodari possunt.

IN FESTO SANCTORVM Apostolorum Petri & Pauli, Venit Iesus in partes, &c. *Matth. 16.*

Q*uę dicunt homines esse filiū hominis. Docet Christus magis faciedam esse propriā famā ac proinde diligēter esse vniciq; de ea inquirēdū quod si facerēt homines*

INDEX.

sensuales nequaquam in sua turpitudine tandiu persisterent, quia maledico dente, vt plurimum ab omnibus carpuntur. folio. 94.

Et porta inferi non praualebunt aduersus eam. Per portas inferi eos intelligere possumus, qui suo malo exemplo sunt veluti portæ per quas cæteri in infernum ingrediuntur ipsos imitantes. fol. 95, & 97.

Et tibi dabo clauas regni cælorum. Nota quod ad tantam celsitudinem & honorem illū euehit Deus qui eidem dixerat, exi à me Domine quia peccator sum, vt intelligamus humiles esse à Deo exaltandos, superbos vero dei ieiendos. De quibus. à fol. 202. vsque ad. folium. 217.

INFESTO VISITATIONIS Beatæ Mariæ, Exurgens Maria, &c. Luc. 1.

EXultauit infans in utero eius, &c. & repleta est Spiritu sancto Elisabeth & exclamauit voce magna & dixit, benedicta tu in mulieribus. Nota quod in bonis & iustis simul sunt lætari & Deum laudare & benedicere. fol. 343.

Et benedictus fructus ventris tui. Hic fructus est ille de quo dictum est: Et terra dabit fructum suum, & alibi dicitur fructus terræ sublimis fol. 286. 288. & 289.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Locum communiem de humilitate, ex quo ad hæc verba explicanda multa depromere potes habes à . fol. 202. vsque ad. folium 218.

Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Aduerte quod non dicit in tres vel quatuor progenies, quasi limitando ipsam misericordiam Dei, quia est infinita: eum tamen de iustitia eius dicatur. Exod. 20. Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt eum, in quo ostenditur quam pronior & propensior sit Deus ad miserendum quam ad puniendū. fol. 332.

I N D E X.

I N F E S T O B E A T Æ M A-
riæ Magdalenæ.

Lachrymis cœpit rigare. De effectibus lachrymarum, & de utilitate ab ipsis proueniente. Vide in festo Sanctorum Fabiani & Sebastiani, quæ adnotata sunt.

Non habentibus illis unde redderent. Vide etiam quæ super similia verba adnotauimus Dominica Vigesima prima post Pentecosten. §. 2.

Remittuntur tibi peccata tua. Vide denique super hæc verba quæ notauimus super alia similia Dominica Decima octa ua post Pentecosten.

I N F E S T O S A N C T I I A C O-
bi Apostoli, Accessit ad Iesum, &c.

Matth. 20.

Quare canatur ab Ecclesia Euangelium hoc, in quo refertur Diui Iacobi ambitio in eiusdem festiuitate, cum potius in ea ipsius virtutes videantur recitandæ, referendæque explicatur in festo sancti Thomæ Apostoli. vide ibi.

Cætera ad hoc Euangelium spectâtia, vide in Feria III. post Dominicam Secundam Quadragesimæ.

I N F E S T O T R A N S F I G V-
rationis Domini.

Videnda sunt circa hoc Transfigurationis festum, quæ adnotata sunt Dominica Secunda Quadragesimæ.

I N F E S T O B E A T Æ M A-
riæ ad Niues, Loquente Iesu, &c.

Lucæ 11.

Nonnulla dicuntur, quæ huic festiuitati Niuium accommodari possunt. fol. 215. 216. & 217.

Beatus venter qui te portauit. Hoc dixit quædam mu-

I N D E X.

liet de turba extollens vocem quando Pharifai detractionibus & maledictis Christum infectabantur quapropter tunc erat tempus loquendi quemadmodum ante illud erat tempus tacendi, de quibus. fol. 341. & 342. Vbi etiam. fol. 349. Dicitur quātū oporteat Deū laudare quod etiā sit. fol. 351. & applicari potest huic loco circa laudes quas hęc mulier Deo dedit.

I N F E S T O S A N C T I L A V - rentij Martyris, Nisi granum frumen- ti, &c. *Ioan. 12.*

Nisi granum frumenti mortuum fuerit. Circa hæc verba agere potes de mortificatione. fol. 357.
Si autem mortuum fuerit multum; fructum afferet. Ut explices quantus fuerit fructus passionis Christi seu Christi mortui. Vide feria. 6. post Dominicam, 5. Quadragesimæ.

I N F E S T O A S S V M P T I O - nis Beatę Marię, Intrauit Iesus, &c.

Luc. 10.

Quæ stetit & ait: Domine non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dum Martha satagebat non murmuravit de sorore, sed postquam stetit & cessauit à laudabili illa occupatione hospitij, vnde colliges, quantum oporteat perseuerare in virtute & non retrogredi in ipsa, qua de re quam plurima dici possunt, ex quibus integer sermo conficiatur. à fol. 258. vsque ad folium 270.

I N F E S T O S A N C T I B A R - tholomæi. *Luca. 6.*

Exijt in montem solus orare & infra erat pernoctans in oratione. Docuit quantum oporteat nos semper orare & si fieri potest nūquam deficere. Circa quod agere potes de oratione. fol. 6. & 7. & fol. 397.

INDEX.

Sanabat omnes. Ex hoc sequitur nos debere ad Deum recurrere cum salutem non habemus prius quam ad alium medicum. fol. 324.

IN DECOLLATIONES SAN- cti Ioannis Baptistæ, Misit Hero- des, &c. *Mar. 6.*

V *Inxit cum in carcerem.* Vide in Dominica III. Aduentus quæ adnotata sunt circa ipsum diuum Ioannem vincum.

Non licet tibi, &c. Notanda est libertas qua regem increpat illique prædicabat & inde colligendum est quanta libertas requiratur in concionatore, & vnde ipsa in illo nascatur. folio 316.

Herodes metuebat eum. Licet esset rex & Ioannes tam pauper & humilis ipsum metuebat. In quo cernitur quod conscientia impiorum inquieta & perturbata ipsos facit metere quamcunque rem. à fol 219. vsque ad folium 224.

Præcepit amputari caput. Nota quântum odium pariat veritas & quam odiosa sit etiam inter illos, qui libenter audiunt verbum Dei, & eo audito multa alia bona faciunt, quales sunt Christiani. fol. 183. & 184.

INFESTONATIVITATIS Beatissimæ virginis Mariæ, Liber ge- nerationis, &c. *Matth. 1.*

F *Ilij David, Filij Abraham.* Prius dicitur filius David, quâ Abraham cum tamen ytriq; facta fuerit repromissio & prius fuerit Abrahamo, de quo non constat fuisse peccatorem, quam Davidi de quo scriptum reperitur peccatum grauisimum commisisse, vt scilicet significetur id quod sepe numero contingit, nimirum multa bona ex peccato ad commodum peccatoris educere Deum, de quo scriptum est, qui fugit mel de petra, oleumque de saxo durissimo, ac proinde ipsum peccatorem ab eodem peccato meliorem & ditiozem interdum exire quam in ipsum met peccatum ingressus fuerit, si-

I N D E X.

cut eueniteidem Dauid de qua re multa habentur. fol. 10. & fol. 113. 148. 150. & 364. vbi ostenditur quod tanta potest esse pænitentia & contritio vt præstantior sit incorruptione & innocentia, quapropter non est mirum quod Dauid qui fuit peccator Abrahamo, de quotalem fuisse non constat, fuerit prælatas & priori loco positus ab Euangelista.

Quæret aliquis quare non dicatur filius Isaac sicut filius Hæbræ, si quidem vtriusque est filius? Et si respondeatur rationem esse quia Abrahæ facta fuit de eare repromissio & non ipsi Isaac si quidem illi & non isti dictum fuit quia fecisti hæc rem in femine tuo benedicentur omnes gentes, &c. Quæret rursus quare cum acerbius esse videatur mortem pati quam ipsam inferre, promissio potius facta fuit Abrahamo qui occisurus erat Isaac quam eidem Isaac qui propter mandatum Dei occidi patiebatur? Sed ad hoc respondendum est quod licet absolute difficilius, & acerbius sit occidi quam occidere tamen difficilius & acerbius est vnicuique patri filium suum occidere, quam filio ipsi occisionem ipsam pati. Circa quod multa dici possunt tam de acerbitate, vniuscuiusque patris in perferendis laboribus filiorum & eisdem filijs puniendis quam de acerbitate Dei patris nostri quando nos corripit & laboribus afficit (si illa acerbitas dici potest.) folio. 43. 45. & 47.

De qua natus est Iesus. De semine Abrahæ carnem assumpsit non ex natura humana quando natus erat in Regibus & Principibus & in ijs in quibus vanitas & superbia fortasse reperiretur, sed ex ipsa natura quando fuit in virgine pauperrima & humillima. Circa quod dici possunt multa de humilitate & superbia. à fol. 201. vsque ad folium 211.

Qui vocatur Christus. Si homines sunt diuites nolunt tales vocari & haberi ne ab ipsis diuites petantur à pauperibus. Iesus autem non solum fuit misericors: sed talis & vocari & haberi voluit vt omnes pauperes & miseri ad ipsum accederet ab eoque misericordiam petant & consequantur. Circa quod de diuina misericordia plurima dici possunt. à folio 71. vsque ad folium 74.

I N F E S T O

INDEX.

INFESTO EXALTATIONIS
Sanctę Crucis, Vide supra in
eius Inuentione.

INFESTO SACTIMAT-
thęi Apostoli, Cum transiret Iesus,
&c. *Matth. 9.*

Vidit hominem sedentem in telonio, &c. Etiam in conspectu & oculis Christi Domini erat exercens ea quę in telonio exerceri solent, nempe vsuras & alia huiusmodi: quod ideo Euangelista refert vt grauitatem sui morbi à quo curatus fuit à Christo manifestet, circa quod ostendi potest quanta sit grauitas vniuscuiusque peccati, siquidem omnia vidente Deo & in cōspectu ipsius committuntur. De qua re integer sermocōfici potest. à fol. 125. vsq; ad fol. 129.

Et factum est discumbente eo, &c. Ecce multi publicani & peccatores discumbebant cum Iesu. Itaque in hoc conuiuio quod eo tempore dabatur significata est gloria & lætitia tam Christi cōuertentis, quam Matthęi & cęterorū qui conuertebantur. Vide quę adnotata sunt feria. 4. post Dominicā. 5. Quadragesimę. 5. & 2.

INFESTO SANCTI MI-
chaelis Archangeli, Accesserunt discipuli, &c. *Matth. 18.*

Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis, &c. Inuenies copiosam expositionem huius loci in declaratione tituli marg. 11. & 12. & 13.

Quicumque ergo humiliauerit se. De humilitate plurima habes. à fol. 201. vsque ad folium 211.

Vae homini illi per quem scandalum venit. Hęc cōminatio cōtra illos tendit qui cęteris malum exemplum præbent. De quibus. fol. 95. & 97.

I N D E X.

I N F E S T O S A N C T I F R A N
cisci, vide in festo sancti Matthiæ.

I N F E S T O O M N I V M S A N -
ctorum, Videns Iesus turbas, &c.

Matth. 5.

B *Eati, &c.* Pauperes & cæteri in hoc mundo afflicti, di-
cuntur à Christo beati, quia, vt de impijs dicitur in Psa-
lmo 118. Maledicti qui declinant à mādatis tuis, ita de
iustis quantumcunque afflicti dicitur quod sunt beati, de
qua re. à fol. 219. vsque ad fol. 229.

Dicuntur etiam beati iusti, quantumcunque laboribus
sint afflicti, quia in ipsis laboribus abundant tantis consola-
tionibus spiritualibus, vt quodammodo videantur esse iam
in cælesti beatitudine ratione illarum. fol. 275.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quam ne-
cessaria sit cordis munditia ad Deum videndum explicatur.
fol. 97. Cætera quæ ad hoc Euangelium spectant, poteris vi-
dere in festo sancti Fabiani & Sebastiani.

I N C I P I T C O M

M V N E S A N C T O R V M.

I N F E S T I S A P O S T O L O -
rum, Hoc est præceptum meum,

&c. Ioannis 15.

H *Oc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi*
vos. Semper quando à Deo propositum est præceptū
de dilectione proximi, est ab ipso adhibita illa parti-
cula sicut, quæ inducit modum dilectionis, vt quando dictū
est Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quā-
do vero propositum est præceptū de dilectione Dei, vt ibi-
dem ponitur, non adhibetur talis particula, sicut inducens
modum,

I N D E X.

modum, imo ipsa forma precepti innuit, quod sine modo debemus amare Deum, cuius ratio assignatur. à fol. 246. vsque ad folium 249.

Ego elegi vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ad hoc eligit Deus iustos, vt scilicet, labores patiantur, & in patientia sua fructificent. fol. 51.

Vide etiam circa hæc verba, quæ de perseuerantia dicta sunt. fol. 261. vbi hæc eadem verba citantur.

E V A N G E L I V M S E C V N D U M. Ecce nos reliquimus omnia, &c.

vide in communi Abbatum.

I N C O M M V N I E V A N G E L I S T A R U M, Designauit Dominus,

&c. *Luc. 10.*

V T mittat operarios in messem. Nota quod ministri & predicatores Euangelij debent esse operarij, hoc est, debent operari quæ loquuntur. Vide quæ adnotata sunt Dominica II. Aduentus. §. 2,

Pax huic domui. Vt explices de qua pace præcipue loquatur hoc loco: vide quæ adnotata sunt. fol. 236.

I N C O M M V N I V N I V S

Martyris Pontificis. *Luc. 14.*

Siquis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, uxorem, filios, fratres, & sorores, &c. Aduerte circa hoc, quod Prælati sic se debent habere, ac si consanguineis omnibus careant, & nec patrem, nec matrem habeant. fol. 323.

Item vult Deus, vt illi qui ipsius discipuli futuri sunt, non solum propter ipsummet relinquant quæ prohibita sunt, qualia sunt peccata, sed quæ licita sunt, quales sunt pater, mater, & consanguinei, & ea etiam quæ licite possident, de quibus dicitur infra: *Qui nõ renuntiauerit omnibus quæ possidet, &c.* de qua re vide à fol. 98. vsque ad fol. 103. vbi de operibus supererogationis agitur.

P R O

I N D E X.

PRO EODEM COMMUNI.
ni. *Matth. 16.*

Qui vult venire post me abneget semetipsum. Hoc est, neget propriam voluntatem, eamque mihi sacrificet. folio 357. & sequentibus, ubi de mortificatione facta per pœnitentiam agitur.

Filius hominis, &c. tunc reddet unicuique iuxta opera sua. Circa hæc verba multa possunt adduci. à fol. 277. vsque ad foliũ 283. ubi ostenditur quomodo de iustitia debeatur gloria cœlestis operibus hominis in gratia operantis.

I N C O M M U N I V N I V S M A R T Y R I S, & plurimorum Martyrũ, & Apostolorum tempore Paschali, Ego sum vitis vera, &c. *Ioan. 15.*

Purgabit eum. Quando Deus homines laboribus vexat, eosque ipsis purgat, benigne cum ipsis facit. fol. 372. vide etiam de hac re. fol. 51.

Manete in dilectione mea. Hoc est, perseuerate in charitate, circa quod copiose agi potest de perseuerantia in virtute. folio 259. & 261.

I N C O M M U N I P L U R I M O R U M Martyrum, Cum audieritis prælia, &c. *Luc. 21.*

Surgat gens contra gentem, &c. Et terremotus erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque cali, & signa magna erunt. Circa hæc vide quæ adnotata sunt in prima Dominica Aduentus.

Inijcient vobis manus & persequentur. Hanc persecutionem, & hos labores passi fuerunt Sancti, qui veritatem prædicabant, quam etiam ipsi Christiani moleste ferunt. à folio 183. vsque ad fol. 184.

Ego

I N D E X.

Ego dabo vobis os & sapientiam. Significatur his verbis, quod ad hoc, vt aliquis audeat loqui, quæ decet coram Regibus & Præsidibus, licet sit iustus, quales erant Apostoli, necessarium est quod ipsum adiuuet Deus particulari aliquo auxilio præter gratiam, quam iam habent, in quo huius rei difficultas quanta sit, ostenditur. fol. 109.

I N E O D E M C O M M V N I C I R -
ca Euangelium, Descendens Iesus de monte, &c. *Luc. 6.* vide in festo sancti Fabiani & Sebastiani, & in festo omnium Sanctorum.

I N C O M M V N I C O N F E S S O -
rum Pontificum. *Matth. 25.*

Homo quidam peregre proficiscens. Absentem à seipsis considerant homines Deum, quando tot ac tanta peccata committunt, cum tamen ea in conspectu eiusdem & ipso spectante faciant: & ita viuere debeant, ac si ab ipso semper conspiciantur. fol. 126. 127. & 128.

Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Nota quod qui se gratos de acceptis beneficijs ostendunt ad alia maiora recipienda capaces redduntur. à fol. 327. vsque ad folium 329.

I N C O M M V N I D O C T O -
rum. *Matth. 5.*

Vos estis sal terra. Hac similitudine declarat, quod sicut sal ex aqua amara & putrida conficitur, & postea in aureis vasis deportatur, & in celeberrimis mensis apponitur, sic sæpè Prælati ex infimo loco & abiecto statu ad prælaturam assumuntur, in qua proinde hoc considerantes debent humilitatem acquirere & conseruare, de qua copiose agitur. à fol. 201. vsque ad fol. 211.

Vos estis lux mundi. Tunc erunt lux mundi superiores, quando

I N D E X.

quando subditis bonum exemplū præbuerint. fol. 95. & 97.
Qui fecerit & docuerit. Vide circa hæc verba quæ adnotata
 sunt in Dominica Secunda Aduentus, circa illa, cæci vident,
 claudi ambulant, &c.

I N C O M M V N I C O N F E S - s o r u m n o n P o n t i f i c u m, *Luc. 12.*

S*Int lūbi vestri præcincti.* Quia, vt inquit D. Gregorius ho
 mil. 13. Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per
 continentiam coarctamus, inde est, quod idem sit, sint lū
 bi vestri præcincti, ac ne sitis luxuriōsi, circa quod de vitio
 luxuriæ copiose agi potest. à fol. 88. vsque ad fol. 94.

Beati sunt serui illi. Circa hæc verba, vide quæ adnotauim
 us super alia similia in festo omnium Sanctorum.

I N C O M M V N I A B B A T V M.

Matth. 29.

E*Cce nos reliquimus omnia.* Hoc est, non solum ea quæ no
 bis non licebant, sed etiam quæ nobis licebant, propter
 tereliquimus: quasi diceret, non solū obseruauimus man
 data, vt ille iuuenis, sed volentes esse perfecti, quod ipse fa
 cere noluit, retia, quæ nobis licita erant propter te reliqui
 mus, quid ergo erit nobis? Nota quod maxime oportet face
 re non solum quæ sunt de præcepto, sed quæ sunt de consilio,
 & ad perfectionem pertinent. à fol. 98. vsque ad fol. 103. vt
 scilicet, simus sicut Diuus Petrus qui secutus est Deū, & non
 sicut ille iuuenis qui ab eo abiit tristis.

Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. In hoc, sci
 licet, sæculo centuplum accipiet in tribulationibus, hoc est,
 consolationes quarum vnaquæque pluris faciendā est, quam
 centum aliarum rerum huius mūdi, & in alio sæculo vitam
 æternam. Vbi notabis, quod vita iustorum etiam si laboribus
 multis vexentur, non est omnino acerba, sed pluribus conso
 lationibus abundat. fol. 275. vide etiam fol. 226.

I N

I N D E X.

I N C O M M V N I V I R G I -
 nūm tantum. *Matth. 25.*

Simile est regnum caelorum decem virginibus. Tanta est puritas hominum & mulierum qui virginitatem amplectuntur, vt eisdem Angelis assimilentur. Vnde colligitur, quod tanta est immunditia turpitudinis sensualis ipsi virginitati opposita, vt homines tali turpitudini dediti Dæmonibus, qui passim in Euangelio spiritus immundi dicuntur, assimilentur. Circa quod non abs re agere potes de immunditia luxuria. fol. 90. & 93. & 197.

Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Quia sicut oleum ardere facit lampadas, sic bona intentio in operibus bonis eadem ardere facit, igne, scilicet, & ardore charitatis. De intētionē in bonis etiam operibus omnino requisita, multa dici possunt. à fol. 246. vsque ad folium 252.

I N C O M M V N I V N I V S
 virginis & Martyris.

Matth. 13.

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Thesaurus est absconditus illa pax, quies & consolatio quæ inuenitur in regno caelorum, hoc est, in congregatione hac fidelium multis tribulationibus afflictorum. à fol. 224. vsque ad fol. 226. & fol. 275.

Quem qui inuenit homo, abscondit. Quodcumque bonum suū debet homo sibi ipsi abscondere, iuxta illud: Nesciat dextera tua quid faciat sinistra, ne vanagloria ipsum dissipet, & ad hoc oportet vt consideret, quod quodcumque opus bonū faciat, potius illud est Dei quam suum. folio 239. & 240. & quod eiusdem boni gloria soli Deo est attribuenda. folio 241. & 412.

INDEX.
IN COMMUNI DEDICA-
tionis Ecclesiæ, Ingressus Iesus, &c.

Luca 19.

Hodie in domo tua oportet me manere. Non dixit, conuenit tibi, nec conuenit mihi, quia significare voluit & illi, & ipsimet conuenire salutem illius; quia, scilicet, nostram salutem, suam etiam reputat Deus. fol. 290. & 291.


Excepit illum gaudens. Et fecit simul conuiuium, vt significaret lætitiã, quam ex ipsius conuersione in ipsomet reful-tauerat. fol. 226.


Hodie salus domui huic facta est. Circa hæc verba vide quæ adnotata sunt in Dominica Vigesima post Pentecosten, cir-ca illa verba: Credidit ipse, & domus eius tota.


¶ D V O circa hanc tabulam oportet aduertere. Alterũ est, quod in manuactionibus quæ ad conceptus in ea fiunt nonnulla, non ad vnã tantum, sed ad varias conciones appli-cantur & adnotantur, quoniam tota ipsa est ad hunc duntaxat librum coarctata, cum tamen inseruiat omnibus totius anni diebus, quibus sermões ad populum haberi consueuerunt. Alterum vero est, quod licet pauca sint, quæ circa vnum- quodque Euangelium sunt adnotata, ea tamen in hoc eodem libro tam exactè & copiose tractata sunt, vt ex illis integer sermo facillimè confici possit.

FINIS.









feri p
victis
no
modum
adolecent
brietiam
phenicum
vere Chri
pharisi
preparat
lus vidit
phera, cum
Hac m
esse brevit
rem in cor
ritum, con
cum Chri
sanctisim
verumta
co

ROT. 3

miliones, ad
summis viri
um Iesum v
bil esse po
omnino ma
bil esse me
bil est omni
qui solus est
exéplar, ex
pit. Huic vni
mplectamur,
pax pax gau
immor
nus, huic vni
nus nos sub
etibus, quic
est, nec vlla
paxam & an
m, ille sit no
ta. Hunc pe
que, hunc mo
stium, sci
gau

300
verum etiam
sanctissimi
cum Christi
ritum, com
tem in cor
ad commu
esse brevis
Hac nimis
phera, cura
lus videtur
preparat
charitatem
vere Christi
pheticum
dixerunt
adolecent
ritum, veru
non
victis
fieri p

*Ensim se-
licitatis
sunt.*

ROT. 301

milites, ad
omnis viri
Iesum v
nil esse po
minino ma
nil esse me
nil est omni
qui solus est
exemplar, ex
per. Huic vi
mplectamur,
eta pax, gau
immor
ma
us, huic vni
nus nos sub
tribus, quic
est, nec vllas
aram & an
m, ille sit no
ta. Hunc pe
our, hunc mo
geium, sciu
gau

